# MALLEVS MALEFICARVM,

MALEFICAS ET EARVM hæresin framea conterens.

EX VARIIS AVCTORIBVS COMPILatus, & in tres Tomos iustè distributus.

*Quorum duo prieres vanas Dæmonum versutias, præstigiosas eorum deliisiones, superstitiosas Strigimagarum cæremonias, horrendos etiam cum illis congressus: exactam denique tam pestifera secta disquisitionem & punitionem complectuntur. Tertius verò praxim Exorcistarum ad Dæmonum & Strigimagarum maleficia de Christi fidelibus pellenda continet.*

TOMVS PRIMVS.

*Indices Auctorum, capitum, rerumq; non desunt.*

Quid autem hac nouissima omnium editione præstitum sit, Tom. II. parte posteriori, nunc primùm operi inserta, patebit.

*Vir siue mulier, in quibus Pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur Leuitici cap. 20.*




LVGDVNI,
Sumptibus CLAVDI[I] L[A]N[D]RY.

M. DC. X X.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

COUVENT DES DOMINICAINS
S. ROMAIN
TOULOUSE

A 201239

*Auctores Primi Tomi.*

I. Fr. Iacobi Sprengeri, & Fr. Henrici Institoris Inquisitorum hæreticæ prauitatis Malleus Maleficarum.

II. Fr. Ioannis Nideri Theologiæ Professoris Formicarum de Maleficis, & earum præstigiis ac deceptionibus.



# ALPHABETICVS RERVM, AC SENTENTIARVM MEMORABILIVM, quæ sparsim in hoc opere continentur.


A

ABacuch per Angelum bonum in momento transfertur in Chaldæam. 174
Abiurandi modus in Ecclesia ob leuem suspicionem hæreseos. 404
Abiuratio quomodo secretè facienda. 408
Abrahæ precatio sanat impotentiã Abimelech. 275
Abusus Sacramentorum ad maleficia. 189
Abusus festorum sacrorum ad maleficia. 190
Accusatio ad pœnam rationis est periculosa. 358
Actus actiuorum sunt in patiente prædisposito. 59
Actus carnalis cur respectu vnius & non alterius mulieris impeditur. 86
Actus intellectus volũtatis & corporis in homine considerari oportet. 49
Actus matrimonij coniugalis tribus impeditur. 2
Actus venereus cur multum afflictetur. 495
Actus venereus cur facilius maleficiatur. 193
Adæ peccatum cur maximum. 133
Adæ peccatum non excedit Maleficarum crimen. ibid.
Adam si non peccasset, an qui nunc saluantur, saluati fuissent. ibid.
Ad accusationem malefici quilibet admittitur. 6
Adfrontatio Maleficarũ se inuicẽ accusantium. 442
Adfrontatio testium. 380
Admonitio S. Augustini notanda contra consulentes Magos. 307
Aduocati Maleficæ munus. 358
Aduocatus ad delati beneplacitum non deputatur. 359
Aduocato seruanda modestia, veritas & moderamen salarij. ibid.
Aduocatus clienti, malam causam fouenti, nõ consulens vt cedat, perdit salarium. ibid.
Aduocatus quid respondere debet super inimicitiæ

allegationem. 361
Æneas an ex concubitu Veneris & Anchisis oriri potuerit. 31
Aër figurabilis, quomodo. 178
Aëreũ corpus Dæmon non potest assumere. ibid.
Agens ex proposito cognoscit suum effectum. 72
Alchimistæ verum nõ conficiunt aurum. 13
Alexander & Hymeneus per excommunicationem à Diabolo oppressi. 290
Amentes quomodo distinguendi quò ad sumptionem sacræ cœnæ. 533
Amicos Ecclesiæ se simulantes peiores sunt hostibus apertissimis. 513
Amon Thamar suam sororem adamauit. 80
Amor inordinatus ex Diabolo & maleficio procedit. ibid.
Amor hæreos vnde proueniat. 281
Amor hæreos quid sit. 501
An asserere Maleficas esse, sit ita Catholicum, quòd eius contrarium defendere sit hæreticum. 1
Angeli cooperantur ad gratiæ infusionem. 50
Angelus eques. 77
Angeli flagellantes. ibid.
Angeli boni an quosdam castificent, sicut mali infrigidant. 503
Angelus eximit Abbati Sancto Sereno viscera libidinis. ibid.
Angelus eunuchat S. Equitium abbatem. ibid.
Angeli cur malis hominibus appareant 180
Angeli cooperantur cometis. 48
Angeli vocantur virtutes cœlorum. 502
Angeli lapsi quomodo voluerint Deo æquales esse. 115
Angeli boni & mali motui locali imperant. 489
Angeli nunquam assumunt corpora. 203
Angeli & Dæmones quomodo videantur. ibid.
Angelus prædispositi S. Mariam in conceptione Christi. 149
Angelus non cognoscit ea, quæ sunt animæ. 8
Anima complexiones corporis imitatur. 467
Anima est actus corporis physici. 28
Anima mouetur per aliquod extrinsecum. 44
Animal visũ Ictericis prodest. 22
Animæ pœnis obrutæ magis de sua miseria dolent, quàm viuis apparere. 475
Animæ humanæ nulla apprehensio sufficit ad im-

mutatione corporis exterioris. 25
Anima suo corpori dominatur potissimùm quando est in vita per gratiam. 46
Anima proprio corpori vnitur vt forma. 25
Anima quando operetur in corpore alieno, sicut in proprio. 14
Animæ defunctorum an exeant sua receptacula. 475
Animæ illabi soli Deo est possibile. 78
Animalium noxæ sunt pœnæ diuinæ. 103
Anni Christi non superantur à maleficis. 40
An omnis actio infidelis sit peccatum. 123
Apostasia quid importet secundùm Diu. Thom. 121
Apostata seu fugitiuus quis habendus. ibid.
Appellatio ad candens ferrum. 383
Aqua benedicta ordinatur contra diaboli impugnationes exteriores, Exorcismus contra interiores. 501
Aqua benedicta ad quid ordinetur. 147
A quo quis superatur, eius seruus efficitur. 306
Arbotis forma spiritualis hominis. 528
Arreptitius vnde dicatur. 77
Armatæ acies noctu visæ. 470
Armatus vir comparens Iosuæ. 471
Ars præstigiosa triplex. 93
Aspectus vi imaginationis mouet corpus aliquod. 21
Astronomi quare vera prædicant. 48
Astronomicæ imagines ex opere diaboli. 309
Auaritia fundamentum omnium vitiorum mulierũ. 63.
Auditus Angelorum. 181
Augustini dictum de religiosis. 513
Auctoritas Episcoporum eneruatur per nimiam auctoritatem Inquisitorum. 324
Auicennæ dictum de virtute imaginatiua immutante corpora extranea, quomodo intelligatur. 14
Auri forma substãtialis non est per calorem ignis Alchimistarum, sed per calorem solis. 13
Aurum maleficorum portabile. 485

B

BAptizati infidelitas hæresis nominatur. 3

Baptizati infantes non vorantur. 160
Baculus Bernardi liberat ab incubo. 174
Barbam radere cur Deus inhibuerit. 317
Basiliscus quando hominem interficiat. 22
Bona opera nisi in radice charitatis maneant, nihil viriditatis habent. 528
Bonum sine malo inuenitur, sed non contrà. 42
Bonus finis vexationis dæmonis. 480
Bulla Innocentis VIII. Inquisitoribus data. 530
Butyrum magicum ex aqua formare. 246

C

CArmina in collo gestanda. 284
Canonis intellectus declaratur. 7
Characterū adhibitio vitiat naturalia remedia. 308
Casus de hominem Asinum mutato. 181
Capta mulieribus velanda propter incubos. 518
Casus in oppido *Isbruc*. 226
Cautela per iudicem obseruanda. 376
Casus in Diœcesi Constantiensi. 225
Casus in Diœcesi Argētiensi inter oppidum *Fressen* & montem Ferrerum. 242
In oppido Rauenspurg. 182
In comitatu Burbiæ. ibidem.
In Basilea in villa *Oberuueiller*. 268
Casus inter Brisiacum & *Freyburg*. 225
Casus euidentis facti. 361
In oppido Marpurg. 217
In oppido Brisiaci Basi. 162
In villa *Buchel*. 169
Casus in oppido Argentinensi notabilis. 208
In oppido Danni. 232
In Bernensi iudicio. 163
In oppido *VValdshut*. 173
In ciuitate Salzburgēsi. 298
Ciuitas Spirensis. 141
Casus in Diœcesi Argentinēsi cuiusdā virginis. 159
Causa impedimenti fletus in maleficis. 374
Causæ cur Exorcismis non semper obtineatur sanitas. 303
Causæ quinque cur homines à dæmonibus obsideantur. 213
Causa alicuius dicitur dupliciter. 73
Causæ cur dæmon professionis iuramentum differat. 165
Causæ vnde futura sciant dæmones. 167
Causa apparitionis somniorum. 93
Casus obstetricis. 231
Casus in Lausanensi ducatu. 163
Castitas non acquiritur meritò virtutis. 504

Caſtitas non acquiritur merito virtutis. 504
Cautela obſeruanda ſi animantia ſub liminibus non reperiantur. 484
Cautelæ pro exorciſtis. 189
Cautela Notario obſeruanda. 412
Cautelæ quibus à Iudice obſeruandæ vt delata veritatem fateatur. 380
Cautioni fideiuſſorũ quãdo maleſica relinquatur. 354
Cera benedicta in calice aquæ benedictæ immiſſa, maleficium taciturnitatis abigit, ſi bibatur. 378
Cereum benedictum licet accendere. 147
Cibaria & potagia maleficiatorũ exorcizando. 300
Circe non reuera mutauit ſocios Vlyſſis. 99
Cyprum inhabitari à filiis Incuborum. 522
Cythara Dauid vnitatẽ diuinæ eſſentiæ ſignificat. 60
Cognitio intellectus ex rebus accuſatur. 56
Corpora cœleſtia non poſſunt imprimere intellectũ ibid.
Cogitatio cognoſcitur non ſolùm per actum exteriorem, ſed etiam per immutationem. 82
Choletici ſunt iracundi. 46
Columnæ fidei inter Apoſtolos qui fuerint. 304
Columna Salomonis Romæ. 117
Comeſtio Angelorum qualis. 181
Cometa, mortis Regum indicium. 47
Cometæ nõ ſunt ex his, quæ à principio genita ſunt aſtra. ibid.
Comparatio alatarum formicarum. 486
Cõcordia dæmonum eſt nequitiæ, non amicitiæ. 41
Concubinatus ſuſpicionem de maleficio auget. 351
Concupiſcentiæ mater peccati. 79
Coniecturæ de morbis maleficialibus. 363
Coniugũ cõfirmatur offi. 90
Coniuratio ad lachrymas emittendas. 374
Cõſolat. pro meticuloſis. 83
Cõſulentes maleficos de ſanitate accerſunt ſibi mortem. 264
Cõſuetudo generalis Eccleſiæ pro lege habenda. 314
Conuerſio Nabuchodonoſoris. 203
Cõtractus dæmonis eſt virtualis, non corporalis. 35
Continentia Iob. 198
Contra Eccleſiæ determinationem nullus Doctor vel ſanctus ſuam defendit ſententiam. 332
Contra mulierẽ prægnantẽ ſentẽtia differri poteſt. 388
Cõtra negantem confeſſam, ſententia differenda. ibid.

Corpus immutari potest ex forti imaginatione & apprehensione ad varias ægritudines. 52
Corpus hîc affligitur, vt Spiritus saluus fiat. 533
Corpora cœlestia cur immutari non possint. 189
Corpora cœlestia mouentur ab intelligentiis. 174
Cum portentis non est iocandum. 472
Cur circa serpentes magis vis maleficorum versetur. 71
Cur in venereis magis maleficiunt viri, quam fœminæ. 86
Cur Sathan odio habeat virginitatem. 234
Cur quædam in tormentis nihil fateantur. ibid.
Cur vocati Dæmones in certis constellationibus adueniant. 58
Clauium vigor notatur. 274
Clericus ducens vxorẽ Apostata est. 121
Clericus negociator quasi pestis fugiendus. 62
Clericus maleficus deponẽdus & in monasterio detrudendus. 6
Clotildes virgo miranda fecit. 64
Crimen Maleficarum est partim Ecclesiasticũ, partim ciuile. 336
Christus quomodo comederit. 181
Christianæ Ducissæ Brabantiæ consilium. 276
Christiani solùm possunt fieri Hæretici. 313
Chrysostomi dictum notandum contra portantes exorcismi causa Euangelia. 299

## D

DAmascẽi opinio de Cometis. 47
Deus punit vt meritum cumuletur per exercitium patientiæ. 128
Deus an sinat hominem suo arbitrio viuere. 419
Deus & natura nec abundãt in superfluis, nec deficiunt in necessariis. 259
Deus amplius permittit super vim generatiuam propter maiorem eius corruptionem, quàm super alios actus humanos. 85
Deus iustè permisit Angelos & primum hominem cadere. 137
Deo non conuenit Diaboli malitiam impedire. 138
Deus non vult semper quod potest. 497
Deus per Angelos dispositiuè gratiam hominibus infundit. 502
Deus solus agit in voluntatem. ibid.
Deus vniuersa mala permittit casibus Angelorum.

rum & hominum permissis. 108
Deus solus quomodo miracula facere dicatur. 55
Deus potest ex malis particularibus bona plurima elicere. 110
Deus non potest facere creaturam ex sui natura impeccabilem. ibid.
Deus iustè permittit hominem peccare. ibid.
Deus neque vult mala fieri, neque mala non fieri. 107
Dæmones carent pulmone & lingua. 179
Dæmones in obsessis quomodo loquantur. 180
Dæmones ex virtute propria corpora localiter mutare possunt. 93
Dæmones habere potestatẽ supra corpora & supra imagines hominum Deo permittente. 86
Dæmon potest interiorem phantasiam immutare & intellectum obtenebrare. 79
Dæmones seu malefici an verè possint facere animalia. 101
Dæmones sine diuina permissione nihil efficere possunt. 223
Dæmones quomodo mutationes in corporibus operentur. 81
Dæmonum opera, aliqui non præstigiosè, sed essentialiter in lupos transformantur. 9
Dæmonis virtus corporali virtute fortior. 2
Dæmones esse non credunt asserentes non esse maleficos, nisi in vulgi existimatione. 3
Dæmones quare constellationib. constringantur. 12
Dæmon motui cœlesti non subiicitur. ibid.
Dæmon colligit determinata actiua applicando determinatis passiuis. ibid.
Dæmon quare maleficis vtatur. 14
Dæmones cuncta per intellectum & voluntatem exequuntur. 29
Dæmones triplici scientia vigent. ibid.
Dæmon semper superbia & inuidia peccat. 30
Dæmones non mouent corpora localiter. 28
Dæmones corpora non viuificant. ibid.
Dæmones non sunt Spiritus immundi, licet sint impuri. 30
Dæmon licet neminem timeat, Sanctorum tamen meritis subiacet. ibid.
Dæmon potest adminiculo alterius agentis corpora substantialiter & accidentaliter transmutare. ibid.
Dæmones præcipuè gaudent peccato fornica-

tionis & Idololatriæ. 33
Dęmones absque assumptione corporis possunt transmutationes in seminibus facere. 35
Dęmō potest aliqua reponere vt cōseruetur semen: ne calor vitalis euaporetur. 37
Dęmon mouet voluntatem, quæ est causa peccati. 45
Dæmones de quolibet ordine cecidisse creduntur. 40
Dæmones per homines ad decrementa Lunæ vexant. 53
Dæmones semper cum maleficis concurrunt. 16
Dæmon etiam memoriam corrumpit. 196
Dæmones sanctorum virorum oculos non decipiūt. 97
Dæmon homagiū petit. 162
Dæmones ex prophetis prædicere possunt futura. 167
Dæmones expellēdi non interrogandi. 304
Dæmones corporalibus virtutib. non subiacent. 538
Dæmon potest intercludere viam seminis. 495
Dæmon exuēs fratrem scapulari & vestibus. 481
Dæmones ad exercitum deputati non sunt in inferno, sed in isto aëre caliginoso. 42
Dæmones fœtum in vtero inficiunt. 185
Dæmones cur incubatū affectent. 516
Dea fortunæ cæca. 55
Dedecus culpæ non est sine dedecore vindictæ. 116
Delatus cum omnia negat tria faciat iudex. 352
Deprehensus in hæresi euidentia facti aut testibus est puniendus, licet non confiteatur. 353
Dei auctoritate quando Malefici creaturā vanè transmutant. 12
Deus permittit mala fieri propter perfectionē vniuersi. ibid.
Deus est creaturæ obiectum, & vltimus finis. 82
Deus punit per malos Angelos. 90
De cognitione hæretici aliter Canonistæ & aliter Theologi sentiunt. 329
De testium inimicitia iudex per se inquirere tenetur. 139
Diabolus à Dia, & Bolus, dicitur. 41
Diabolus vexat pios in somnis. 83
Diabolus cogit voluntatem per modū persuadentis. 74
Diabolus instigat inuisibiliter per modum dispositionis. 78
Diaboli inter se differunt specie. 39
Diabolus non est cordiū. 72
Diabolus causat etiam circa animam. 7
Diabolus est vbi operatur. 82

Diabolus vocatur Mageſterulus. 164
Diabolus ſemel tantùm vertibilis. 134
Diaboli opere Cham filius Noë naſcendo riſit. 17
Diabolus in forma ſacerdotis prædicat. 211
Diabolus etiam malis torquetur. 138
Diabolus cur magis affectat lædere bonos, quàm malos. 139
Diaboli facta an dicantur miraculoſa. 103
Diabolus ſolùm per media ſæuit. 248
Diabolus plus mali perpetrat, quàm maleficæ iubent. 225
Diaboli ex inferiori choro. 172
Diabolus non eſt cauſa omnium peccatorum. 71
Diabolus quot modis ſit cauſa peccati. 57
Diaboli ſunt veluti pedagogi humanitatis. 288
Diaboli pelluntur cilicio & Epiſtola ſancti patris alicuius. 525
Diabolus in ſpecie muſcæ deglutitur. 531
Diaboli ſunt Deo loco tortorum. 490
Die beatæ virginis malefici torti plerumque confitentur maleficia. 507
Die Sabbathi caput non pectinandum. 314
Diffamatus in pluribus locis, etiam multis locis purgatur. 400
Differentia inter Necromãticas & Aſtronomicas imagines. 309
Differentia imaginum Aſtrologicarum, magicarum & maleficarum. 57
Differentia inter præſtigiũ & imaginariam viſionem. 203
Differentia inter aquã benedictã & Exorciſmũ. 303
Differentia inter fauorem perſonæ & culpæ. 444
Differentia Dæmonum multiplex. 481
Diuerſitas cultus diuini, non repugnat veritati. 315
Diuinatio eſt ſecũdum genus ſuperſtitionis. 18
Diuinatio eſt per expreſſam Dæmonũ inuocationẽ. ib.
Diuinatrices conſulere non licet. 378
Diuinatores, & malefici, qui hæretici iudicantur iuris præſumptione, non ex natura rei iudicio ordinariorum, & non inquiſitorum ſubiacent. 330
Dominica die ieiunare eſt Diabolicum. 165
Dona à ſpectro militi donata. 474
Duarũ maleficarũ caſus. 95
Duellum ad vitæ conſeruationem ordinatur. 383
Duellum Dauidis cum Phili

Philistæo diuina reuelatione fuit. 385
Duo fratres simul infirmabantur & curabantur. 46
Duo spiritus nō possūt esse in vno & eodē loco. 205
Duo testes concordes. 342
Duo testes legitimi nō singulares sufficiunt. ibid.
Duo testes de iuris æquitate non sufficiunt in crimine hæresis. ibid.
Duo genera lacrymarum in oculis fœminarum. 514
Duæ potentiæ vnicuique rei à Deo tributæ. ibid.

E

EBrietas est res tumultuosa. 498
Ecclesia Monialium *Hohenzorn.* 249
Effectus maleficiales phantasticos esse & imaginarios quibusdā videtur. 2
Effectus maleficiales quomodo sint miracula. 55
Effectus pœnales quadruplices sunt. 16
Eleemosyna ex lacte, pręseruat lac. 311
Episcopus maleficiatur à cōcubina sua. 262
Episcopi contrā maleficas procedere possūt, exclusis inquisitoribus. 323
Equi diuersi colores in Apocalypsi explicati. 469
Equitare cum Diana vel Herodiade, est cum Diabolo transmeare. 8
Errant dicētes, extrema maleficia realia, medium autem phantasticum esse. 7
Error in mente, hæreticum non facit. 18
Esus stercorum amorem operatur. 77
Esus infantum qualis apud maleficas. 163
Eucharistiæ sacramentum exurit Dæmones. 533
Euæ peccatum non induxisset mortem, nisi culpa Adam accessisset. 69
Euidentia facti differt ab indicio facti. 368
Excommunicatione incubos pelli. 525
Excusatio à tanto non excusat à toto. 11
Executio sententiæ quando sit differenda. 388
Ex effectibus deuentur in cognitionem caussæ. 55
Exempla mulieres infantes vorare. 105
Exemplum constantis casti iuuenis. 283
Exemplum pœnæ iniustè mouentis bellum. 257
Exempla de vexatis ab incubis. 273.274
Exempla de Dæmonibus inquietantib. domos. 479
Exemplum de magica possessione. 539
Exēplū de virgine Bābergēsi, quæ virgo peperit. 523
Exemplum imaginatæ obsessionis. 541

Exercitus Angelorum custodes piorum. 471
Exercitus cœlestes in quem finem appareant. 472
Exorcismus ad quid ordinetur. 303
Exorcisatio cur fiat in baptismate. 300
Exorcista quomodo possit vti herbis, & petris. 291
Exorcizatio ad sanctificanda ea, quæ adhibentur ad diuinum cultum. 499
Exorcismi olim irriti. 264
Exorcismus loco baptismi. 501
Exorcismi Ecclesiæ quando conducant. 258
Exorcismi scripti quomodo gestandi & appendendi. 298
Exorcismi à D. Gregorio instituti. 305
Ex malitia quantumcunque humana maleficorũ opera oriri non possunt. 53
Ex melancholia apparitiones mulieres phantasticæ videntur. 275
Ex natura peccant omnes Dæmones. 38
Experientia docebit iudices. 372
Ex præsumptione cuiusdam Sacerdotis quid acciderit 273
Ex quibus signis dignoscãtur maleficæ. 237
Extra vnum Deum nihil est numinis. 8

F

FAtũ esse aliquid, & dari assertio hæretica. 50
Fatum quid sit. 51
Fatum dupliciter considera tur. 50
Fato non subduntur maleficarum opera, sed aliis causis. 51
Fati & prouidentiæ discrimen. ibid.
Fascinatio tripliciter accipitur. 39
Faunus sicarius quis 32
Fœlix per se, fœliciſſimus si cœlebs. 66
Feriarum tempore magis confitentur magæ, quàm alio tempore. 380
Fides quando hæreticis & maleficis seruanda. 372
Fidei & rationi non repugnat asserere mores hominũ dispositiuè & contingenter, à sydetum dispositionibus variari. 45
Fides est vita animæ. 254
Fide muniti sunt signo crucis muniti. 125
Fides quando Aduocato adhibeatur. 365
Filij Dei in Scriptura Geneſis filij Seth dicuntur. 29
Filiæ hominũ in 6. c. Geneſis, filiæ Cain dicuntur. ib.
Filius quomodo portet iniquitatem patris. 289
Fieri dupliciter sumitur. 201
Figuræ in plumbo liquefactæ. 129

Flegmatici pigri. 46
Flores & Folia quid in ſacra ſcriptura ſignificent. 536
Fœminæ viris ſunt ſuper ſtudioſiores propter tria. 56
Fœmina vnde deriuetur. 65
Fœmina duo genera lachrymarum habet. 63
Forma ſententiæ abſolutoriæ & diffinitiuæ. 396
Forma accuratæ & acris ſententiæ contra conuictum de hæreſi & fugitiuum latæ. 436
Forma ſententiæ abſolutoriæ ab excommunicatione. 413
Formicatio duplex. 509
Formicatione & idololatria corpus & anima contaminantur. 519
Frigiditas naturę quomodo à maleficio dignoſcatur. 8
Frigus quid denotet. 482
Fructus vineæ Salomonicæ quid denotet. 537
Fulmina & grandines eandem habent cauſam 247
Fumus arboris cuiuſdam abigit cacodæmones. 538
Fundamentum omnium muliebrium vitiorum eſt à natura. 514

G

GAudens detractationibus poſſiderur à dęmone. 215
Genethliaci dicuntur propter natalium ſyderum conſiderationem. 48
Geniti ex ſpurcitiis diaboli an ſint maioris virtutis quam alij. 183
Gigãtes an dęmombus procreati. 29
Gilia Chriſtianiſſima mulier Vngariæ regnum ad Chriſtum deduxit. 64
Gradiętia ſuper pectus gaſtrimargiam notatur. 517
Gratia quid ſit. 112

H

HAlec dum capitur, extra aquam ſubitò vocem emittit & moritur. 180
Helias S. Pater & monachus, inter trecentas fœminas tentatur. 151
Heraclides vir ſanctus vitas ſanctorum patrum compilauit. ibid.
Henricus Imperator candentis ferri iudicium erga ſuam coniugem exercuit. 383
Herba quędam accenſa fumigans facit trabes apparere ſerpentes. 94
Hæreſis quare dicatur maleficarum &nõ maleficorum. 70
Hæreſis eſt maxima opera maleficarum non credere. 407

Hæretici comparantur catis. 210
Hæreticus ſimplex relapſus etiamſi pœniteat, eſt occidendus. 254
Hęreticus ſummus quis cẽſendus. 359
Hæreticus qui in ſacræ ſcripturæ expoſitione errat. 4
Hæretici quidã propria cõfeſſione morte adiudicati, illæſi in igne manſerunt. 377
Hæretici inquiſitorum iudicio ſubiiciuntur. 330
Hæreticis conuerſis non eſt fides adhibenda. 435
Hiſtiti Auicennæ quid ſit. 501
Hippocratis ſentẽtia laudatur.
Hypocritę non ſunt Apoſtatæ. 122
Hominis eſt præparare animum, Dei gubernare linguam. 62
Hominẽ procreare eſt actus corporis viui. 28
Homini non licet vti dæmonum auxilio per pacta tacita vel expreſſa. 309
Homines à dęmonibus procreari. 31
Homines hominibus, dæmones dæmonibus præſunt. 38
Homines an transformentur in beſtias. 99
Homo vidẽs lupum vocem amittit. 22
Homo quinque modis declarat voluntatem. 140
Homo inuerſæ arboris ſimilitudinem præfert. 546
Homo animalis quid. 527
Homo ſpiritualis & interior. ibid.

I

IEiunia & orationes abigunt dæmones. 479
Idololatria primũ ſuperſtitionis genus. 18
Ignis & aër dæmonibus ſubſunt. 19
Ignorantia multiplex. 11
Imaginari & phãtaſiari idem ſunt. 196
Imagines duplices. 57
Ima à ſummis. 45
Imagines ex influentiis cœleſtium corporum. 15
Imaginibus vti illicitũ ſemper. 25
Imago Saluatoris cruorem emittit. 249
Impatientia mulierum. 66
Impeditores officij inquiſitionis, quomodo Hæretici habendi. 451
Impoſſibile eſt malitiã eſſe in voluntate, quin ſit error in intellectu. 329
Impotẽtia ex maleficio procreata, aut eſt temporalis aut perpetua. 89
Impotentia duplex. 278

Impotenter facientes sunt homicidæ. 87
Incantator serpentum interimitur à serpente. 298
Incantatores qui dicantur. 255
Incantatores duplices. 355
Inconuenientia ex fato. 50
In Ecclesia primitiua sine Exorcismis baptismus peragebatur. 305
Incredibilis multitudo meretricum in Concilio Cõstantiensi. 520
In criminalibus sententia non differatur. 588
Incubi vnde dicantur. 32
Incubi ex quo elemento formentur. 178
Incubi an generent aliquãdo fœtus. 522
Incubi pelluntur angelica salutatione. 273
Incubi plus vexant mulieres & puellas pulchros crines habentes. ibid.
Incubones Fauni Vicarij. 518
Infirmis infundenda Eucharistia. 534
Infirmissimi sæpè fiunt martyres. 537
Informatio discretorum virorum disponit ad veritatem dicendam. 401
In fornicatione inuenis peccat, senex insanit. 116
Inimici capitales qui dicantur. 345
Inimicus capitalis non admittitur ad actionẽ. ibid.
Inimicitiæ sunt plerunque causæ maleficij 350
In iusto bello an liceat magorum opera vti. 252
In monasteriis neminẽ meliorem, vel peiorem inuenies, quàm qui profecerũt in illis, aut defecerunt. 65
Inquisitoribus maleficæ non possunt nocere. 146
Indeuotę orationes claustralium. ibid.
Inquisitorum Hispaniarum opinio de iudice competenti. 325
Inquisitores nõ se intromittunt, nisi in his quæ sapiũt hæresim. 424
Inquisitores debent schismaticos prælatos iudicare, nõ punire. 331
Inquisitores in inquisitione sæpè præcipitanter agere. 542
Inquisitorum limitata inquisitio. 319
Intelligere est aliquid pati. 74
Intellectus humanus potest ab Angelo adiuuari. ibid.
Intellectus sustantiæ bonæ. ibid.
Intellectus benè dispositus virtuti non contrariatur. ibid.
Intendere superstitiosè rebus naturalibus quomo-

do licitum. 23
Interrogatoria delatoribus proponenda. 340
Interrogatoria generalia quomodo formari debeant. 349
Interrogatoria super teſtes. 348
Interrogatoriæ particularis datur modus. 350
Inteſtinis cadauerum inteſtinæ Maleficarum affliguntur. 268
Iob etiam in anima à Satana affligebatur. 218
Irrationales à Dæmonibus redditi. 532
Iudex ſecularis Epiſcopi conſenſu poteſt Maleficos iudicare & punire. 253
Iudex Eccleſiaſticus propter ſolam inconſtantiæ ſuſpicionem relapſum curiæ ſeculari tradat. 252
Iudex rigoroſius procedat contra deprehenſos manifeſtè, quàm contra ſuſpectos. 394
Iudex in crimine Hæreſis perſequatur, & Malefici libellum non exigat, nec litis conteſtationem poſtulet. 388
Iudicium de priore obſeſſo ſacerdote. 220
Iudicium duriſſimum iis qui præſunt. 254
Iudicium ferri candentis, neque auctoritate diuina, neque ſanctorum patrum ſancitum. 384
Iudicium Dei duplex. 329
Iudici an liceat promittendo impunitatem à reo plectendo, veritatem elicere. 371
Iuliani Apoſtatæ perfidia minor apoſtaſia Maleficarum. 127
Iuramentum purgantis ſe canonicè. 399
Iuramentum ſuſpectæ & diffamatæ. 415
Iuſtitia diuina eſt in vniuerſo, ſicut lex in ciuitate. 55

L

LAcerta ſub limine oſtij impedit fœturã. 484
Lactucam ſine ſignatione comedens corripitur à diabolo. 530
Lachrymæ donum in pœnitentibus præcipuum. 374
Lachrymas non poteſt Malefica in tormentis emittere. ibid.
Laodices vxoris regis Antiochi caſus. 68
Litaniæ inſtitutæ Viennæ contra lupos. 103
Leges ciuiles tolerant maleficia maleficiis pelli. 69
Lepram & Epilepſiam à Maleficis inferri. 225
Lex Diuina mandat Maleficas occidere. 4
Liberi quomodo portẽt peccata parentum. 235

Liberi procreandi ex sponso, ex verbo, & anima. 509
Liberum arbitrium est peccabile. 112
Liberi Necromantici. 153
Ligatio rationis à Dæmonibus. 77
Linguæ bonum. 512
Linguæ malum. ibid.
Lingua tertia multos commouit. ibid.
Locustæ arcentur excommunicatione. 274
Locustæ aculeatæ in Apocalypsi quid designent. 517
Ludificatoria experimenta Maleficorum. 526
Lunatici vsu rationis ad tẽpus per Dæmones priuantur. 532
Luxuria mutat sexum cordis. 403
Lupus vigilibus gladium surripuit. 104

M

MAgi qui sint. 16
Magia quando inuenta. 17
Magi Pharaonis veros serpentes produxerunt. 75
Magi & Astronomi vtrùm sint Apostatæ. 122
Magi caballo per aëra equitant. 171
Magici sagittarij & sclopetarij in aulis principum fouentur. 250
Magnatum concubinæ. 70
Maleficæ cur principibus nõ noceant. 142
Maleficæ sunt species Pythonum. 7
Maleficæ an creent creaturas. 8
Maleficæ quot modis impediantur. 313
Maleficæ committuntur Episcopis puniendæ. 335
Maleficæ ante Noam non fuerunt. 184
Maleficæ quomodo fidem abnegent. 120
Maleficæ quomodo lacte priuent. 239
Maleficæ pactum pangunt cum inferno. 122
Maleficæ vnde dicantur. 26
Malefica aliquando Diaboli opere in quæstionibus efficitur insensibilis. 368
Maleficæ faciliter crimina sua fatentes, quæ. 369
Maleficæ cur offerant pueros Diabolo. 134
Maleficæ an valeant ad amorem corda succendere. 78
Maleficæ cur non videntur. 142
Maleficæ an reuera auferant virilia. 90
Maleficæ non sanant, sed faciunt cessare læsiones. 449

Maleficæ quomodo mutentur in catos. 210
Maleficia tolluntur ab his qui fecerunt. 95
Maleficæ triplices sunt. ibi.
Malefici quando inceperint cum Dæmonibus colludere. 18
Malefici quomodo animalia interimant. 241
Malefici procurant odia per serpentes. 283
Malefici leonibus comparantur. 317
Malefici non adhibendi ad Dæmoniacos curandos. 535
Malefica maleficam necat. 203
Maleficarum artes eneruantur quàm primùm à magistratu capiuntur. 145
Maleficia inuertunt propria hominis. 53
Maleficia vbi inquirenda sint. 312
Malefici relegantur ad medicos. 260
Maleficia impediuntur ceremoniis Ecclesiæ. 491
Maleficorũ peccata primorum parentum peccata excedunt. 119
Maleficos esse Necromanticos. 130
Maleficus contra Maleficum testificare potest. 344
Maleficus vndo dicatur. 482
Maleficia quędam reperiuntur perpetua. 500
Maleficiũ manet perpetuò. 258
Maleficium auferre de loco an sit licitum. 486
Maleficium quòd sit reuera non opinione. 87
Malitia linguæ. 62
Malum fieri, est bonum propter perfectionem vniuersi. 107
Mania imaginata quomodo possit sanari. 543
Maniacis soporifera ministranda. ibid.
Materia corporalis naturaliter obedit bono vel malo Angelo ad motum localem. 75
Mathematici propriè qui dicantur. 48
Matrimonium est meritorium. 5
Maleficiis pœna imponitur. 4
Matrimonium contractum dirimitur per maleficium superueniens. 5
Matrimonium ex maleficio impetratum. 497
Maleficus sub monachi habitu maleficia exercet. ib.
Medium participat naturam extremorum. 8
Medicis non in omnibus est obsequendum. 527
Melãcholici sunt inuidi 46
Membra occultari non segregari. 195
Memoria est thesaurus intentionum. 76
Mens impiorum est sicut

nauis in mari sine gubernatore. 212
Meretrices vocantur stercora vitæ. 510
Merita sanctorum abigunt Dæmones. 289
Migratio in alias ædes amouet maleficia. 284
Miles nobilis cum spectro quodam Hierosolymam eques proficiscitur. 474
Minimus Angelus humanã virtutem incomparabiliter excedit. 173
Minora mala tolerantur ad vitanda maiora. 383
Miracula bonorum fiunt per publicam iustitiam. 55
Miracula quomodo faciant sancti. 15
Miracula malorum per signa publicę iustitiæ fiunt. 55
Miri opera Dæmonum & Maleficorum an pro miraculis habeantur. 206
Modi impediendi vim generatiuam. 86
Modi 13. seruandi circa sententiam ferendam contra Malesicam ab alia Malefica incinerata vel incinerãda delatam. 411
Modus interrogandi, inquirendi, & examinandi Maleficos & Hæreticos non est idem in omnibus. 373
Modus in tortura procedendi. 371
Modus profitendi duplex 161
Modus sciendarum tempestatum. 244
Modus explorationis an aliquis sit maleficiatus. 486
Modus & forma exorcisandi maleficiatos. 301
Modus idem est totius & partis, sicut totius terræ glebæ. 36
Monachi prędicatores comparantur canibus. 210
Monialis non signans se cruce in esu lactucæ à diabolo possidetur. 94. 214
Moniales S. Catharinæ Nurembergæ à Dæmone vexatæ. 479
Mores hominum quomodo causentur ab astris. 54
Morbi inflicti Pictori Columbariensi à phantasmate quodam. 473
Morbi non exorcisantur, sed morbosi: non infectio, sed infecti. 300
Morbi maleficiales & naturales quomodo dignoscantur. 141
Moses percussit Ægyptum ministerio bonorum Angelorum. 17
Motores orbium inclinant semper ad bona. 72
Motores bonorum & virtutes cœlorum quid sint. 150

Mulier pro carnis concupiscentia intelligitur. 64
Mulier est minoris fidei quàm vir. ibid.
Mulier virum decipere laborat. ibid.
Mulieres sunt vindicabiles. 67
Mulieres natura sunt immorigeræ. ibid.
Mulier non vult regi, sed impetu suo procedere etiam in damnum suum. ibid.
Mulier quæ sit. 6
Mulier aut amat aut odit. ibid.
Mulier cùm sola cogitat, mala cogitat. ibid.
Mulier bona beatificat viros, saluat gentes & vrbes. ibid.
Mulieres minùs valent intelligendo quàm viri. 65
Mulieres sunt incontinentes linguæ. 64
Mulier fuit formata de costa pectoris tortuosa quasi contraria viro. 65
Mulier Samsonis infesta. ibid.
Mulieris procliuitas ad odia. 66
Mulier amicitiæ inimica. 513
Mulieres aut blanditiis, aut importunitate instigant viros. 68
Mulier obstinata ligatur & ad formicas proiicitur. 516
Mulier amarior morte, & quare. 94
Multiplicatio ex Incubonatorum. 183
Munitio contra præstigias. 197
Mũdus sine mulieribus esset conuersatio Deorum. 58
Mutatio loci mutat Incubos. 273

N

NAtura bona, creatura mala, secundùm voluntatem. 52
Natura corporalis nõ obedit Angelis, nisi quo ad motum localem. 243
Natura corporalis quomodo subsit naturę spirituali. 489
Natus ex Incubo, cuius filius dicatur. 34
Necromantici non possunt sibi Dæmones subiicere. 548
Necromantici qui dicantur. 487
Necessitas non requirit prudentiam. 107
Nemo noscens malum operatur illud. 54
Nemo illabitur animæ, nisi eius creator. 73
Nemo innocens infamatur. 223.
Nocturna phãtasmata conformia sunt diurnis cogitationibus. 532

Nomina Diabolorum. 41
Nomina in baptismo ritè imponenda. 305
Non semper cessante peccato, cessat potestas Diaboli. ibid.
Notarius totum scribat in processu, quod delatus in tortura fatetur. 372
Non confitens vno tormento illud experiatur. ibid.
Nouum dicitur dupliciter. 102

## O

Obiectū excellens corrumpit potentiam. 370
Obsessi an debeant communicare sacræ synaxi liberationis causa. 523
Obstetrices maleficentissimæ. 105
Oculi Angelorum sunt picti. 180
Oculi Maleficarum corrūpunt Iudices. 230
Oculi mala qualitate infecti aërem medium inficiunt. 22
Olla plena capitum infantium. 162
Oliua à meretrice plantata non fert fruges. 49
Omne quod incipit de nouo habet aliquam causam. 44
Omne multiforme reducitur ad aliquod vniforme. 43
Omne quod non est ex fide, peccatum est. 122
Omnis actio est per contractum. 28
Omnis alteratio fit per qualitates actiuas. 98
Omnia creata sunt ordinata. 109
Omnis malitia & immunditia à Diabolo excogitata sunt. 73
Omnia ferè mundi regna propter mulieres euersa. 68
Opera Antichristi qualia. 102
Operationes sequuntur naturales conditiones. 240
Oppidi Zaberni casus. 231
Opinio Philosophorum de cometis. 47
Opus Dei licet per Diabolum vitietur, non tamen est potentior illo. 12
Orat Iudex Ecclesiasticus secularem, ne abiuratum & relapsum pœna sanguinis puniat. 430
Ordo seruandus cum conuicto legitimè, omnia tamen negante. 431
Ordo iuris duplex. 389
Ordinis sui manu se purgare, quid significet. 399
Ordo in purgatione canonica seruandus. ibid.
Ordo inter Dæmones. 39
Origo adorationis imaginum. 7

Oua formicatum ventositatem & tumultum in ventre generant. 275. & 526
Oua cũ mortuis tumulata. 226
Oues lupum, & canem naturali imaginatione discernunt. 79

P

PAssio sensibilis non est sine immutatione. 22
Passionis Christi tempore, fides B. Virg. non defecit. 65
Peccatum nisi veniſſet, lateret gratia. 113
Peccatum non corrũpit totum bonum naturæ. 122
Peccatum non consistit in imaginatione, sed in voluntate. 100
Peccare quid sit. 112
Peccatum quot modis vnũ dicatur maius altero. 119
Peccatum quid sit. 120
Peccatũ primi Angeli aliorum Angelorum peccata excessit. 114
Peccati prima corruptio in nos per actum generationis prouenit. 71
Peccatum eorũ qui palpant homines. 521
Peccatum hominis ex libero arbitrio procedit. 43
Per colores vestium indicantur in sacra scriptura virtutes & vitia. 469
Per Dauidis Musicam prorsus recessisse à Saule Satan. 540
Perfectæ & imperfectę creaturæ. 201
Peripateticorum opinio de motibus. 88
Periuri admittuntur in testimoniũ contra Maleficos. 344
Pœna triplex vni Decano imposita. 444
Pœnas patientes sustinens satisfacit pro culpa. 126
Pœna hæreticorum multiplex. 113
Pœnæ corporales non semper consequuntur culpã. 213
Pœnæ irrogatæ de iure canonico receptatorib. Maleficorum. 251
Pœnitentiæ sacramentum est remedium contra maleficium. 95
Pili Maleficæ omni ex parte abraduntur in tormentis. 376
Pilosi Satyri quid sint. 518
Pinguia non amanda. 498
Phantasia quid sit. 75
Phantasma non est sine quantitate. 97
Philocaptio quid sit. 501
Philocaptio triplex. 494
Philocaptio ex Dæmonum tentatione orta. ibid.
Philocaptio Eremitarum. ibid.

Philocaptio Pauli Apoſtoli, ibid.
Philocaptio ex triplici cauſa oriri poteſt. 283
Poteſtas Luciferi æqualis poteſtati Angelorum bonorum. 173
Poteſtas Dæmonis quot modis impediatur. 497
Poteſtas Satanæ in tempeſtates probatur exemplo Iouis. 489
Practica cognoſcendi morbos maleficiales. 142
Practica contra violenter ſuſpectum ſeruanda. 410
Precationes publicæ Eccleſiæ conducunt contra obſtinationes Maleficarum. 379
Prædicatores 4. debent populo prædicare. 8
Prędicatores habent linguas canum. 62
Prædicator cautè loquatur de mulieribus, propter beatam virginem. 64
Præfixa poteſtas Diaboli. 145
Præſtigium quid ſit & vnde dicatur. 93
Præuaricatores Angeli an cum mulieribus rem habuerint. 57
Princeps quando dicatur reſipiſcere. 253
Priuilegium viri à maleficio. 70
Prodigia viſa ante bellum Bohemicum ſiue Huſſiticum. 502
Prouidentia eſt ordinantia ad finem aliquem. 109
Prouidentia humana non ſe extendit ad neceſſaria quæ ex natura proueniũt. 117
Puella vota caſtitati deſtinata liberatur à Cacodæmone. 531
Puella pluuiam & tempeſtatem concitans. 237
Puncleri circulus in *Borbach*. 249
Pugnãtium irruptiones audiri. 472
Punclet Maleficus. 248
Purgatio canonica quid vocetur. 398
Pythones qui dicantur. 4
Pythoniſſa in Actis Apoſtolorum. 132

## Q.

QVadraginta & vna Maleficæ combuſtæ. 105
Quare Dæmones ſe Incubos faciant. 32
Quare Dæmon plus mali poteſt in actibus venereis. 71
Quare iudicium extremum protrahatur. 233
Quare Deus permittat infantes

fantes à Dæmonibus obtrudi. 316
Quatuor insatiabilia. 70
Quatuor modi conuincendi reum. 389
Quærere mulierem per fluxum. 67
Quidam imaginatur se duo corpora habere. 542
Quid delato respõdendum, si plenè petat testes publicari. 360
Qui Hæretici perpetuò carceri mancipentur. 409
Quilibet est causa suæ malitiæ. 43
Qui maleficium negãt non credunt Dæmones esse. 3
Qui per annum in excommunicatione persistit velut Hæreticus condemnandus. 393
Quinque officia sensuum. 76
Quinque causæ cur Deus flagellat. 127
Quinque remedia liberandi obsessos. 532
Quinque modi impediendi Venerem. 85
Quinque regulæ, ad quas examinantur ea quæ videntur superstitiosa. 314
Quinque personæ adsint in testium examinatione. 348
Quod multis videtur non potest omninò falsum esse. 46
Quomodo Dæmones alliciantur carminibus, Musica, herbis. 58
Quomodo Deus finat malum fieri. 136
Quomodo probetur an aliqua sit maleficata. 228
Quo tempore sint faciendæ interrogationes. 379

R

RAtio condemnationis Maleficarum. 6
Receptatores qui dicendi & an hæretici habendi sint. 450
Receptatores & fautores Maleficiorum puniendos esse. 230
Refrænare appetitum venereum, subiacet libero arbitrio. 74
Regna an per astra mutentur. 46
Remedia pro à Dæmone obsessis sunt Exorcismi Ecclesiæ, confessio, sacra communio, locorum sacrorum visitatio, ab excommunicatione absolutio, & bonorum oratio. 287
Remedia super maleficiatis ad amorem vel odium. 280
Remedia contra quasdam

occultas Dæmonum infestationes. 315
Remedia quædam iudici proponantur ad veritatem cognoscendam. 378
Remedia contra grandines & super iumenta maleficiata. 309
Remedia contra Incubos & Succubos. 274
Remedium exorcisationis. 535
Remedia Ecclesiastica duplicia. 278
Remedia illicita sunt, vel secundùm quid, vel simpliciter. 427
Remedia licita quomodo ab illicitis discernuntur. 428
Remedia contra amores nõ prouenientes ex maleficio. 281
Remedia pro illis qui cõtra vim generatiuam maleficiuntur. 276
Remediis Maleficorum sæpè res in deterius eunt. 500
Remedium Ecclesiasticum optimum. 279
Remedium vanum toleratur. 267
Res gesta de maleficiato obsesso. 215
Repetitio omnis generis Maleficorum. 395
Res gesta in Diœcesi Argẽtinensi, de virginibus obsessis. 479
Res gesta Nurembergæ. 541
Res gesta Minor Basileæ de Dæmone in scrinio. 476
Rosa flos Veneris. 69

S

SAcramentum quibus obsessis non sit dandum, 288
Sacramenta etiam ab ineptis administrari possunt. 303
Sacramentum circumgestare contra tempestates an licitum sit. 324
Sacerdos frustra maleficiis virginem ad amorẽ propellit. 282
Salices I. Maij inciſæ, præseruant à Maleficis, 310
Salomonis regis exorcismi. 538
Sancti etiam amore mulierum tentati. 80
Sanctius est mori, quàm abnegare, vel vesci idololatricis. 333
Sanctorum scientia excrescente etiam artes Dæmonum excrescunt, 18
Sãctorum intercessiones obsessos iuuant. 534
S. Antonius in massa auri reperit Dæmonem. 94

S. Machariuscurat virginem visam equam. 99
Sanctus quidam petit quinque mensibus à Dæmone possideri humiliationis causa. 525
Saluia putrefacta excitat tempestates. 14
Sanguis occisi hominis quare ad præsentiam interfectoris remanet. 15
Sanguinei sunt benigni. 46
Sapiens dominatur astris 47
Satan quomodo sit missus in cor Iudæ. 532
Satyri genus dęmoniorum. 32
Saturnus dominatur plumbo. 206
Sententia ad continuandam torturam. 373
Sententia diffinitiua absolutoria ad pœnam purgationis canonicæ. 398
Sententia super variũ rerum ad quæstioni subiiciendũ. 401
Sententia interlocutoria ad quæstionem submittendam. 370
Sententia absolutionis contra totaliter immunem. 397
Sententia non feratur sub conditione. 387
Sententia diffinitiua quomodo ferenda. 386
Sententia non nisi in conuictum aut sponte cõfessum fertur. 387
Sententiandi formula contra præcisè diffamatum. 397
Sententia contra vehementer suspectum. 406
Sententiandi modus contra confessam relapsam, sed pœnitentem. 421
Sententia hæreticis pœnitentibus danda. ibid.
Sententiæ condemnatoriæ nullo die festo nec in tempus sunt ferendæ. 426
Septem maleficia ad actum venereum pertinentia. 70
Septem, decem, viginti & triginta testes aliquando in purgatione canonica requiruntur. 298
Septem modi quibus maleficia nocere possunt. 482
Sex fines cur maleficia tela in ligna crucis dirigant. 248
Sexta feria dies ad crimina detegenda. 380
Sex modis quibus Cacodæmon homines possidet & lædit. 531
Signatio credentium. 297
Signum dignoscendi maleficium. 263
Siluani & Fauni cum mulieribus exiterunt. 31
Simonis Magi artes. 100

Simile

COUVENT DES DOMINICAINS
S. ROMAIN
TOULOUSE

Simile à coloribus formicatum ad vitia. 469
Sine culpa, nisi subsit causa nemo est puniendus. 127
Scopis aquam spargere excitat pluuiam. 222
Scutum fidei formatæ. 139
Solis virtus. 13
Solitarij cùm sunt prudentes magis secundùm rationem loqui possunt. 532
Somniorum apparitiones. 76
Somnia secundùm complexiones. 131
Somnia Maleficarum. 132
Sortilegi vel diuinatores duplices. 324
Specula noua impuritatem contrahunt ex mulieris menstruatæ aspectu. 13
Stella cometa est impressio calida & sicca. 47
Stella in transitu D. Thomæ quomodo formata. 48
Succubi ex maleficio immissi. 271
Succubus publicè in Concilio Constantiensi se inter alias meretrices prostituit. 520
Summariè & simpliciter procedatur. 368
Summæ Maleficæ & earum opera. 190
Super actum venereũ quare diabolus magis maleficia exercitet. 33
Superstitio quid sit. 314
Suspectus de vehementi generaliter abiuret. 394
Suspectus de maleficio nihil commodato dandum aut donandum. 312
Suspecti de hæresi Maleficarum sunt in triplici genere. 392
Suspicio vehemens quæ sit & quomodo tollatur. 391
Suspicio Hæresis triplex. 389
Sustinens excommunicationem per annum hæreticus habetur. 410

T

TAciturnitatis maleficiũ Haganoæ. 376
Taciturnitas in torturis vnde proficiscatur. ibid.
Tam difficulter quæstionatur magus, quàm exorcisatur obsessus. 370
Telonium impositum consulẽtibus Maleficam. 265
Tempestates à Maleficis quomodo concitentur. 461
Tempestates adiurationibus quomodo impediantur. 492
Templum Dei vnde simus. 520
Tentatio cui non consentitur

tur an sit peccatum. 495
Testes cogendi sunt in causis Ecclesiasticis. 343
Testes pluries examinari possunt. 344
Testes duo quando sunt concordes quid faciẽdum. 342
Testes singulares non sufficiunt in causa hæresi. 343
Testes singulares qui sint. 342
Testes falsi quomodo puniendi. 432
Tormenta cõtinuanda non iteranda. 373
Tormenta non iterãtur nisi superueniant indicia noua. ibid.
Transformatio Sathanæ in S. Siluanum Nazarenum Episcopum. 221
Traditur brachio seculari abiuratus de hæresi vehementer, non autem leuiter tantùm. 422
Tradendus brachio seculari prius ordine est denudandus. 410
Transmutatio quotuplex. 201
Tres species infidelitatis. 120
Tres columnę fidei Apostolicæ. 479
Tres homines particulares in hominis natura. 516
Tredecim modi, quibus Maleficæ Maleficas traducunt vel deserunt. 441
Tria attendat Iudex cùm delatus omnia negat. 352
Tria genera hominum tuti à maleficiis. 144
Tria præcipua vitia mulierum. 70
Tria in rerum natura sunt quæ medium tenere nesciunt, Lingua, Ecclesiasticus, & Fœmina. 16
Triplex Pœna Malefico irroganda. 362
Triplex genus Incuborum. 274
Triplex malum & bonum. 115
Triplici modo punitur quis iustè ob aliena peccata. 125

V

VBi maior culpa, ibi maior pœna. 38
Vbi grauior est culpa maior vindicta exerceatur. 251
Veneratio magistratus eneruat maleficia. 491
Veritatem multi faterentur nisi metu mortis retraherentur. 372
Verbum Dei non minùs quàm corpus Christi. 297
Veste liuida ad modum scapularis monachi induitur abiuratus. 414
Vestes non exuendæ sunt illis

illis quæ ab incubo vexantur. 519
Vetula quatuor abbates interimens amore. 77
Vetularum aſpectus & colloquia amorem excutiũt. 412
Vetularum aſpectus venenoſus. 20
Vilia non ſunt ſcienda. 106
Vinum quomodo maleficæ comparent. 241
Vindicta triplex. 515
Violenta ſuſpicio ad condemnationem ſufficit, & eſt duplex. 389
Viri plus maleficiantur, quã fœminæ. 276
Virtus Angeli ibi eſt vbi operatur. 200
Virgo Iohanna (quam Galli *Ieanne pucelle* vocãt) exorta in Epiſcopatu Colonienſi. 510
Virgo Iohanna Bohemis Huſſitis bellum denunciat, ſed incaſſum. 511
Virtus ſenſitiua an ſit dignior nutritiua. 83
Vi crucis Dauid cythara pulſans Dæmonem abegit. 60
Vir vxorem non ſuſtinens. 100
Vis aquæ benedictæ. 104
Vis ſalis benedicti. 148
Vis tituli crucis. ibid.
Viſu maleficia immittunt Maleficæ. 375
Vis verbi Benedicite. 273
Verum & Ens conuertuntur. 81
Vnguenta ex carnibus infantum. 174
Voces fœminarũ ſunt mortiferæ. 69
Voluntas recipit obiectum ſuum ab intellectu ſuo ratione boni. 82
Voluntas hominis ſoli Deo ſubiacet. ibid.
Voluntas regitur à Deo, ſicut intellectus ab Angelo. 81.
Voluntas carnalis effœminat. 493
Voluptates inebriant mentes. 498
Vulgaris licita canonica purgatio. 446
Vt cinis facilè in lutum coaleſcit, humore profuſus, ſic homo peccatori ſociatus facilè peccat. 521
Vtilitates ex maleficiis pulſis emergentes. 492
Vxor quando propter ſuſpitionẽ fornicationis poſſit dimitti. 389
Vxor Lot à Diabolo fuit conuerſa in ſtatuam ſalis. 91

## Z

ZOroaſtres artis Magicæ & Mathematicæ primus intuentor 117

# TABVLA QVÆSTIONVM TOTIVS OPERIS

## PRIMÆ PARTIS.


QVÆSTIO I. Asserere Maleficas esse, an ita sit Catholicum, quòd eius oppositum pertinaciter defendere sit hæreticum. fol. 1.

Quæstio 2. Quòd affectum maleficialem semper habet Dæmon cum Malefico concurrere, vel quòd aliter sine adminiculo alterius talem effectum possit producere. 13

Quæstio 3. An Catholicum sit asserere quòd effectus per Incubos & Succubos Dæmones sic procurantur, quòd etiam veri homines in multiplicationem & originem Maleficorum per tales Dæmones procreantur. 27

Quæstio 4. An Catholicum sit asserere quòd actus Incuborum & Succuborum Dæmonum, tantummodo infimis spiritibus conueniat. 37

Quæstio 5. An quoquo modo possit catholicè censeri, quòd origo & multiplicatio Maleficorum operum ex influentiis procedat corporum cœlestium absque adminiculo Dæmonum, seu à substantiis separatis, vt sunt motores orbium cœlestium, seu etiam à malitia hominum concurrente ad voces, & verba quæcunque stellarum. 43

Quæstio 6. quo ad Maleficas cum Dæmonibus concurrentes. 60

Cur mulieres ampliùs inueniantur hac hæresi infectæ quã viri. 68. Cuiusmodi etiam mulieres præ cæteris sunt inuolutæ

involutæ, declaratur per quinque sequentes quæstiones. 70

Quæstio 7. An maleficæ virtute Dæmonum mentes hominum ad odium, vel amorem inordinatum incitare valeant. 72. & de modo proponendi huiusmodi materias in sermonibus ad populum. 78

Quæstio 8. An generatiuam potentiam seu actum Venereum impedire, & maleficare possint. 84. Incidentalis quæstio, cur interdum actus ille impediatur respectu vnius & non respectu alterius personæ. 86

Quæstio 9. An præstigiosa illusione membra virilia, quasi sint à corporibus euulsa, auferre soleant, cum aliis difficultatibus annexis. 90

Quæst. 10. An homines in bestiales formas possint transmutare, cum alia insidentali quæstione. 96

Quæst. 11. de obstetricibus Maleficis conceptus in vtero & extra diuersimodè interimentibus. 104

Quæstio 12. An Diuinam permissionem in operibus maleficare commendare ita sit Catholicum, quòd eius oppositum scilicet illam redarguere omninò sit hæreticum. 165

Quæstio 13. Super duas diuinas permissiones, circa casum Diaboli, & primorum parentum, & quibus cuncta Maleficarum opera iustè permittuntur. 115

Quæst. 14. An præmissis non obstantibus peccata Maleficorum grauiora sint peccatis malorum Angelorum, & primorum parentum, & quod grauissimas mereantur pœnas, etiam in præsenti. quæstio de materia tota prædicabilis est. 117

Quæst. 15. An propter peccata Maleficarum innoxij sæpè malificentur, & interdum propter peccata propria. 124

Quæst. 16. An hæresis Maleficarum omnes alias superstitionis species excedat. 129

Quæst. 17. Est declaratiua 14. grauitatem criminis ad peccata quæcunque Dæmone comparando. 133

Quæst. 18. Contra quinque argumenta Laicorum, quòd Deus non permittat tantam potestatem Diabolo & Maleficis, & annectitur hæc quæstio primum. 136

SECVN

# INDEX QVÆSTIONVM SECVNDÆ PARTIS.


QVæstio 1. An quis possit per bonos Angelos ita beneficiari, quòd à Maleficis & Dæmonibus non possit maleficiari, & continet 16 cap. 143

Primum cap. de diuersis mediis, quibus Dæmones ad augmentum illius perfidiæ & alliciunt per Maleficas innoxias & honestas puellas. 145

2. De modo sacrilegæ professionis earum, & de homagio Diabolo præstando. 160

3. De modo, quo de loco ad locum transferuntur. 166

4. De modo, quo se Incubis Dæmonibus subiiciunt. 177

Qualiter ex iis multiplicentur. 181

An semper cum seminis decisione Incubus Maleficam aggrediatur. 184

An potiùs vno, quàm alio tempore aut loco. 185

An visibiliter illas spurcitias agitent cum maiori vel minori venereâ delectatione. 186

An Incubi tantummodo mulieres ex eorum spurcitiis procreatas aggrediantur. 187

5. De modo generali, quo per sacramenta Ecclesiæ maleficia exercẽtur, & de sex modis quibus omnibus creaturis (corporibus cœlestibus exceptis) veras infirmitates, licèt non veras sanitates, virtute naturali inferre possunt 188

6. De modo, quo virtutem generatiuam impedire solent. 192

7. De modo, quo membra virilia auferre solent per operationis modos, vt scias quæ tacta sunt in quæst. 8. primæ partis potentiam faciendi tangere. 194

8. De modo, quo homines in bestiales formas transmurantur. 200

9. De modo, quo Dæmones intra corpora, & capita sine læsione existunt, dum præstigiosas operantur transmutationes. 204

10. De modo, quo Dæmones per Maleficarum operationes substantialiter homines inhabitant. 212

11. De modo quo omne genus infirmitatis in generali inferre possunt. 220

12. De modo in speciali, quo hominibus grauiores infirmitates inferant. 226

13. De modo, quo obstetrices Maleficæ præ omnibus a //

maiora damna inferunt, dum infantes, aut interimendo, aut execrando Dæmonibus offerunt. 231
14. De modo, quo Maleficæ iumentis varia nocumenta inferunt. 238
15. De modo, quo grandines & tempestates concitare, ac fulgura fulminare solent. 242
16. De tribus modis, quibus viri, & non mulieres maleficiis afficiuntur. 247
Quæstio 2. Vtrùm sit licitum maleficia aut per alia, aut per illicita tollere, & continet 8. cap. 257
Primum caput de remedio Ecclesiastico contra Incubos & Succubos Dæmones. 270
2. De remediis pro his, qui circa vim generatiuam maleficiantur. 276
3. De remediis contra maleficiatos super amorem vel odium inordinatum. 280
4. De remediis, cùm præstigiosa arte membra virilia auferuntur, & cùm homines in bestiales formas transmutantur. 284
5. De remediis contra obsessos ex maleficio. 287
6. De Exorcismis Ecclesiæ contra quascunque infirmitates à Maleficis illatas & de modo exorcisandi. 293
7. De remediis, contra grandines & fulmina & pro iumentis maleficiatis. 309
8. De remediis contra quasdam occultas Dæmonum infestationes, & pro illis qui se Dæmonibus, intuitu alicuius commodi temporalis, totaliter deuouissent. 315

## TERTIÆ PARTIS.

QVæstio generalis & introductoria, quis sit competens Maleficarum Iudex. 319
Quæstio 1. Quis sit modus competens Iudici ad inchoandum processum fidei contra Maleficos. 335
Quæstio 2. de numero testium. 342
Quæstio 3. Vtrùm Iudex possit compellere testes ad iurandum de dicenda veritate in causa fidei & quoties possit examinari. 343
Quæstio 4. De conditionibus testium. 344
Quæst 5. An inimici capitales ad testificandum admittantur

tur. 345
Quæstio 6. de continuatione processus & qualiter testes sint citandi & interrogandi. 346
Interrogatoria super testes. 348
Interrogatoria generalia super Maleficum, aut Maleficam. 349
Interrogatoria particularia super eosdem. 350
Quæstio 7. Varia declarans super præmissa interrogatoria, & responsiones negatiuas: & an delata sit incarceranda. & quando pro manifestè deprehensa in hæresi Maleficarum sit habenda. 352
Quæstio 8. De modo capiendi & incarcerandi. 354
Quæst. 9. An deponentium nomina sint ei post captionem manifestanda. 356
Quæstio 10. Qualiter defensiones sint concedendæ cum deputatione Aduocati. 358
Quæstio 11. Quid faciet Aduocatus cùm sibi nomina testium non publicentur. 360
Quæst. 12. Qualiter inimicitia capitalis, inter delatum & testes inuestiganda. 364
Quæstio. 13. de his quæ habet Iudex aduertere, ante locum carceris & torturæ, & ne sit facilis ad exponendum Maleficam tormentis torturæ, propter maleficium taciturnitatis. 367
Quæstio. 14. De modo sententiandi delatam ad quæstiones, & quomodo prima die sit quæstionanda & an possit conseruationem vitæ compromittere. 370
Quæst. 15. De continuatione tormentorum & signis: quibus Malefica cognoscitur, quomodo sit abradenda & de variis cautelis super maleficium taciturnitatis. 373
Quæstio 16. De tempore & secundo modo interrogandi, atque de cautelis extremis à Iudice obseruandis. 379
Qualiter processus aduersus hæresim Maleficarum sit per debitam sententiam congruo fine terminandus. 382
Quæstio 17. Super purgationem vulgarem, & præcipuè super examen candentis ferri, ad quod Maleficæ appellant. 383
Quæstio 18. De his quæ Iudex obseruare debet, tam in sententia interlocutoria, quàm diffinitiua. 386

Quæst.19. Quot modis Iudex possit delatum habere suspectum, & super quibus sententiam ferre possit. 389
Quæst.20. Quomodo sit sententia ferenda super personam totaliter immunem. 395
Quæst.21. De secundo modo sententiandi delatum, sed diffamatum tantummodo. 397
Quæst. 22. Super tertium modum sententiãdi diffamatum, & quæstionibus exponendum. 400
Quæst. 23. Super quartum modum sententiandi suspectam de hæresi Iepiter, 403
Quæst. 24. De modo sententiandi vehementer suspectam. 406
Quæst.25. De modo sententiandi delatum violenter suspectum. 409
Quæst.26. De modo sententiandi debitè suspectum, & diffamatum. 415
Quæst.27. De modo sententiandi confitentem hæresim, sed pœnitentem, & non relapsam. 418
Quæst.28. Qualiter sententianda sit relapsa probabiliter, sed pœnitens. 422
Quæst.29. De sententia inferenda confessæ, sed impœnitenti non tamen relapsæ. 426
Quæst.30. Super hæresim confessam & relapsam & impœnitentem. 428
Quæst.31. Super conuictum & deprehensum omnia tamen negantem. 430
Quæst 32. Super conuictum, sed fugitiuum vel se contumaciter absentantem. 435
Quæst.33. Super delatam ab alia Malefica incinerata, vel incineranda, qualiter sit sententiandum. 441
Quæst.34. De modo sententiandi Maleficam maleficia tollentem, & super Maleficas obstetrices & Maleficos fugitarios. 447
Quæst. 35. & vlti. Super modos sententiandi Maleficos quoscunque friuolè, aut etiam iustè appellantes. 453

FINIS.

# TENOR BVLLÆ APOSTOLICÆ ADVERSVS HÆRESIM Maleficarum.

INNOCENTIVS, EPISCOPVS, SERVVS seruorum Dei, Ad futuram rei memoriã, Summis desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, vt fides Catholica nostris potissimè temporibus, vbiq; augeatur & floreat, ac omnis Hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libẽter declaramus, ac etiam de nouo concedimus, per quæ huiusmodi pium desiderium nostrũ notiuum sortiatur effectum, cunctisque propterea per nostrum operationis ministerium, quasi per prouidi operatoris sarculum, erroribus extirpatis, eiusdem fieri zelus, & obseruantia in ipsorum cordafidelium fortiùs imprimatur.

SANE nuper ad nostrum non sine ingenti molestia, peruenit auditum, quòd in nonnullis partibus Alemaniæ superioris, nec non in Maguntin. Colon. Treueren. Saltzburg. & Bremen. prouinciis, ciuitatibus, terris, locis, & Diœcesibus complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum Dæmonibus Incubis & Succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, aliisque nephandis superstitiis, & sortilegiis, excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes & alia diuersorum generum animalia, vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta & alia terræ legumina, perire, suffocari, & extingui facere, & procurare, ipsosque homines, mulieres, iumẽta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinsecis, quàm extrinsecis doloribus &

tormentis afficere, & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, virosq; ne vxoribus, & mulieres ne viris actus cõiugales reddere valeant impedire. Fidem præterea ipsam, quã in sacri susceptione Baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare. Aliáque quàm plurima nefanda, excessus & crimina, instigante humano generi inimico, & committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, ac pernicioſum exemplum, ac scandalum plurimorum.

Quódque licet dilecti filij Henrici Institoris, in prædictis partibus Alemaniæ superioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ, diœceses, & alia loca huiusmodi comprehensa fore censetur. Nec non Iacobus Sprenger per certas partes lineæ Rheni, ordinis Prædicatorum & Theologiæ professores Hæreticæ prauitatis Inquisitores per literas Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt. Tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere quàm oporteat, pro eo, quòd in literis deputationis huiusmodi prouinciæ, ciuitates diœceses, terræ & alia loca prædicta, illarúmque personæ ac excessus huiusmodi nominatim & specifice expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minimè contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in prouinciis, ciuitatibus, Diœcesibus, terris & locis prædictis, huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus antedictis, unitionem, incarcerationem & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris & locis prædictis, excessus & crimina huiusmodi non sine animarum earundem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendio remanent impunita.

Nos igitur impedimenta quælibet per quæ ipsorum Inquisitorum officij executio, quomodolibet retardari posset, de medio submouere, & ne labes Hæreticæ prauitatis, aliorúmque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentum sua venena diffundat, opportunis remediis, prout nostro incumbit officio, prouidere volẽtes, fidei zelo ad hoc maximè nos impellente. Ne præterea contingat, prouincias, ciuitates, diœceses, terras & loca prædicta, sub eisdem partibus Alemaniæ superioris, debito inquisitionis sub

officio

officio carcerem, eisdem Inquisitoribus in illis officium inquisitioni huiusmodi exequi licere, & ad personarum earundem super excessibus, & criminibus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere, perinde in omnibus, & per omnia, ac si in literis prædictis prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ, & loca, ac personæ, & excessus huiusmodi nominatim, & specificè expressa forent, authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus.

Proque potiori cautela literas, & deputationem prædictas ad prouincias, ciuitates, diœceses, terras & loca nec nō personas, & crimina huiusmodi extendentes, præfatis Inquisitoribus, quòd ipsi & alter eorum, accersito secum dilecto filio, IOANNE GREMPER Clerico Constantien. diœces. Magistro in artibus, eorum moderno, seu quouis alio Notario publico, per ipsos, & quem libet eorum pro tempore deputando in prouinciis, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis contra quascumque personas, cuiuscunque conditionis, & præeminentiæ fuerint, huiusmodi inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperierint iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & mulctare. Nec non in singulis prouinciarum huiusmodi parrochialibus Ecclesiis, verbum DEI fidei populo quoties expedierit ac eis visum fuerit proponere, & prædicare, omniáque alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria & oportuna facere, & similiter exequi libere & licitè valeant, plenam ac liberam eadem auctoritate de nouo concedimus facultatem.

Et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Argentinensi per Apostolica scripta mandamus quatenus ipse per se; vel per alium, seu alios permissa, vbi, quando, & quoties expedire cognouerit, fuerit́que pro parte Inquisitorum huiusmodi seu alterius eorum legitimè requisitus, solenniter publicans, non permittere eos per quoscunque super hoc contra prædictarum & præsentium literarum tenorem, quauis authoritate molestari, seu alias quomodolibet impediri: molestatores & impedientes, & contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ aut conditionis fuerint & quocunque exemptionis priuilegio sint muniti, Per excommunicationis, suspensionis & interdicti

ac alias etiam formidabiliores, de quibus sibi videbitur sententias, censuras & pœnas, omni appellatione postposita, compescendo, & etiam legitimis super his per eum seruandis processibus, sententias ipsas quoties opus fuerit aggrauare, & reaggrauare authoritate nostra procuret, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, & qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, extensionis, concessionis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, ac beatorum Petri & Pauli Apost. eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum: Anno incarnationis Dominicę, Millesimo, quadringentesimo octuagesimo quarto. Non. Decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

*Notandum Lectori: quòd sub finem huius Mallei Inquisitoris Sprengeri, sequatur etiam Approbatio & subscriptio Doctorum Vniuersitatis Coloniensis.*

APO

# APOLOGIA AVCTORIS IN MALLEVM MALEFICARVM.

CVm inter ruentis ſæculi calamitates, quas proh dolor! non tam legimus, quàm paſſim experimur, verus Oriens damno ſuæ ruinæ irrefragabili diſſolutus, Eccleſiam, quam nouus Oriens homo Chriſtus Ieſus aſperſione ſui ſanguinis fœcundauit, licet ab initio variis hęreſum contagionibus inficere non ceſſat, illud tamen pręcipuè in tempore his conatur, quando mundi veſpere ad occaſum declinante, & malitia hominum excreſcente, nouit in ira magna (vt Ioan. in Apoc. teſtatur) ſe modicum tempus habere.

Quare & inſolitam quandam hęreticam prauitatem in agro Dominico ſuccreſcere fecit, hęreſim, inquam, Maleficarum, à principaliori in quo vigere noſcitur, ſexu denorando. Quæ dum innumeris machinatur inſultibus, hoc tamen in ſingulis, quod cogitatu terribile, Deo nimium abominabile, & omnibus Chriſti fidelibus odibile cernitur, operibus expletur.

Ex pacto enim cum inferno, & fœdere cum morte, fœtidiſſimæ ſeruituti, pro earum prauis explendis ſpurcitiis, ſe ſubiiciunt. Præterea ea, quæ in quotidianis ærumnis, hominibus, iumentis, terræ frugibus, ab eis, DEO permittente & virtute Dæmonum concurrente, inferuntur.

Inter quę mala nos Inquiſitores, IACOBVS SPRENGER, vnà cum cariſſimo, ab Apoſtolica ſede, in exterminium tã peſtiferę Hęreſeos, ſocio deputato: licet inter diuinorum eloquiorum Profeſſores, ſub prędictorum ordine militantium minimi, Pio tamen ac lugubri affectu penſantes, quid remedij, quídve ſolaminis mortalibus ipſis, pro ſalutari Antidoto foret adminiſtrandum, huic operi prę cunctis aliis remediis pios ſubmittere humeros dignum iudicauimus

dicauimus, confisi de melliflua largitate illius, qui dat hominibus affluenter, & qui calculo sumpto de altari forpice, tangit & mundat labia imperfectorum, in finem optatum cuncta perducere.

Verùm cùm in operibus hominum nil fiat adeo vtile & licitum, cui non possit aliqua pernicies irrogari. Ingeniosa etiam nostra ad acumen non perueniunt veritatis, nisi lima alterius prauitatis plurimum fuerint abrasa. Idcò qui de nouitate operis nos redarguendo æstimat, ad certamen illius confidenter accidimus.

Sciat tamen hoc ipsum opus nouum esse simul & antiquum, breue pariter & prolixum: Antiquum, certè materia & authoritate. Nouum verò partium compilatione, earúmq; aggregatione. Breue propter plurimorum authorum in breuem perstrictionem: Longum nihilominus propter immensam materiæ multitudinem & Maleficarum imperscrutabilem malitiam. Nec hoc dicimus, cæterorum authorum scriptis præsumptuosè derogando, nostrúmq; opus iactanter & inaniter extollendo, cùm ex nostro ingenio pauca & quasi nulla sint addita. Vnde non nostrum opus, sed illorum potiùs censetur, quorum ex dictis ferè sunt singula contexta.

Qua simul ex causa, nec poëmata condere, nec sublimes theorias cœpimus extendere, sed exceptorum more prodendo ad honorem summæ Trinitatis, & individuæ vnitatis super tres partes principales, originem, progressum & finem. Maleficarum Malleum tractatum nuncupando aggredimur, recollectionem operis socio, executionem verò his quibus iudicium durissimum imminet, cò quòd in vindictam malorum, laudem verò bonorum constituti cernuntur à DEO, cui omnis honor & gloria in secula seculorum
Amen.

AVCTO

# AVCTORES EX QVIBVS HOC OPVS DESVMPTVM EST, ET ab Auctore citati.

***

Dionysius Areopagita.
Ioan. Chrysostomus.
Ioan. Cassianus.
Ioan. Damascenus.
Heraclides.
Hilarius.
Augustinus.
Gregorius Papa primus.
Isidorus Episc. Hispanensis.
Itinerarium Clementis.
Remigius.
Albertus Magnus.
Thomas Aquinas.
Bernardus Abbas.
Bonauentura Cardin.
Antonius Archiep. Florent.
Petrus de Bonauentura.
Petrus Damianus.
Nicolaus de Lyra.
Glossa ordinaria.
Paulus Burgensis.
Magister Historiarum.
Magister Sententiarum.
Vincentius Beluacensis.
Guilielmus Parisiensis.
Petrus de palude.
Petrus de Tarenthasia.
Scotus.

Guido

Guido Carmelita.
Alexander de Ales.
Ioan. Nider.
Rabbi Moyſes.
Compendium Theologicæ veritatis.
Vitæ ſanctorum Patrum.
Concilia.
Iura Canonica.
Boëtius.
Hoſtienſis.
Gratianus.
Thomas Brabantinus.
Raymundus.
Ybertinus.
Goffredus.
Cæſareus,
Bernardus.
Mich. Pſelus.
Martinus Planſtch.
Acteſanus. de Aſt.
Bartholomæus de Spina.
Ioan. Franciſcus Picus Mirandolanus.
Conſtantinus Parentinus.
Iacob. Sprenger.
Henricus Inſtitor.
Bernar. Baſin.
Vlricus Molitor.
Ioan. Gerſon.
Tho. Murner.
Io. Laur. Ananiæ.
Paul. Gryllandus.
Bernard. Comenſis.
Franc. Penna.
Io. Franc. Leo.
Ambroſius de Vignate.

Alij etiam ſunt (amice lector) quicquid auxilij Maleficorum, & Dæmonis naturæ cognitionem appetentibus, præſtare valeant: tuo calculo relinquimus diiudicandum.

MALLEI

PRIMA PARS

# MALLEI

## MALEFICARVM,

TRIA CONTINENS,

QVÆ AD MALEFICIVM

concurrunt: vt sunt, dæmon,

maleficus, & diuina

permissio.

*An Maleficium sit.*

### QVÆSTIO PRIMA.

VTRVM asserere maleficos esse, sit adeò catholicum, quòd eius oppositum pertinaciter asserere omnino sit hæreticum. Et arguitur quòd non sit catholicum quicquam de his asserere. 26. q. 5. episcopi. Qui credit posse fieri, aliquam creaturam aut in melius deteriùs ve transmutari, aut in aliam speciem vel similitudinem transformari, quàm ab ipso omnium creatore, pagano & infideli deterior est. Talia autem referuntur fieri à maleficis, ideò talia asserere nõ est catholicũ, sed hæreticum. Præterea nullus effectus maleficialis est in mundo. Probatur. Quia si esset, operatione dæmonum fieret. Sed asserere quod dęmones possunt corporales transmutationes aut impedire, aut efficere, non videtur catholicũ, quia sic perimere possent totum mundũ. Præterea omnis

alteratio corporalis, putà circa infirmitates aut sanitates procreãdas reducitur in motu localem. Patet ex 7. Physic. Quorũcúnq; est motus cæli, Sed dæmones motũ cæli variare nõ possũt. Dionys. in ep. ad Policarpũ. Quia hoc solius Dei est. Ergo videtur quòd nullã trãsmutationẽ ad minus verã in corporibus causare possint: quòd necesse sit huiusmodi trãsmutationes in aliquã causam occultè reducere. Præterea sicut opus Dei est fortius quàm opus diaboli, ita & eius factura. Sed maleficiũ si esset in mũdo, esset vtique opus diaboli cõtra facturã Dei: ergo sicut illicitũ est asserere facturã superstitiosã diabolus excedere opus Dei ita illicitũ est credere, vt creaturæ & opera Dei in hominibus, & iumẽtis valeãt vitiari ex operibus diaboli. Præterà id quod subiacet virtuti corporali, nõ habet virtutẽ imprimendi in corpora, sed dæmones subdũtur virtutibus stellarum, quòd patet ex eo, quòd certi incãtatores cõstellationes determinatas ad inuocãdũ dæmones obseruant: ergo nõ habẽt virtutẽ imprimẽdi aliquid in corpora, & sic multò minùs maleficæ. Itẽ dæmones nõ operãtur nisi per artẽ. Sed ars non potest dare verã formã. Vnde in c. de mineris. dicitur, Sciãt auctores alchimiæ species trãsmutari nõ posse, ergo & dæmones per artẽ operãtes veras qualitates sanitatis aut infirmitatis inducere nõ possũt. sed si verè sũt, habẽt aliquã aliã causam occultã absque opere Dæmonũ & maleficorũ. Sed cõtra in decret. 33. quæstion. p. Si per sortiarias maleficas artes nõnũquã occulto iusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, &c. Loquitur de impedimento maleficiali quo ad actus coniugales tria concurrere: scilicet maleficã, diabolũ & Dei permissionem. Præterea fortius agere potest in id quod est minus forte. Sed virtus dæmonis est fortior virtute corporali Iob. 40. Nõ est potestas super terrã quæ ei valeat cõparari qui creatus est vt neminem timeret. Respõsio. Hic impugnãdi sũt tres errores hæreticales quib⁹ reprobatis veritas patebit. Nam quidam iuxta doctrinam S. Thomæ in 4. dist. 24. vbi tractat de impedimẽto maleficiali, conari sũt asserere maleficiũ nihil esse in mundo, nisi in opinione hominum qui naturales effectus, quorũ essentiæ sunt occultæ, maleficijs imputabãt. Alij, qui maleficos concedũt, sed ad maleficiales effectus illos tãrũmodo imaginarij, & phãtasticè cõcurrere, asserũt. Tertij qui effectus maleficiales

diales omnino dicunt esse phãtasticos & imaginarios, licet dæmõ cum maleficã realiter cõcurrat. Horũ errores sic declarãtur & reprobãtur. Nã primo omnino de hæresi notãtur per doctores in 4. prefata distinctione præcipuè per sãctum Thomã in 3. art. & in corpore quæst. dicens illã opinionẽ esse omnino cõtra auctoritates sanctorum, & procedere ex radice infidelitatis. Quia auctoritas scripturæ sacræ dicit quòd dæmones habẽt potestatẽ supra corporalia & supra imaginationẽ hominũ, quãdo à Deo permittũtur, vt ex multis scripturæ sacræ passibus notatur. Ideò illi, qui dicũt maleficiũ nihil esse in mũdo, nisi in existimatione hominũ, etiã nõ credunt esse dæmones, nisi in existimatione vulgi, tãtùm vt errores, quos homo sibi ipsi facit, ex sua æstimatione imputet dæmoni. Et quòd etiã ex imaginatione vehemẽti aliquæ figuræ apparẽt in sẽsu tales quales homo cogitat, quòd & tũc credũtur dæmones videri dicamus vel etiã malefici. Et quũ hæc vera fides repudiat, per quã angelos de cœlo cecidisse, & dæmones esse credimus, ideò & fatemur ipsos ex subtilitate uaturæ suæ multa posse, quæ nos nõ possimus. Et illi qui eos ad talia inducũt, faciẽda, malefici vocãtur, hæc ibi. Quia verò infidelitas in baptizato hæresis nominatur, ideò tales de hæresi reprehẽdũtur. Alij duo errores dæmones & corũ naturalẽ potẽtiã nõ negãtes, sed inter se quo ad effectum maleficialẽ & ipsã maleficã dissidẽtes in quãtum vnus cõcedit maleficã realiter cooperari ad effectum, nõ tamẽ verum, sed phantasticum. Alter verò per cõtrarium effectum realẽ in læso cõcedẽs, sed maleficã phantasticè putat cooperari. Fundamẽtum errorum ex duobus passibus canon. qui habentur 26. quæst. v. episcopi sumpserunt, vbi primò reprehẽduntur mulieres, quæ credunt se cum Diana, vel Herodiade nocturnis horis equitate. Inspiciatur ibi canon. Et quia sæpè phãtasticè & imaginariè talia solummodò fiunt, ideò & illi errantes, de omnibus aliis effectibus ita fieri iudicant. Secundò quia ibi cõtinetur quòd qui credit vel asserit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriúsve immutari aut transformari in aliam speciẽ, vel similitudinem quàm à Deo omnium creatore, infidelis est, & pagano deterior. Vnde propter hoc, quod ibi dicitur, deteriúsve immutari, dicunt illum effectum nõ esse realem in malefi ciato, sed tãtummodò phã-

tasticũ. Sed quod hi errores hæresim sapiant, & contra sanũ intellectum canonis militant, ostẽditur primò tam per legẽ diuinã quàm etiã ecclesiasticã & ciuilem, & hoc in generali, demũ in speciali verba canon. exprimẽdò, licèt etiam in sequenti quæstione clariùs hoc deducatur. Nã lex diuina in plerisque locis, pręcipit maleficas nõ solùm esse vitãdas, sed etiam occidẽdas, cuiusmodi pœnas non imponeret si nõ veraciter & ad reales effectus & læsiones cum dæmonibus cõcurrerent. Mors enim corporaliter non infigitur sine corporali & graui peccato, sed aliud de morte animæ quæ ex phantastica illusione seu etiam tentatione oriri potest. Hęc est sententia S. Thomæ in 2. dist. 7. in quæstione. An vti auxilio dæmonũ sit malũ. Nam Deuter. 18. præcipitur omnes maleficos & incantatores interfici. Leuitici etiã 19. dicitur, Anima quę declinauerit ad Magos & ad Ariolos & fornicata fuerit in eis ponam faciem meã contra eam & interficiã eam de medio populi mei. Et iterum 20. Vir vel mulier in quibus pythonicus vel diuinus spiritus fuerit moriatur, & lapidibus obruẽt eos. Et dicũtur pythones in quibus dęmõ operatur miros effectus. Præterea propter hoc peccatũ Ochozias infirmus mortuus fuit. 4. Regum 1. & Saul. 2. Paralipo. 10. Diuinorum denique eloquiorũ tractatores quid aliud in eorum scriptis dicũt 2. dist. 7. & 8. tradiderunt de potestate dæmonũ & magicis artibus. Eorum scripta inspiciãtur cuiuscunque doctoris super 2. librum sentent. inueniet, nullo discrepante, magos & maleficos virtute dęmonũ permittente Deo, miros effectus non phãtasticos posse producere. Taceo de variis aliis locis, in quibus Sanctus Thomas diffusè de huiusmodi operibus pertractat, vt in sũma contra genti. libr. 3. capit. 1. & 2. in prima parte q. 114. argum. 4. Et in secunda secũdæ. q. 92. & 93. Inspiciãtur denique postillatores & glossatores de Magis Pharaonis. Exod. 7. Inspiciantur & dicta Augustini. 18. de ciuitate Dei, cap. 17. Et in secundo de doctrina Christiana. Similiter aliorum doctorũ quibus omnibus contradicere valdè absurdũ est, nec à vitio hæresis excusari potest. Immò in iure hęreticus censetur quicũque errat in expositione sacræ scripturæ, 24. q. 1. hæresis. Et quicunque aliter sensit de his quæ fidem concernũt, quàm Romana tenet ecclesia e. c. & q. Hęc est fides: quod denique contra sanũ intellectũ canonis militent ostẽditur per legẽ

ecclesia

ecclesiasticam. Nam & canones & doctores super c. Si per sortiarias & maleficas artes. 24.q.1.& extra. de frigidis & maleficiatis, quid aliud portendunt nisi de maleficiali impedimẽto circa actus coniugales declarare, quomodo dirimit cõtractũ aut contrahendũ matrimoniũ. Dicunt enim sicut & Thom. in 4. vbi suprà, quòd si maleficium superueniat matrimonio ante carnalem copulã, tũc si est, perpetuũ impedit & dirimit matrimoniũ contractum, cuiusmodi sententia non daretur super illusorium & phantatiscũ effectũ, vt de se patet. Videatur Hostien. in summa copiosa, similiter Gotfri. & Raymund. qui etiam nullibi leguntur difficultasse, an talis effectus posset cẽseri imaginarius & non realis: sed hoc tanquã per se notum relinquebant, & quomodo posset censeri perpetuus vel temporalis declarant, si post trienniũ duraret, nec dubitabant an imaginariè per maleficam seu illusoriè intromitteretur. Sed quod verè & realiter potest talis defectus procurari virtute dæmonis propter pactum cũ eo initum, vel etiam per ipsum dæmonem absque malefica, licèt hoc rarissimè fiat in ecclesia vbi sacramentum matrimonij meritorium existit: sed quòd inter infideles hoc contingat, hoc est, quia iusto titulo illos possidere se cernit, vt Petrus de palude in suo quarto recitat, de sponso qui desponsauerat idolũ, & nihilominùs contraxerat cum quadã iuuencula, quam tamen cognoscere nõ potuit propter diabolum, qui semper se in corpore assumpto interposuerat, cùm tamen in ecclesia diabolus conatur potiùs per maleficas propter suum lucrum in perditionem animarum tales effectus intromittere, & qualiter hoc facere potest, & quibus mediis, inferiùs declarabitur, vbi de septem modis nocendi hominibus per consimiles effectus tractabitur. Ex aliis etiam quæstionibus quas Theologi & canonistæ circa hanc materiam mouent, hoc idem patet, discutientes quomodo possit tolli, & an licitum sit per aliud maleficium tollere, & quid, si malefica mortua sit, per quam maleficium est immissum: de quo casu Gotfridus in sua summa mentionem facit, de quibus in quæstionibus tertiæ partis patebit. Cur denique tam diligenter canonistæ varias pœnas promulgassent, distinguendo de occulto & manifesto peccato maleficorum, seu potiùs diuinatorum, cùm noxia superstitio varias habeat species, vt noto-

rium sit, eucharistia denegetur. Si occultum, pœnitentiam 40. dierum, de conse. distinct. 2. pro diacon. Item si clericus, quòd deponendus & in monasterio detrudendus si laicus, excõmunicandus. 26. q. v. Non oportet. Item quòd tales infames debeant censeri, & qui ad eos concurrunt, immò nec ad accusationem debet admitti. 2. q. 8. quisquis nec. sed per legẽ ciuilem hoc idem ostenditur. Nam Azo in sũma super 9 lib. codicis, rubrica de maleficis ad Corneliã. de sicariis & homicid. dicit. Sciendum, ꝙ omnes illi, quos vulgus maleficos vocat, & qui dicunt se scire aliquã artẽ diuinãdi, patiũtur capitalem pœnam. vt l. nemo. C. de maleficis. Itẽ inferunt pœnã l. culpa & l. nullus. Hę enim leges his verbis vtũtur, Nemini permittitur diuinare, alioquin supplicio capitis ferietur, gladio vltore prostratus, & subdit, Sunt & alij qui arte magica vitæ innocentũ insidiantur, animos mulierum ad libidinẽ flectunt, & hi bestiis subiiciũtur. vt e. C. l. multi. Decernũt etiã leges, quòd ad eorũ accusationẽ quilibet admittatur, sicut & canon. in c. in fauorẽ fidei l. 6. de hęre. vnde subditur ibidẽ, Ad hãc accusationẽ quilibet admittitur quasi in crimine læsæ maiestatis: Ipsam enim propemodũ pulsant maiestatem diuinam. Item quod quæstionibus ad interrogandũ subiiciantur. Subdit, Et quilibet nulla dignitate obstãte, quęstioni subiicitur: eriã qui conuincitur, vel si denegat facinus suũ, sit eculeo deditus, vnguliśque sulcantibus latera, perferat pœnas dignas suo facinore, vt eo. C. l. & si excepta. Nota quòd olim duplici pœna tales plectebantur capite & vngulis, ad dilacerationem corporis seu ad deuorandũ bestiis obiiciendo. Iam autẽ cermantur fortè propter fœmineũ sexum. Itẽ prohibent participationẽ. Vnde subditur. Sed nec permittuntur tales ad limen alterius accedere, alioquin concremantur: nec aliquis debet eos suscipere vel cõsulere: alioquin deportãtur in insulã, & omnia bona publicãtur. Hic notatur pœna exilij cũ amissione omniũ bonorũ qui tales cõsulũt aut suscipiũt. Has pœnas vbi prædicatores populis, & rectorib. terrarũ publicãt, plus aduersus maleficas, quã ex aliis scripturarum allegationib. marcescũt. Pręterea & per leges cõmẽdãtur qui eorũ maleficiis obstãt. Vide vbi suprà, l. eorũ. Alij autẽ, qui faciũt id ne labores hominũ ventorum grãdinis; lapidatione sternantur, nõ pœna, sed præmio digni sunt. Qualiter autẽ sit licitũ

talia

talia impedire inferiùs patebit, vt priùs tactũ est. Omnia autem hæc negare aut friuolè illis resistere, quomodo possit scrupulo hæreticæ prauitatis carere, iudicet vnusquisque, nisi fortassis cùm ignorãtia excusabit: sed huiusmodi ignorãtia excusat statim inferiùs patebit. Cõcludẽdo ex omnibus præmissis catholicã & verissimã assertionẽ, quòd maleficí sunt, qui dæmonũ auxilio propter pactũ cũ eis initum, maleficiales reales effectus, permittẽte Deo, procurare possunt, non excludendo quin & præstigiosos effectus & phãtasticos etiam per media præstigiosa producere valeãt. Sed quia præsẽs speculatio super maleficiales effectus versatur, qui plurimùm ab aliis differunt: ideò per hoc nihil ad propositũ, cùm tales potiùs sortilegi vel incantores dicantur, quàm maleficí. Demũ quia fundamẽtũ sui erroris capiunt ex verbis can. præcipuè duo vltimi errores, non loquẽdo de primo qui seipsam condẽnat, dum nimium contra veritatẽ scripturæ exorbitat. Ideo ad sanum intellectum canonis est procedendum. Et primò contra primum errorẽ dicẽtis medium esse phantasticum, sed extrema esse realia. Vbi notãdum, quòd quatuordecim sunt species capitales in genere superstitionis, quas recitare causa breuitatis non expedit: quia clarè recitãtur ab Isidoro 8. Etymolog. Et secunda secundæ per sanctum Tho. q. 92. Tum etiã quia inferiùs vbi de grauitate huius hæresis tractabitur, de ipsis mẽtio erit, & hoc quæstione vlti. huius primæ partis. Et species sub qua huiusmodi malieres cõtinẽtur, vocatur species pythonum, in quibus dæmõ vel loquitur vel mira operatur. Et est sæpius prima in ordine. Species autem qua maleficí cõtinẽtur vocatur species maleficiorũ. Et quia inter se plurimùm distãt, nec oportet quod qui in vna specie laborat, quòd etiã sub aliis cõprehẽdatur. Ideò sicut canõ de illis mulierculis mentionẽ facit & non de maleficis. Ita falsè canonem interpretatur, qui huiusmodi imaginarias deductiones corporũ ad totum genus superstitionis per omnes species eius reducere vult, vt sic illæ mulieres imaginariè solum, ita & omnes maleficè trãsferãtur & per amplius canonẽ falsificat qui ex illo arguere vellet maleficã solummodò imaginariè ad effectum maleficialem ægritudinis vel morbi cõcurrere. Preterea tales sic errantes per amplius reprehenduntur dum extrema concedunt realia, scilicet dæmonem operantem, &

effectum morbi realem, medium autē instrumenti scilicet personam maleficā, dicunt fantasticè cōcurrere, cùm tamen medium semper naturā participet extremorum: Nec valet, si dicatur, quòd etiam phantasia sit quid reale, quia sicut phantasia vt talis, nil potest efficere nec concurrere ad dæmonis operationem nisi per pactum initum cum dęmone, in quo pacto malefica se totam obtulit & astrinxit, diabolo verè & realiter & non phantasticè aut imaginariè solùm: ita etiā oportet quòd cooperetur diabolo verè corporaliter. Nā & ad hoc sunt omnia maleficiorum opera, vbi semper aut per visum aut per locutionem alicuius malefici instrumenti repositi sub limine domus operatione sua maleficia exercent, prout in sequenti quæstione patebit. Præterea si quis verba canonis diligēter inspicier, considerabit quatuor quæ prædicatores & sacerdotes per ecclesias sibi commissas omni cum instantia populo prędicare debent, scilicet, quòd extra vnū Deum nemo arbitretur aliquid esse numinis vel diuinitatis. Secundò, quòd cum Diana vel Herodiade equitare, est cum diabolo (qui se ita fingit & nominat) transmeare. Tertiò, quod talis equitatura sit tunc phantastica quando diabolus mentem per infidelitatem sibi subiectam agitat taliter, vt ea, quæ solo spiritu fiūt, corporaliter fieri credātur. Quartò, quòd tali domino habeant in omnib. obedire. Vnde ad maleficiales actus hæc verba extendere est absurdum, cùm sint diuersæ species. An autem malefici etiam localiter transferantur in sua specie superstitionis, vel solùm imaginariè sicut pythones, tractabitur de illo in c. 2. partis c. 3. quod vtroq; modo. Et sic secūdus error cum primo eliditur quod ad fundamentum & sanum intellectum canonis. Tertius insuper, qui ex verbis canonis effectum maleficialem asserit fantasticum ex verbis canonis etiam eliditur: nam in eo, quod dicit, qui credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius deteriúsve transmutari, aut in aliam speciem vel similitudinem transformari, quàm ab ipso omniū creatore, &c. infideli deterior est. Hæ tres partes si nudè intelligantur, sunt contra processum scripturæ & determinationem doctorū Nam posse fieri aliquas creaturas à maleficis, vtpote vera animalia imperfecta, inspiciatur sequens canon, nec mirum post allegatū canon. episcopi, quo i Augustinus determinat de magis Pharaonis, qui virgas in serpentes

pentes verterunt, inspiciatur gloss. super illud Exo. 7. Vocauit Pharao sapientes, Inspiciatur & alia glossa Strabi. quòd dæmones discurrunt per mundum quando per incantationem malefici per eos aliquid efficere conantur & colligunt diuersa semina & ex eorum adaptatione possunt corrumpere diuersas species. Inspiciatur & Albertus in l. de anima lib. Inspiciatur & sanctus Thom. 1. parte. q. 114. artic. 4. Quorum dicta breuitatis causa omittuntur. solùm hoc, superest vt intelligatur ibi fieri, pro creari: secundum etiam, quòd in melius deteriúsve valeat transmutari, intelligatur solũmodo à Deo auctoritate, & ad corruptionem seu etiam punitionem: sæpius tamen ista ministerio dæmonum exercentur: & sicut de primo dicitur, Dominus percutit & ipse medetur, & ego occidam & ego viuere faciam. Ita de secũdo dicitur fieri immissionem per angelos malos, vt suprà tactum est. In præfato denique ca. nec mirum. inspiciantur verba Augusti. quæ dicunt maleficos & eorum operationes hominibus interdũ non solum infirmitatem, sed etiã mortem inferre. Tertium etiam sanè intelligere expedit, cùm moderni malefici sæpius opere dæmonum transformantur in lupos & alias bestias. Sed canon loquitur de reali transformatione & essentiali, & nõ de præstigiosa, quę sępius fit, de qua etiam Aug. xviij. de ciuitate Dei. c. xvij. multa refert, vt de famosissima maga Circe & de sociis Diomedis & de patre Præstantij. De qua materia in capitulis secundæ partis patebit. & an semper sunt præsentes vel absentes malefici, & an illam formam diabolus assumit vel ipse homo per se videatur talis. capitul. 6. & 7.

*An sit hæresis maleficos asserere.*

Sed quia secunda pars quæstionis dixit, quod his oppositum asserere pertinaciter sit hæreticũ. quæritur, an tales debeant haberi, tanquam manifestè deprehensi in hæretica prauitate, vel solùm vt de hæresi vehementer suspecti. Et videtur, quòd primo modo, nam Bernardus in glos. ordinaria, in c. ad abolẽdam. § præsenti. & vers. deprehensi. extra de hęre. Præsẽti nihilominùs ordinatione sancimus, vt quicunque manifestè fuerint in hæresi deprehensi, &c declarat, quòd tribus modis quis censetur manifestè deprehẽsus, facti videlicet euidentia, quia publicè prędicat hęresim, vel legitima probatione per testes vel ex sua confessione. Et quia

tales publicè prædicant seu temerè contra præfata omnia se opponũt asserentes maleficas non esse: aut quòd nullo modo valeant hominibus nocere. ideò tãquam manifestè deprehensi in tali prauitate sub distinctione continentur. Ad eundem etiam sensum est eiusdem Bernard. gloss. in ca. excommunicamus secundò, super verbo deprehensi publicè. Ad idem etiam facit cap. super quibusdam, extra de verborum significatione. Inspiciat ibidem lector cap & reperiet veritatem. Sed contrà, quia hoc nimis durum videtur, tum propter pœnam annexam quæ notatur in cap. ad abolendam. §. in præsenti, extra de hæred. vbi in clerico ponitur degradatio & quòd secularis relinquatur arbitrio potestatis secularis animaduersione debita puniendus, tum etiã propter ignorantiam & multitudinẽ eorum, quia culpabilis in tali errore cernitur, & ex multitudine tali rigor iustitiæ est temperandus. dist. xl. vt constitueretur. Responsio, cùm nostra sit intẽtio potiùs à vitio hæresis huiusmodi præ dicatores pro posse excusare quàm incusare, cùm dicitur extra de præsum. cap. literas. §. quocirca mandamus. quatenus cùm propter solam suspicionem, quãuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari, &c. vbi glos. super condemnari. Procedi potest contra talem sic vehemẽter suspectum, sed non debet propterea condemnari nisi adsit, vt ibidem declaratur, violenta suspicio: attamẽ, quia suspicionem excludere nõ possumus, & hoc propter friuolas eorũ assertiones contra fidei veritatem, & cùm hoc triplex sit suspicio, leuis, vehemens & violenta, de quibus in c. accusatus, & ca. cum cõtumacia. l. vj de hæret. & per notata per Archidiaconum, & Ioan. Andream super cap. accusatus. & verbo vehemens. & de præsump. cap. literas. De violenta etiam loquitur canon. dist. xxiiij. quorundã. ideò quærendũ cuiusmodi suspicioni talia prædicans subiacet. Et quidem cum talia dogmatizantes, nõ æqualiter se ad huiusmodi errores habere noscuntur, eò quòd aliqui ex simplici ignorãtia iuris diuini, aliqui etiã sufficienter informati adhuc fluctuat vacillãdo, & plenè assentire nolunt, & cùm error in mẽte hæreticum non faciat, nisi adsit pertinacia voluntatis. oportet etiã dicere, quòd ad suspicionem super crimen hæreseos nõ se æqualiter habeant, attamen quia per ignorantiã putant se posse euadere. Aduertant populum, quàm grauiter

peccant

peccant,qui est huiusmodi ignorantia delinquunt.Nam licet multiplex sit ignorãtia, tamen in rectoribus animarum ignorantia quæcunque sit,nõ potest dici ignorantia inuincibilis seu ignorantia particularis, secundum philosophos, quę à Iuristis & Theologis dicitur facti.Sed censetur in eis ignorãtia vniuersalis,quę est ignorãtia iuris diuini,quia est eorum,quę quis de iure ex lege diuina scire tenetur dist.41. Nicolaus Papa,dispensatio cœlestis seminis nobis iniuncta est. Væ si nõ asperserimus, væ si tacuerimus. Tenetur enim habere scientiã sacrę scripturæ,di.36.per totum. Et hoc ad subditorum animas informãdas eadem dis.c.2.§.ecce.& §. Si quis vult:licèt secundum Ray.Host.Th.nõ requiratur ꝙ habeant scientiã eminentem,sed quòd habeãt cõpetentem, id est,sufficientem ad suum officium exequendum. Attamẽ pro illorum aliquali consolatione, dummodo dãna prędcedentia lucris sequentib.deinceps cõpensent , est eis aduertendum,quòd hîc ignorãtia iuris,licèt dicatur interdum affectata & supina,dicitur tamen affectata, id est voluntaria dupliciter.Quia interdũ cum scientia intentionis,interdum cum ignorãtia intẽtionis:prima in nullo excusat, sed dãnat. De qua Psal Noluit intelligere vt bene ageret. Secunda tamen diminuit voluntariũ ita & peccatum.Quia fit quando quis tenetur aliquid scire,sed nescit quid teneatur, quæ etiã fuit in Paulo primę Tim.primo.Misericordiã cõsequut⁹ sũ, quia ignorãs feci in incredulitate.Quo tamen dicitur affectata indirectè,quia propter alias occupationes negligit ad discere ea quæ scire tenetur,nec vult laborare in studio ad sciẽdũ,illa& excusat,nõ a toto,sed à tãto.Et etiã iuxta Amb. super illud. Rom. 2. An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitẽtiã te adducit:dicit grauissimè peccas,si ignoras grauissimè,id est,valdè periculosè. Idcò præsertim iã in tẽporibus ad succurrendum animarũ periculis omnẽ ignorantiã repellamus,& durissimum iudicium,ꝙ nobis immine,super districtã rationem & talentum nobis creditum semper prę oculis habeamus, ne ipsa ignorantia etiã in nobis notetur crassa vel supina,per metaphoram hominis crassi vel supini, qui non videt etiã ea,quę coram ipso sunt. Dicit enim Cancellarius in floribus regularium moralium , & in secunda regula,quòd culpabilis ignorãtia iuris diuini nõ cadit in facilem,quòd in se est. Ratio est,quia Spiritus sanctus talem

hominem

minem de necessariis ad salutem, quæ vires eius excedunt docere immediatè paratus est. Ad primum argumentum solutio patet per sanum intellectum canonis. Ad secundum dicit Pe. de Tharam. Perimeret vtique ea magna sua inuidia, qua aduersus hominem agitatur, si à Deo permitteretur. Quòd autem Deus permittit sibi aliqua, & aliqua non, hoc cedit in maiorem ipsius diaboli contumeliam & displicentiam, quòd Deus in omnibus vtitur eo contra suam voluntatem ad manifestationem gloriæ suæ. Ad tertium dicitur, quòd ante rationem ægritudinis aut alterius effectus maleficialis semper præcedit aliquis motus localis in quantum dæmon per maleficam colligit determinata actiua, quæ videlicet lædere possunt, & apponit determinatis passiuis ad inferendum dolorem, vel nocumentum aut actum aliquem spurcissimum. Et si quæritur an motus ille rerum à dæmone localis reducatur in motum cœlestem, dicendum est quod non. Quia non mouentur ex virtute naturali, sed mouentur ex obedientia naturali, qua subiiciuntur virtuti dæmonis, qui habet hoc ex virtute naturę suę, quod potest supra corpora. Hoc dico, non quòd possit influere rebus materialibus aliquã formam, vel substantialẽ vel accidentalem, absque adminiculo alterius rei naturaliter. Sed quia potest Deo permittẽte res localiter mouere & ex rebus cõiunctis dolorem vel aliquã qualitatẽ producere. Vnde effectus maleficialis non subiicitur motui cœli, sicut nec ipse dæmõ, licèt res illæ & infima subiiciantur. Ad quartum dicendum est, Opus Dei potest opere diaboli omnino vitiari, prout ad præsens loquimur de effectu maleficiali. Sed quia hoc non potest nisi diuina permissione, ideò non sequitur quod diabolus sit Deo fortior: demum, quia non vitiat opera Dei per violentiam, cùm sic etiam destruere posset. Ad quin ũ simpliciter notum est, quòd corpora cœlestia non habẽt virtutem imprimendi in dæmones, cùm nihil agant vltra suam virtutẽ, sed quòd magis aduocati sub certa constellatione veniunt, duplici ex causa hæc facere videntur. Primò quia sciunt virtutem illius constellationis iuuare ad effectum quem magis optant. Secundò faciunt, vt homines inducant ad venerandum aliquod numen in stellis, ex qua veneratione etiam ante tempora ritus idololatriæ processit. Ad vltimum, quantum ad terminos argumenti super aurum alchimicum,

micum, dicendum secundum sanctum Tho in 2. dist. 6. in solutione huius argumenti, vbi declarat de virtute dæmonum in operando. Quod licèt quædam formę substantiales per artem induci possit virtute naturalis agentis, vt quando forma ignis inducitur per artem in lignum, hoc tamen non potest fieri vniuersaliter, cò quòd ars non potest inuenire semper seu coniungere propria actiua propriis passiuis, potest tamen facere aliquid simile, & sic alchimistæ faciũt aliquid simile auro, quantũ ad accedentia exteriora, sed tamen non faciunt verum aurũ, quia forma substantialis auri non est per calorem ignis quo vtuntur alchimistæ, sed per calorem Solis in loco determinato vbi viget virtus mineralis, & ideò tale aurũ non habet operationem consequentẽ speciem. Et simile est de aliis eorũ operationibus. Ad propositum, Dæmones operantur per artem circa effectus maleficiales, & ideò absque adminiculo alterius agentis nullam formam substantialẽ vel accidentalẽ inducere possunt, & quia non dicimus, quòd maleficia inferant patrem absque adminiculo alterius agentis, ideò etiam cũ tali adminiculo potest veras qualitates ęgritudinis aut alterius passionis inducere, sed qualiter hæc adminicula seu administrationes instrumentorũ habent ad effectũ maleficialem cũ dæmonibus concurrere, vel non, patebit per sequentia.

*An dæmon cum maleficio concurrat.*

QVAESTIO II.

AN catholicũ sit asserere, quòd ad effectum maleficialem semper habeat dæmon cũ malefico concurrere, vel quòd vnus sine altero, vt dæmõ sine malefico, vel è cõuerso talem effectum possit producere. Et arguitur primò quòd dæmon sine malefico. Aug. lib. 83. q. Omnia quæ visibiliter fiũt, etiam per inferiores potestates aëris fieri posse credũtur. Sed omnia nocumẽta corporalia non sũt inuisibilia, sed potiùs sensibilia, igitur etiam à dæmonibus fieri possũt. Præterea ex scriptis nocumenta Iob illata, vbi ignis de cœlo cecidit, & familiam cũ gregibus pecorũ vno impetu consumpsit, & turbo domũ deiiciens liberos occidit, dæmon per se absque maleficis, concurrente tantummodò diuina permissione, operatus est. Ergo à simili in aliis, qui maleficis ascribũtur, pater, & de septem viris Sarę virginis,

quos

Tobiæ 7. cap. quos dæmon occidit. Præterea, quicquid potest virtus inferior absque adminiculo virtutis superioris, potest & virtus superior absque adminiculo virtutis inferioris. Sed virtus inferior potest cõcitare grandines & inducere infirmitates absque auxilio virtutis superioris. Dicit enim Albertus de Proprietatibus rerum, quòd salvia putrefacta, variis modis, vt ibidẽ ponit, si proiecta fuerit in fõtẽ, mirabiles cõcitabit in aëre tẽpestates. Præterea si dicatur quòd dæmon vtitur maleficio nõ propter indigẽtiã, sed propter eius quã quærit perditionẽ. Cõtra Aristo. 3. Ethi. Militia est quid voluntarium, quod probat per hoc, quòd nullus operatur iniustè, voluntariè nõ volẽs iniustum esse: & voluntariè stupratem non velle incontinentem esse: & per hoc etiam legislatores puniunt malos quasi voluntariè mala operantes. Dæmon ergo, si operatur per maleficam, operatur tanquam per instrumentum. & cùm instrumentum dependet à voluntate principalis agentis, non voluntariè agit, si concurrit & non erit ei actio imputãda, nec per consequens punienda. Sed cõtrà quòd nihil possit inficere inferior absque maleficis. Primò de generatione. Omnis actio est per contactum, Et quia non est aliquis cõtactus dæmonis ad corpora, cùm nihil habeat cum eis cõmune: ergo vtitur aliquo instrumẽto illi influẽdo virtutẽ lædẽdi per cõtactum. Iuxta hoc etiã, quòd maleficia possint fieri absque opere dæmonum. Probatur per textum & glo. ad Gal. iii. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati non obedire. glo. quidam habent oculos vitentes, qui solo aspectu inficiunt alios. & maximè pueros. Est ad hoc etiam Auicen. 6. naturalium libr. 3. cap. vlt. ita dicens, Multoties autem anima operatur in corpore alieno sicut in proprio, quẽadmodum est opus oculi fascinantis & æstimationis operantis. Et eandem sententiam etiã ponit Algazal. lib. 5. physicor. c. 1c. Putat etiam Auicẽna, licèt nõ teneatur in illo, quòd virtus imaginatiua etiam absque visu possit extranea corpora immutare, vbi nimis extendit virtutem imaginatiuam, & capimus hîc virtutem imaginatiuam, non in quantum distinguitur contra alias virtutes sensitiuas interiores, vt est sensus cõmunis, & phãtasia & æstimatio, sed in quantum includit omnes illas virtutes interiores. Est benè verũ, quòd talis virtus imaginatiua potest transmutare corpus cõiunctum, scilicet illud in

quo

quo est, sicut homo potest ambulare suprà trabem, quæ est in medio viæ. Si verò posita fuerit super aquam profundã non audebit ambulare super eam, eo quod imaginabitur in eius anima forma cadendi vehementer impressa, cui obedit materia eius & virtus membrorũ eius, & nõ obediunt eius contrario, scilicet ad directè ambulandum. In hoc ergo cõuenit hæc immutatio cum oculo fascinãtis in quatum immutatur corpus proprium, primò scilicet nõ corpus alienũ, de qua immutatione nunc loquimur. Præterea si dicatur ꝙ talis immutatitio causatur à corpore viuo mediante anima in aliud corpus viuũ. Contrà. Quia ad præsentiã interfectoris manat sanguis ex vulneribus occisi. Ergo, etiam absque virtute animæ, corpora possunt mirabiles effectus producere Item homo viuens, & prope cadauer hominis occisi trãsiens, etiam non sententicdo illud, adhuc terrore cõcutitur. Præterea sicut res naturales habent quasdã virtutes occultas, quarũ ratio ab homine assignari non potest, sicut quòd adamas trahit ferrum, & multa quæ Aug. enumerat. 20. de ci. Dei. Ita mulieres ad immutationes faciẽdas in corporib. alienis certis rebus vti possũt, absque auxilio dęmonũ, quę etiam nostram rationẽ excedunt. Et quia excedunt, non debemus propterea dæmonibus quasi ex maleficis in simul cõuersãtes ascribere. Præterea malefici certis vtuntur imaginibus & rebus instrumentalibus, quas interdum ponunt sublimine ostij domus, aut ad certa loca vbi pecudes cõueniũt, aut etiã homines qui maleficiantur, & interdum moriuntur. Sed quia huiusmodi effectus possũt euenire eximaginibus illis, in quantũ habent quasdã influentias à corporib. cœlestib. receptas, probatur. Nã sicut corpora naturalia subduntur corporib. cœlestibus, ita & artificialia. Sed corpora naturalia possunt recipere quasdã virtutes occulta, ergo, &c. & artifi. Vnde videtur, quod eorũ opera possent per tales impressiones practicari & nõ per dęmones. Præterea, si, vera miracula possint fieri ex potestate naturę, in eo quod operatur, ita & mirãda & horribilia & stupenda opera ex virtute naturæ, probatur. Nam Grego. dicit 2 dial. sancti miracula faciunt, aliquando ex prece, aliquando ex potestate. Exemplum datur de vtroque. Petrus orando suscitauit Thabithã mortuã: Ananiam & Sapphiram mentientes, morti increpando tradidit absque prece. Ergo & homo per virtutem

sux

ſuæ animæ poterit materiam corporalem in alteram etiam tranſmutare, ſeu immutare de ſanitate in infirmitatẽ, & ecõuerſo. Præterea, corpus humanũ eſt nobilius quàm alia corpora inferiora, ſed propter apprehenſionem animę humanę immutatur corpus humanũ ad calorẽ & frigus, vt patet in iraſcentibus & timẽtibus, immò etiam hæc immutatio pertingit quandoque vſque ad ægritudinem & mortem. Ergo multò magis poteſt ſua virtute materiam corporalem immutare. Sed cõtra eſt. Subſtantia ſpiritus, non poteſt imprimere aliquam formam, niſi adminiculo alterius agentis, vt ſuprà tactũ eſt. Vnde & Auguſ. in præfato libro: Non eſt putandum iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hãc viſibiliũ rerũ materiã, ſed ſoli Deo. Ergo, multominùs homo ex poteſtate naturali efficere poteſt effectus maleficiales. Reſpõdeo quia non deſunt errantes in hac materia, maleficas excuſantes, & dæmones tãtummodò aut inculpãtes, aut quibuſdã naturalibus tranſmutationibus earum facta aſcribentes. Ideò horũ falſitas oſtenditur, primò per deſcriptionem maleficarum, de qua Iſid. 8. Etymo. cap. 9. Malefici dicuntur ob facinorum magnitudinem, ſcilicet, mala præ cunctis malefactoribus efficientia, vnde ſubdit, Hi elemẽta concutiunt, opere ſcilicet dæmonum, ad grandines & tẽpeſtates concitandas. item dicit mentes hominũ turbãr, intellige ad amentiam, odium & amorẽ inordinactũ. Item ſubdit, hac, ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantum carminis animas interimunt. Ad idẽ 26. q. v. c. nec mirum, & ſunt verba Auguſtini. in d. lib. de ci. Dei. vbi declaratur qui dicuntur magi & malefici. Magi ſunt, qui vulgo dicuntur malefici, & ob facinorum magnitudinem ſic nuncupantur. Hi ſunt, qui permiſſu Dei elementa concutiunt, hominum turbant mentes, minùs confidunt in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis interimunt homines. Vnde & Lucanus, mens hauſti nulla ſanie polluta veneni incantata perit, dæmonibus enim accitis audent ventilare & quouſque ſuos perimant malis artibus inimicos. Ex quibus patet, quòd in huiuſmodi operibus ſemper habent dæmones cum maleficiis concurrere. Secundò quia cùm quadruplices effectus pœnales aſſignare poſſumus, ſcilicet miniſteriales, noxiales, maleficiales & naturales: & miniſteriales dicuntur qui miniſterio bonorum angelorum ſicut noxiales malorũ

ſpirituum

ſpirituum immittuntur. Moyſes enim Aegyptum in decem plagis miniſterio bonorum percuſſit. Vbi Magi in nouem tantùm per malos ſpiritus concurrerunt. Et triduam peſtem propter peccatum Dauid circa numerationem populi commiſſum, & de 72. millibus hominum vna nocte proſtratis per exercitũ Sennacherib, vtiq; hæc per Angelos Domini, id eſt, per bonos Dominum venerantes & cognoſcentes peracta fuerũt. Noxiales verò effectus cùm in ſcripturis nominantur immiſſiones per Angelos malos, ſecundum quas populus ille in deſerto ſæpe percuſſus fuit. Et maleficales effectus dicuntur, quando Dæmon per Maleficos & per Magos operatur. Sicut & naturales, qui ex influentiis corporum cœleſtium ex iſtis inferioribus circa mortalitates, ſterilitates terrarum & grandines, & hæc ſimilia cauſantur.

*Noxiales.*

*Maleficales.*

*Naturales.*

Et inter hos effectus magna ſit differentia. Ideò cùm Iob noxiali plaga fuit à Dæmone percuſſus & nõ maleficiali, ideò nihil ad propoſitum. Si qui verò curioſus inſtaret ſicut plerunque hæc materia curioſas patitur à maleficarum defenſoribus inſtantias, ſemper in cortice verborũ aërem verberantes, & medullam veritatis nunquam penetrantes: Cur Iob non maleficali affectu per Dæmonem ſicut noxiali percuſſus fuit. His curioſè etiam reſponderi poteſt, quòd Iob fuit percuſſus à diabolo ſolùm, & nõ mediante Malefico vel Malefica. Quia hoc genus ſuperſtitionis nondum erat inuentum: Diuina tamen prouidentia voluit, vt poteſtas Dæmonis mundo, ad præcedendum eius inſidias, pro Dei gloria innoteſceret, cùm nihil niſi à Deo permiſſus efficere poteſt.

*Iob plaga.*

*Tempore Iob Maleficæ non erant.*

Et de tempore quidem, quo primus genus ſuperſtitionis inuentum fuit: dico primum genus, quò ad Dæmonum inuocationem, non quò ad puram Idololatriam: Dicit Vincentius in Speculo Hiſtoriali, allegans plures Doctores, quod primus inuentor artis Magicæ & Mathematicæ fuit Zoroaſtres, qui dicitur fuiſſe Cham filius Noë. Hic ſecundum Aug. de Ciuit. Dei ſolus riſit naſcendo, & hoc non niſi opere Diaboli. Hic etiam cùm eſſet rex, ſuperatus eſt à Nino filio Beli, qui ædificauit Niniuen, vel amplius, ſub quo cœpit regnum Aſſyriorum tempore Abrahæ.

Hic etiam Ninus, ob inordinatum amorem patris fecit

*Magia quando inuenta.*

*Cham riſit cum naſceretur operante Diabolo.*

*Origo adorationis imaginum.*

fieri imaginem patri mortuo, ad quam quicunque confugiebãt malefactores Liberi erant ab omni punitione debita. Et ex hoc cœperunt homines Imagines adorare, vt Deos, sed hoc post primam ætatem: quia sub illo tempore nõ erat Idololatria propter recentem memoriam creationis mundi, vt dicit S. Thom. in 2. q 95. art. 4. Vel etiam incepit à Nembroth, qui cogebat hominem ignem adorare. & sic in secunda ætate incepit Idololatria, quæ est primum genus superstitionis, sicut Diuinatio secundum, & obseruantia tertium.

*Primum genus superstitionis Idololatria.*

*Secundũ Diuinatio.*

*Tertium obseruantia.*

Maleficorum autem ritus reducitur ad secundum genus superstitionis, scilicet ad Diuinationem, quę fit per expressam Dæmonum inuocationem: Cuius etiam sunt tria genera, scilicet Necromantia, Planetarij, seu potiùs Mathematici, & Diuinatio per Somnia.

*Diuinationis tria genera.*

Hæc ideò posui vt priùs lector intelligat noxias illas artes non subitò, sed processu temporis fuisse inuentas, nec absonũ esse asserere. Maleficas tempore Iob nõ fuisse. Sicut enim per incrementa temporum, vt Grego. in Moralibus dicit, creuit scientia Sanctorum: ita & noxiæ artes Dæmoniorum: Et sicut iam repleta est terra scientia Domini, Esa. 11. Ita iam mundi vespere ad Occasum declinante, & malitia hominum excrescente, & charitate refrigescente, superabundat omnis maleficiorum iniquitas.

Ipse tamen Zoroastres cùm esset intentus illis artibus, solummodò consideratione Astrorum à Diabolo succensus est. Hæc vbi suprà.

*Quando Malefici inciperent cum Dæmonibus colludere.*

De tempore autem quo Malefici leguntur cum Dæmonibus ad maleficia inferenda conuenisse, tactum est suprà. Et habetur Exodi lib. septimo. quò ad Magos Pharaonis, qui in plagis super Aegyptum Dæmonum assistentia, sicut Moyses ministerio bonorum Angelorum, signa plurima perpetrarunt.

*Conclusio superiorum.*

Vnde concluditur veritas Catholica, videlicet, quòd ad effectum maleficalem, licet non ad effectum noxialem, semper habet maleficus cum Dæmone concurrere. Et per hæc patet responsio ad argumenta.

*Responsio ad argumenta.*

Nam ad primum non negatur, quin effectus noxiales, qui visibiliter cernũtur super homines, iumenta, terræ fruges, & qui etiam ex influentiis corporum cœlestium sæpè

proue

Proueniũt, etiam à Dæmonibus, Deo permittente, inferũtur. Dicit enim August. 4. de ciuit. Dei: Dæmonibus subsũt ignis & aër, quantum eis à Deo permittitur: Patet & per glossam super illud: Immissiones per Angelos malos: quæ dicit, Deus punit per malos Angelos. Ex quibus etiam patet responsio ad secundum de Iob, & ex his quæ priùs tacta sunt de initio artis Magicæ. Et ad tertium, de saluia putrefacta, & in puteum proiecta dicitur, quòd licet sequatur effectus noxialis absque auxilio Dæmonis, licet non absque influentia corporis cœlestis. Loquimur autem de effectu maleficiali: Vnde non est simile. Ad quartum dicitur verum esse, quòd Dæmones vtuntur Maleficis tantũ modò propter eorum perditionem. Et cùm infertur, quòd nõ essent puniendi, quia concurrunt tanquam instrumenta, quæ mouentur ad nutum non proprium, sed principalis agentis. Respondetur, quòd sunt instrumenta animata & liberè agentia, & licet post expressum pactum, initum cum Dæmonibus, non iam sint suæ libertatis, quia vt ex earum fassionibus accepimus, & loquor de mulierculis cõbustis, ad plurima maleficia coactæ, si verbera Dæmonũ subterfugere volunt, cooperantur, prima tamen professione, qua sponte se Dæmonibus subiecerunt, manent ligatæ.

Ad alia verò argumenta, in quibus probatur, maleficiales effectus posse absque opere Dæmonũ à vetulis procurari. Dicendum, quòd ex vno particulari, concludere vniuersale est dissonum rationi. Et cùm in tota (vt videtur) Scriptura Sacra, non inuenitur tale, nisi hîc vbi agitur de fascinatione seu inuultuatione vetularum, ideò non valet per hoc concludere, quòd semper habeat ita euenire. Insuper est dubium per gloss. An absque opere Dæmonum talis fascinatio fieri possit, cõ quòd ex glossis ibi elicitur, quòd Fascinatio capitur tripliciter. Vno modo dicitur ludificatio sensuum, quę fit per artem Magicam & sic potest fieri ministerio Dæmonum, nisi prohibeantur à Deo, immediatè mediante, vel ministerio sanctorum Angelorum. Secundo modo potest dici inuidia, vt ibi Apostolus dixit: Quis vos fascinauit, id est, tanto odio persecutus est. Tertiò quòd ex tali odio fiat immutatio ad malum in corpore alterius per oculos alterius aspicientes in eum.

*Fascinatio siue Inuultuatio triplex.*

Et de fascinatione hoc modo dicta cõmuniter loquũtur

Doct. secundum quem modum Auicenna & Algazel, vt in argumentis deducitur, loquuti sunt. Nam & S. T hom. hanc fascinationem declarat 1. part. q. 117. per hunc modũ. Et fortè inquit, imaginatione animę immutatur spiritus corporis coniuncti, quæ quidem immutatio spiritum maximè fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus proueniũt. Oculi enim inficiunt aërem continuũ vsque ad determinatum spacium. Per quem modum specula si sint noua & pura, contrahunt quandam impuritatem ex aspectu mulieris menstruatæ. Vt Arist. dicit in lib. de som. & vigilia. Sic igitur, cùm aliqua anima fuerit vehemẽter commota ad malitiam, sicut maximè vetulis contingit, efficitur secundum modum prædictum, Aspectus eius venenosus & noxius, & maximè pueris qui habent corpus tenerum, & facilè receptiuũ impressionis. Subdit tamẽ, quòd possibile est etiam quòd Dei permissione vel ex aliquo occulto facto cooperetur ad hoc malignitas Dæmonum, cum quibus Sortilegæ vetulæ pactum aliquod habent.

*Immutatio spirituũ maximè fit in oculis.*

*Oculi vetularum nociui.*

Est ergo quæstio super influentias corporum cœlestiũ, in qua tres alij errores reprobãtur, & est quinta in ordine. Sed pro ampliori præmissorum declaratione, etiã obuiandum quibuscunque prætensis obiectionibus.

Quæritur de Maleficorum operibus, quò ad quintuplicẽ causam, quatuor ex illis reprobãdo, ex quibus influere non possunt, quintam verò cõcludendo, scilicet, virtutem intellectiuam, ex qua fluere habent, quæ & licet bona sit secundum naturam, est tamen mala secundum voluntatem.

Quatuor autem causæ reprobantur contra illos, qui aut Maleficas, aut eorum opera esse negant, & sunt corporum Cœlestium influentiæ, illorum corporum & orbium motores mouentia, hominum excrescens malitia, & imaginum ac characterum & verborum efficacia. Prætereà corpora Cœlestia mouentur à substantiis spiritualibus, secũdum Theologos & Philosophos omnes. Sed illi spiritus sunt superiores animabus nostris, sicut & corpora Cœlestia corporibus nostris, ergo ambo insimul habent imprimere in animam & corpus hominis ad causandam quoscunque actus humanos.

Sed pro ampliori intellectu solutionum, aliqua dubia mouentur, ex quorum solutione veritas magis patebit.

Videtur

Videtur enim obstare primo illud quod superius dictum est. Quòd substantiæ spirituales non possunt transmutare corpora ad aliquam naturalem formam, nisi adminiculo alterius agentis. Ergo multò minus hoc poterit efficere imaginatio quantumcunque fortis in anima. Præterea est articulus condemnatus in plerisque Vniuersitatibus, præcipuè tamen Parisiensi, quòd incantator aliquis proiicit Camelam in foueam solo visu, eò quòd sicut intelligentiæ superiores imprimunt inferioribus, sic anima intellectiua imprimit in aliam & etiam in animam sensitiuam. Item ad hoc est articulus condemnatus, quòd materia exterior obedit substantiæ spirituali, si intelligatur simpliciter, & secundum omnem modum transmutationis. Qua sic soli Deo, vt priùs patuit, obedit.

*Articuli damnati in Academiis.*

His visis fascinatio de qua loquimur, qualiter sit possibilis, & qualiter non, declaratur. Non enim est possibile homini, quod per naturalem virtutem animæ suæ, per oculos talem virtutem emittat, quæ non mediante transmutatione proprij corporis, neque medij, nocumentum inferre possit corpori hominis quod aspicit, maximè cùm secundum opinionem communiorem videamus intra suscipiētes nihil extra mittentes. Non est etiam possibile homini, quod per virtutem naturalē animæ suæ, pro voluntate sua trāsmutationē faciat, imaginando in oculis suis quæ mediante transmutatione medij, scilicet aëris, possit corpus hominis quem aspicit in aliquam transmutare qualitatem, secundum quod sibi placuerit.

*Visus transmutans.*

Et quia secundum hos duos modos prædictos non potest vnus homō alium fascinare: cùm nulli hominum potest inesse talis virtus per naturalem virtutem animæ suæ. Ideò velle probare, quòd maleficiales affectus possent prodire ex naturali aliqua virtute super ad infringendum opera maleficorum, quæ virtute Dæmonum fiunt, est plurimum alienum à veritate. Quia etiam secūdum hos duos modos fascinatio & maleficatio reprobantur, sicut & præfati duo articuli.

Qualiter tamen sit possibilis, licet superius tactum sit, tamen clarius sic deducitur. Potest enim contingere, quod homo vel mulier aspiciens corpus alicui pueri mouet ipsum, mediante visu & imaginatione, vel aliqua passione

*Aspectus vt imaginationis mouet cor.*

sensibili. Et quia passio sensibilis est cum quadã immutatione corporali & oculi sunt tenerrimi, propter quod sunt impressionis multum receptiui. Ideo quandoque contingit quòd per aliquam passionẽ interiorem transmutantur oculi in aliquam malam qualitatem, maximè cooperante ad hoc aliqua imaginatione, cuius impressio citò redundat in oculos, & propter eorum teneritudinem, & propter vicinitatem radicis sensuum particulariũ ad imaginationis organum. Cùm autem oculi sunt transmutati in aliquam qualitatem nociuam, contingere potest quòd transmutent, ac rem sibi contiguam in aliquam qualitatem malam, & illa pars aliqua & sic vsque ad aërem contiguum, oculis pueri qui aspicitur: & ille aër contiguus poterit quãdoque in materiam, tam dispositam quàm non dispositam, cui consonat, trãsmutare oculos ipsius pueri in aliam qualitatem malam & mediãtibus oculis ipsius pueri aliquas alias partes interiores: vnde nec cibum digerere, nec in membris fortificari aut augmentari poterit. Experimentum huius rei manuductiuum est, quia videmus hominem patientem in oculis, quandoque ex aspectu suo lædere oculos eum aspicientis, quod contingit ex hoc, quòd oculi mala qualitate infecti, inficiunt aërem medium, & aër infectus inficit oculos directos ad oculos infirmos, eò quòd secundũ rectam lineam infectio illa deriuatur in directum ad oculos inspicientium, cooperante ad hæc multùm imaginatione eius qui aspiciendo oculos infirmos imaginatur se lædi. Plura possent exempla manuductiua adduci, quæ breuitatis causa obmittuntur.

*Oculi quomodo læsis oculis visis lædãtur.*

Concordat his quædam glossa super illud Psalm. Qui timent te, videbunt me: & lætabuntur. dicens, Magna virtus oculis inest: quod in naturalibus apparet. Animal enim visũ prodest. Ictericis. Prior videns Lupus vocem aufert: Vel sic, Basiliscus si prior vidit, occidit; si prior videtur, occiditur. Et ratio, quare Basiliscus videndo occidit hominem, nisi quòd ex aspectu & imaginatione excitatur in eius corpore materia venenosa, per quam oculi primò inficiuntur, & demùm aër contiguus. Et sic alia & alia pars aëris vsq; ad aërem homini contiguũ, quem aërem per aspiratione cũ homo attraxerit, intoxicatur, & moritur. Prior autẽ visus ab homine, vbi homo volens Basiliscum occidere, circũmunit

*Ictericis prodest visum animal.*

*Basiliscus quomode occidat visu.*

se

se speculis ex quibus dum Basiliscus inspicit ex reuerberatione aër inficitur, & sic vsque ad Basiliscũ pertingit & occiditur. Sed dubium. Cur homo occisor bestiæ non moritur, & hic occultam quandam causam opinari necesse est.

Hæc sine præiudicio & temeraria assertione dicta sunt, tantum modò dictis Sanctorum inhærentes. Catholicam veritatem concludamus, quod ad maleficiales effectus, de quibus ad præsens loquimur, Maleficos cum Dæmonibus semper concurrere, & vnum sine altero nihil posse efficere. *Conclusio præcedentium.*

Ad argumenta, patet responsio de fascinatione ad primũ. Ad secũdũ dicitur iuxta Vincen. in Spec. naturali. c. 13. quòd vulnus infectum spiritibus interficientis, ex forti imaginatione illud vulnus trahit aërem infectum, transeunte iã interfectore sanguis ebulliens extra manat. Quia ad præsentiam interfectoris aër inclusus in vulnere, sicut ab interfectore intrauit, ita ad eius præsentiam commouetur ex qua commotione sanguis erumpit, sunt quidam alias causas allegantes, quasi illa ebullitio sanguis sit eius clamor de terra super homicidam præsentem, & hoc propter maledictionem primi homicidæ Cain: ad illud de horrore dicendum, quod homo transiens proprè cadauer hominis occisi horrore concutiatur, licet illud non sentiat: hoc fit ex spiritu quantumcunque infectionem recipiente, & eam animæ repræsentante. Sed hæc nihil concludunt aduersus opera Maleficorum, cum omnia illa naturaliter (vt dictum est) fieri valeant. *Responsio ad superiora argumenta.* *De mortui sanguinem mittente.*

Ad tertiũ, sicut dictum est suprà. Maleficorũ ritus deducuntur ad secũdũ genus superstitionis, quòd dicitur Diuinatio: rebus verò superstitiosè vti in obseruantiis quibusdam reducitur ad tertium genus ideo argumentum nõ est simile: de nàm etiam, quia reducuntur non ad quamlibet Diuinationem, sed ad illam, quæ fit per expressam Dæmonum inuocationem, & hoc etiam cum multis modis fieri possit, scilicet per Necromantiam, Geomantiam, & Hydromantiam, &c. Inspiciatur sese. q. art. 5.

Ideò hæc diuinatio Maleficorum, vbi maleficis sunt intenti, sicut supremum gradum in flagitiis tenet, ita & aliud iudicium de eo existit. Vnde quando arguitur, quod quia occultas rerũ virtutes cognoscere nõ possumus, & Maleficî

etiam occultis rebus intendunt: Dicitur, quòd si intenderent rebus naturalibus ad aliquos effectus naturales ex naturali virtute producẽdos, hoc licitum foret, vt de se patet. Vel etiam concedendo, quod si intenderẽt superstitiosè rebus naturalibus, vt pote rebus huiusmodi certos characteres, vel aliqua nomina ignora inscribendo, & illis pro acquirenda sanitate vel amicitia, & pro aliqua vtilitate & non pro nocumento aliquo inferẽdo vterentur: tunc licèt absque expressa Dæmonum inuocatione, licet non absque tacita ista fieri possent, & illicita iudicantur.

*De obseruantiis vanitatũ.*

Quia tamen hæc & his similia reducuntur ad tertium genus superstitionis, scilicet ad obseruantiam vanitatũ, vt dictum est, ideo nihil ad propositum super Hæresin Maleficorũ fortificatur. Etiam solutio, quod huic tertio generi quatuor assignãtur species: quia vel vtitur quis obseruantijs ad scientiam acquirendam: vel ad coniecturas sumendas fortuniorum vel infortuniorum: vel ad suspensiones sacrorum verborum: vel ad corpora immutanda in melius. Vnde & notanter Sanct. Tho. in titulo illo quæstionis, vbi quærit, An obseruationes ordinatæ ad corporum immutationem sint licitæ, q. 96. in summa præfata ar. 2. addit, puta ad sanitatem. Obseruationes ergo Maleficorum cùm hic locum habent, sed vt dictum est sub secundo genere continentur superstitionis, ideo nihil ad propositum.

*Inter imagines Necromãticas & Astronomicas quæ differentia.*

Ex his etiam ad quarum argum. respondetur quod quia duplices in his obseruantiis fieri possunt imagines Necromanticæ & Astronomicæ: & inter hæc talis est differentia, Quòd in Necromanticis, semper fiunt expressè inuocationes Dæmonum, propter expressa pacta cum eis inita. Inspiciatur solutio secundi argu. præfatæ quæstionis. In Astronomicis vero sunt pacta tacita, & ideo nulla inuocatio nisi fortassis tacita, puta propter figuratum, figurata & characterum signa, quæ eis inscribuntur. Et iterũ imagines Necromãticæ, vel fiunt sub certis cõstellationibus, ad recipiẽdũ certos influxus & impressiones corporũ cœlestium, etiã certis figuris & characteribus insigniti, vt in annulo, lapide vel aliqua pretiosa materia. Vel fiunt simpliciter absque obseruantia constellationum, sed indifferenter ex quacunque materia, etiã vili, ad inferendum maleficia, vbi & quando ad aliqua loca reponuntur: & de his effectibus

cum

cum ſuis imaginibus iam ſermo eſt, & non de alijs. Ideo argumentum non facit propoſitum.

Qualiter denique certæ imagines ſuperſtitioſæ, de quibus tractatum eſt, nullã habent efficaciam, inquantũ ſunt artificialia ſolũ, licet fortè materialia in eis cõſiderata, poſſunt habere efficaciam, & non in quantũ haberent naturalem aliquã virtutem ex impreſſione corporum cæleſtium: ſi cui placet Doctorem ibidem inſpiciat. Semper tamen dicit eſſe illicitum imaginibus vti. Imagines verò maleficarum abſque naturali aptitudine ad effectum fiunt, ſolum modò autem ex iuſſu Dæmonum reponunt & applicant, vt manualiter ad effectũ concurrant, in maiorem cõtumeliam creatoris, vt & per amplius irritatus, maláque fieri in flagitiorum talium vindictam amplius permittat: Vnde & ſacratioribus anni temporibus huiuſmodi fieri procurant.

*Imagines vel quoad materialia, vel artificialia, efficaces.*

Ad quintum dicendum quòd Grego. ibi intellexit poteſtatem gratiæ non naturæ. vnde & ibidem ſubdit. Qui filij Dei poteſtate ſunt: vt Ioan. dicit quid mirum ſi ſigna ex poteſtate faciunt.

Ad vltimam dicendum, quòd ſimilitudo non valet, quia alia eſt actio animæ circa corpus proprium, & alia circa corpus alienum. Nam quia corpori proprio vnitur anima vt forma, & appetitus ſenſitiuus eſt actus alicuius organi corporalis. Ideò ad apprehenſionem animæ humanæ poteſt cõmoueri appetitus ſenſitiuus, cũ aliqua immutatione corporali, caloré & frigus, vel etiam vſque ad mortem. Ad exteriora verò corpora immutando nulla apprehenſio animæ humanæ ſufficit, niſi mediante immutatione proprij corporis, ſicut de faſcinatione dictum eſt. Vnde & Malefici ex nulla poteſtate naturali, ſed ſolummodo auxilio Dæmonum, & ipſi Dæmones adminiculo alicuius alterius rei, vt per ſpinas, oſſa, crines, ligna, ferrum, & huiuſmodi, quando intromittunt aut inſtrumẽtum aliquod te ponũt, vt ſucceſſiuè patebit maleficiales effectus procurant.

Deinde magis in ſpirituali tenore Bullæ Apoſtolicæ inhærendum conſiderandum eſt de origine Maleficorum, & eorum operũ multiplicatione, & primo de ipſis Maleficis, ſecundo de eorũ operibus. Vbi notandũ, quòd quia ad huiuſmodi effectũ tria habent cõcurrere, ſcilicet Dæmon, Malefica, & Diuina permiſſio 15. quæſt. 1. Si per Sortiarias

*Multiplicatio maleficorum.* Augustinus etiam dicit, quòd ex pestifera societate hominum & Dæmonum hæc superstitiosa vanitas adinuenta est. Ideò origo & multiplicatio huius Hæresis ex pestifera hac societate sumitur, quòd etiam ex aliis elicitur.

Nam attento quòd hæc hæresis Maleficorũ, non solùm differt ab aliis hæresibus in hoc quòd ipsa per pacta, nedũ expressa, verum etiam placita ac fœderata, in omnẽ creatoris, ac suarum creaturarum contumeliam & nocumentum insanit: cùm tamen omnes aliæ simplices hæreses per nullum pactum tacitum vel expressum, cum Dæmonibus initum licet non absq; instinctu satoris omnis inuidiæ erroribus propter difficultatem credendorum assentiunt. Verum etiam differt ab omni noxia & superstitiosa arte, in hoc quòd super omnia genera Diuinationũ ipsa Maleficorum hæresis supremum obtinet gradum malitiæ, quòd etiam nomen à maleficiendo seu malè de fide sentiendo sibi vsurpat, vt prius tactum est.

*Maleficæ dictæ à malè de fide sentiendo.*

Attento etiam, quod inter alios actus habent pro augmento illius præsidiæ quatuor exercere, videlicet fidẽ Catholicam in toto, vel in parte ore sacrilego abnegare, seipsos in corpore & anima deuouere, infantes nondum renatos ipsi maligno offerre, spurcitiis Diabolicis per carnales actus cum Incubis & Succubis Dæmonibus insistere.

Quæ omnia vtinam aliena ab omni veritate & figmẽta forent dicenda, dummodò Ecclesia à tanta labe infectionis existeret immunis: Cui tamen heu obstat & Apostolicę Sedis per Bullam determinatio, verum & experientia rerum magistra, quæ nos ex propriis eorum fatlionibus ac flagitiis perpetratis in tantum certificauit, quod absque dispendio propriæ salutis iam ab eorum inquisitionibus desistere nequimus. Ideo de eorum origine & multiplicatione pestifera tractaturi, quia laboriosum existit, ideo legentibus sic summa cum diligentia singula sunt perserutanda quod & admittenda, quæ rationi consona & scripturarum traditionibus non dissona inueniuntur.

*Partitio consequentium.* Et quia inter omnes actus ad multiplicationẽ eorũ deseruientibus, duo eorũ plurima cooperantur scilicet, Incubi & Succubi Dæmones, & infantium sacrilegæ oblationes. Ideo de ipsis specialiter tractabimus: ita tamen, vt primo de ipsis Dæmonibus, secundo da ipsis Maleficis, & tertio

de

de ipsa Diuina permissione mentio habeatur. Et quia Dæmones per intellectum & voluntatem operantur, & potius sub vna constellatione quàm sub altera, ad hoc vt semen ad prolis procreationem vigoretur: Inquirendum erit de ipsis constellationibus à Dæmonibus obseruatis.

Et ita principaliter quæruntur tria. Primò, an hæc hæresis per comparationem ad Dæmones Incubos & Succubos possit originaliter multiplicari. Secũdò, an ne per comparationem ad corpora cœlestia, quæ autem causæ sunt humanorum actuum, eorum opera possunt vigorari. Tertiò an ne per oblationes sacrilegas infantes Dæmonibus offerentes, possit ipsa hæresis argumentari. Tamen infra secundam & tertiam tractabitur secũda quæstio principalis, scilicet, de Influentiis corporum cœlestium, & hoc propter decentem continuationem super opera Maleficorum. Circa primum tres erunt difficultates. Vna generalis de Incubis illis Dæmonibus. Altera specialis, à quibus Dæmonibus huiusmodi actus exercentur. Tertia singularis, quo ad ipsas Maleficas, Dæmonibus se subiicientibus.

## *An per Dæmones Incubos & succubos detur hominum procreatio.*

### QVÆSTIO III.

*An Catholicum sit asserere per Incubos & veros homines procreari.*

AD primum videtur, quod non sit Catholicũ asserere, quòd per Incubos & Succubos Dæmones possint homines procreari: Procreatio hominum instituta est ante peccatum à Deo, in hoc quod homini mulierem in adiutoriũ de costa formauit: Quibus & dixit, Crescite & multiplicamini. Gen. 1. Et iterum Adam inspiratus dixit, Erunt duo in carne vna. Gen. 3. Similiter & post peccatum in lege naturæ dictum est ad Noë: Crescite, & multiplicamini. Genes. 9. In tempore etiam nouæ legis à Christo hæc cõiunctio confirmata. Matth. 19. Non legistis, quod ab initio qui fecit homines, masculum & fœminam fecit eos. Ergo alij modi homines procreandi non debent assignari.

Si dicatur, quòd Dæmones cõcurrũt, non vt principia naturalia, sed vt artificialia, quando studiosè cooperantur ad naturales conceptus hominum semen recipiendo, & iterum transfundendo. Cõtra. Quia aut hoc posset Diabolus in omni

in omni ſtatu, videlicet, matrimoniali, & extra: Aut in vno tantùm. Nõ primo modo: quia tũc opus Diaboli eſſet fortius quàm opus Dei, qui quemlibet ſtatũ inſtituit aut cõfirmauit, puta, continentiũ & coniugatorum. Nec ſecundo modo: quia de hoc nullibi legitur in ſcripturis, vt ex vno ſtatu & nõ ex altero huiuſmodi hominũ fieret procreatio.

*Dæmones opera vitæ exercere non poſſunt.*

Præterea procreare hominem eſt actus viui corporis, ſed Dæmones aſſumptis corporibus non dant vitam: quia illa tantummodò formaliter fluit ab anima, quæ eſt actus corporis phyſici organici potentia vitam habentis. 2. de anima. ergo per huiuſmodi aſſumpta corpora opera vitæ exercere non poſſunt.

Si dicatur, quòd aſſumunt corpus, non vt vitam tribuant, ſed vt ſemen naturale retineant, & transfundant.

Contrà. In operibus Angelorum bonorum & malorum, ſicut nihil eſt ſuperfluum, ita nec in operibus naturæ. Sed cùm Dæmõ naturali virtute, qua etiã omnẽ virtutẽ corporis excedit, poſſit inuiſibiliter & ſemel colligere & iterũ applicare. Igitur aut ratio dabitur, quod nõ poſſit inuiſibiliter hoc facere, aut ſi poteſt, alterũ erit ſuperfluũ. Fortificatur ratio. Nã in libro de cauſis dicitur, quòd virtꝰ intelligẽtię eſt infinita inferius, quãuis ſit finita ſuperius: ſed omnia corporalia ſũt infra intelligẽtias. Ergo & infinitate ſuę virtutis põt eã qualitercũque vult immutare. Sed intelligẽtiæ ſunt Angeli, ſiue boni, ſiue mali. Ergo poſſunt abſq; hoc quod corpora aſſumãt, tranſmutationes in ſeminib. facere.

*Omnia corporalia ſunt infra intelligentias.*

Præterea ſemen recipere ab vno & trãsfundere in alium fieret per motum localem: Sed Dęmones non poſſunt corpora mouere localiter. Probatur: Anima eſt ſubſtantia ſpiritualis, ſicut & Dæmon: ſed anima non poteſt localiter mouere corpus niſi à ſe viuificatum: Vnde ſi aliquod mẽbrum mortificetur redditur immobile. Ergo & Dæmones aliquod corpus mouere localiter, niſi ab eis viuificatum non poſſunt. Dictum eſt autem. & quaſi per ſe notũ, quòd Dæmones non viuificant aliquod corpus, ergo nec ſemen poterunt mouere localiter de loco ad locum.

*Dæmones non mouent corpora localiter.*

*Dæmones corpora non viuificant.*

Præterea omnis actio eſt per cõtractũ, vt dicitur primo de generatione. Non videtur autẽ quòd poſſit eſſe aliquis cõtractus Dæmonis ad corpora, cùm nihil habeat cũ eis cõmune. Cùm ergo ſemẽ immittere & mouere localiter ſit

quod

quoddã agere, videtur, quòd Dęmones illa facere nõ posſũt.

Præterea Dæmones non poſſunt mouere corpora magis propinquiora eis in ordine naturæ, vt ſunt cæleſtia, ergo nec alia magis diſtantia. Antecedens probatur. Quia cùm mouens & motum ſunt ſimul, ſecundo Phyſicorum. Sequeretur quòd Dæmones mouentes corpora cœleſtia, eſſent in cœlo, quod neque ſecundum nos, neque ſecundum Platonicos habet veritatem.

Sed contra Aug. 3. de trinitate. Dæmones colligũt ſemina, quæ adhibent ad corporales effectus: Hoc autem ſine motu locali fieri nõ poteſt: ergo Dæmones poſſunt ſemina recepta ab aliquibus in alios transfundere. Itẽ gloſſa Strabi ſuper illud Exod. 7. Vocabit Pharao Sapientes, &c. Item dicit, quòd Dæmones diſcurrũt per mũdũ, & colligũt diuerſa ſemina, & ex eorum adaptione poſſunt prorumpere diuerſæ ſpecies. Videatur etiam gloſſa ibidẽ ſuper illa verba: Vocauit Pharao. Item Geneſeos 6. ſuper illud. Videntes filij Dei filias hominũ, &c. gloſ. duo facit primò, quòd per filios Dei, filij Seth intelliguntur, & per filias hominũ, filiæ Cain. Secũdò dicit, quòd nõ eſt incredibile ab hominibus, ſed ad quibuſdã Dæmonibus, qui mulieribus ſunt improbi huiuſmodi homines, id eſt, Gigantes eſſe procreatos. De quibus in litera dicitur: Gigantes autem erant ſuper terrã. Quia & poſt diluuium corpora non ſolùm virorum, ſed etiam mulierum incredibilis pulchritudinis extiterunt.

*Dæmones colligũt ſemina.*

Reſponſio, Quia de poteſtate, ac operibus Diaboli circa maleficiales effectus plura oportet breuitatis cauſa omittere, idcò pio lectori tanquam per ſe nota relinquũtur, vel ad minus ſi noſcere velit, in ſcriptis Docto. ſuper. 2. ſent. d. 5. ſingula ad vnguem elucidata inueniet. Conſpiciet enim, quòd cũcta opera ſua per intellectum & volũtatẽ Dæmones exequũtur. Itẽ, quòd hæc data naturalia non ſunt immutata: Sed iuxta Dion. 4. c. de di. no. manſerunt integra & ſplẽdidiſſima, quãuis eis vti ad bonũ virtutis non valeant.

*Gigãtes à Dæmonibus procreati.*

*Corpora hominum poſt diluuium pulchra.*

Inueniet etiam quantũ ad intellectum, quòd triplici acumine ſcientiæ vigent, ſcilicet, ſubtilitate naturæ, experientia temporum & reuelatione ſuperiorum ſpirituum. Inueniet etiam in quibus & qualiter conditiones, & naturales hominum impreſſiones, ex influentiis corporũ cœleſtium prædominantes agnoſcunt. Vnde & eliciunt, aliquos magis eſſe

*Dona naturalia Diaboli non ſunt mutata.*

*Dæmones triplici ſcientia vigent.*

esse dispositos ad maleficia exequenda, quàm alios quos etiam præ cæteris ad huiusmodi exequenda infestant.

Quantum verò ad eius voluntatem reperiet ipsam immobiliter malo inhærere, sēper peccare peccatis superbiæ, inuidiæ & summæ displicentiæ: quod Deus pro sua gloria eo vtitur cōtra suam voluntatē. Cognoscet qualiter ex his duobus, scilicet, intellectu & voluntate mira operantur, ita quòd non est potestas in terra, quæ eis potest comparari. Iob. 41. Non est super terram potestas quæ ei valeat comparari, qui factus est, vt neminem timeat. Vbi glossa. Et licet neminem timeat meritis tamen Sanctorum subiacet.

*Diabolus meritis Sanctorum subiacet.*

Inueniet etiam qualiter cognoscat cogitationes cordium nostrorum: qualiter etiam possit transmutare corpora adminiculo alterius agentis substantialiter & accidentaliter: qualiter etiam possit mouere corpora localiter, immutare etiam sensus exteriores & interiores ad aliquid cogitandum: qualiter etiam possit immutare hominis intellectum & voluntatem, licèt indirectè.

Quæ omnia licèt ad præsentē nostrā deseruiant speculationem, volumus tamen ex illis solūmodò eorū proprietates concludere, vt ad quæstionis discussionem procedatur.

*Diab. spiritus sunt impuri, sed non immundi.*

Sunt autē proprietates Theologis assignatæ, quòd sunt spiritus impuri, licet non immundi ex natura. Quia in eis secundum Dionysium inest furor naturalis, amens concupiscentia, fantasia proterua, intellige quò ad peccata eorum spiritualia, scilicet, superbiam, inuidiam, & iram. Vnde sunt humani generis inimicissimē rationales, absque tamē discursu intelligentes, in nequitia subtiles, nocendi cupidi, semper in fraude noui immutant sensus, inquiūt affectus, vigilātes turbāt, dormientes per somnia inquietāt, morbos inferūt, tēpestates cōcitāt, in lucis Angelos se transformāt, semper infernū secū portant, erga Maleficos diuinum cultum sibi vsurpant, magicæ artes per eos fiunt, super bonos dominari appetunt, & amplius pro posse infestant: electis ad exercitium dantur, semper fini hominis insidiantur.

Et licet mille nocēdi habeant modos & artes. 16. q. 2. vt potè qui conantur à principio ruinæ suæ vnitatē Ecclesiæ rescindere, charitatē vulnerare, sanctorū operū dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere & perturbare, potestas tamen eius in lumbis & vmbi

vmbilico manet. Iob penultimo. Quia videlicet per luxuriam carnis multum dominantur hominibus: Sedes enim luxuriæ in viris est in lumbis: quia inde deciditur semen, sicut mulieribus ad vmbilico.

*Sedes luxuriæ lumbi & vmbilicus.*

His præsuppositis ad intellectum quæstionis de Incubis, & Succubis Dæmonibus, dicendum quòd asserere per Incubos & Succubos Dæmones homines interdum procreari in tantum est Catholicũ, quòd eius oppositum est asserere nedum dictis sanctorum, sed & traditioni Sacræ Scripturæ contrariũ, quod sic deducitur. Nam Augustinus hanc quæstionem non quidem quo ad Maleficos, sed quantũ ad ipsas operationes Dęmonum, & ad fabulas Poëtarum in vno loco mouet, & sub dubio relinquit. Licet posteà, quantum ad processum Sacræ scripturæ determinat. Nam libr. 3. de ciui. Dei. c. 2. dicit. Vtrum poterit Venus ex concubitu Anchisis Aeneam parere, in medio relinquamus. Nam penè talis quæstio in scripturis oritur, qua quæritur, vtrum præuaricatores Angeli cum filiabus hominum concubuerint. Vnde natis gigantibus, id est, nimiũ grandibus & fortibus viris, tunc terra repleta est. Sed lib. 5. c. 23. quæstionẽ determinat in hæc verba. Creberrima fama est, multíq; se expertos, vel ab eis qui experti erant, de quorũ fide dubitandum non est, se audiuisse confirmant, Siluanos & Faunos, (quos vulgus. Incubos vocant) improbis extitisse mulieribus ac earum apetisse ac peregisse concubitum. Et quosdam Dæmones, (quos Dusios Galli nuncupant) assiduè hanc immunditatem & tentare & efficere pluries, talesq; asseuerãt, vt hoc negare impudentiæ videatur. Hæc ille.

*De Incubis & Succubis.*

*Gigantes in S. Scripturæ ex Incubis.*

*Siluani & Fauni sunt Incubi.*

*Dusij Dæmones, ab aliis Drusij & Truti siue Druidæ vocantur.*

Postea ibidẽ determinat secũdam quæstionẽ, videlicet quòd illud Gen. Videntes filij Dei, id est, Seth, filias hominũ, id est, Cain. nõ de Incubis solùm intelligitur. Quod autem Incubos esse non sit credibile. Ad illud ibidem est gl. quæ sic dicit vt prius tactũ est. Non est incredibile, non ab hominibus, sed ab Angelis, vel quibusdã Dæmonibus, qui mulieribus sunt improbi, eiusmodi homines, id est gigantes esse procreatos, de quibus in litera dicitur. Gigantes autem erant super terram, qui & post diluuium, &c. vt supra. Idem est gl. Esaiæ. 13. vbi prophetat per testionẽ Babyloniæ ciuitatis prædicit. & mõstra in ea habitãda. Ibi inquit habitabunt Struthiones & pilosi, ibi habitabũt Dęmones,

intel

*Piloſi.* intellige ibi loco piloſi. Vnde dicit gloſſ. Piloſi ſunt ſilueſtres homines, hiſpidi, qui Incubones vel Satyri, certa genera Dæmonum. & Eſa. 34. ſuper illo vbi prophetat deſolationem terræ Idumæorum qui perſequebantur Iudæos. Erit, inquit, cubile draconũ, & paſcua ſtruthionum, & occurrent Dæmonia Gloſſa interlinearis, id eſt, monſtra Dæmonum adinuicem. Et glo. Beati Grego. ibidem. Qui alio piloſi nomine figurantur: non hi quos Græci Panas, Latini verò Incubos vocant.

*Incubones. Fauni ficarij.* Ad idem eſt beatus Iſidorus, lib. 8. cap. vltimo, ſic dicens Piloſi qui Græcè Paniti, Latinè, Incubi appellantur. Vnde & Incubi dicuntur ab incubando, hoc eſt, ſtuprando. Sæpè enim improbi exiſtunt etiam mulieribus, & earum peragant concubitum, quod Dæmones Galli Duſios nuncupãt: quia aſſiduè hãc peragunt immunditiã. Quem autem vulgò Incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt. Ad quẽ Horatius dixit: Faune Nimpharum fugientium amator, per meos fines & aprica rura lenis incedas.

*Mulieres velantur propter iacubos.* Inſuper illud Apoſtoli, 1. Cor. 11. Mulier debet habere velamen ſuper caput ſuum propter Angelos, multi Catholici exponunt, quòd ſequitur propter Angelos, id eſt Incubos. Ad idem eſt Beda in Hiſtoriis Angelorum. Item, Guliel. in lib. de vniuerſo, par. vltima tractat. 6. multipliciter. Prætereà hoc determinat S. Doctor prima par. q. 25. Et in ſecundo ſcripto di. 8. Et Quolibet. 6. quo. atque ſuper Eſaiã c. 13. & 14. Vnde talia negare, dicit S. Tho. imprudentiæ eſt. Id enim quod multis videtur, non poteſt omnino falſum eſſe, ſecundũ Philoſophũ, de ſomno & vigilia, in fine, & in 2. Ethicorũ. Sileo de hiſtoriis multis & authenticis tã Catholicorũ quã Ethnicorũ, qui Incubos eſſe palã aſſerũt.

*Cur Damones Incubi fiant.* Cauſa autem quare Dæmones ſe Incubos faciunt vel Succubos non delectationis eſt cauſa, cùm ſpiritus carnem & oſſa non habeat. Sed hæc eſt potiſſima, vt per luxuriæ vitium, vtriuſque hominis naturam lædant, corporis videlicet & animæ, vt ſic ad omnia vitia homines proniores exiſtant. Nec dubium, quin ſub certis conſtellatiõnibus femina vigorare ſciunt, ſub quibus homines etiam concepti, ſemper malitiis exiſtunt deprauati.

Vnde enumeratis per altiſſimum multis luxuriæ vitiis à quibus ſuum populũ mũdum eſſe voluit, & quibus infideles

deles hæretici erant, ait Leuit. 18. Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt gentes, quas ergo eiiciã ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra, cuius scelera ego visitabo. Dicit gl. super verb. gẽtes. Dęmones, inquit, qui propter multitudinem dicuntur gentes vniuersæ, qui cùm omni peccato gaudent, præcipuè tamen fornicatione & Idololatria, quia in his corpus, & anima maculatur, & totus homo, qui terra dicitur. Omne etiam peccatum quodcũque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suũ peccat. Si cui libet intueri historias de Incubis, & Succubis, inspiciat vt suprà Bedam in historiis Angelorum, & Gulielmum Thomam, denique Brabantinum in libro qui de Apibus intitulatur.

*Diaboli in S. Scriptura dicuntur gentes vniuersa.*

Ad argumenta ad primum de naturali propagatione instituta à Deo, inter marem & fœminam dicitur. Quòd sicut Dei permissione, Sacramentum matrimonij potest opere Diaboli vitiari, per maleficia, vt supra patuit. Ita à simili & fortiori, in quolibet alio actu venereo inter marem & fœminam.

*De impotentia coeũdi per Maleficas.*

Sed si quæritur, quare potius in actu & super actũ venereum Diabolo permittitur maleficia exercere, quàm super alios humanos actus. Dicitur, quòd multiplex causa assignatur à Doctoribus, de quibus inferiùs ab illa parte, vbi de permissione diuina discutitur. Ad præsens sufficit causa, quæ priùs tacta est, scilicet quòd potestas Dæmonis est in lumbis hominum. Quia inter omnia certamina duriora sunt prælia certaminis, vbi continua pugna, & rarò victoria. Nec valet, vbi dicitur quòd tũc opus Diaboli esset fortius opere Dei, cùm actus matrimonialis à Deo institutus posset vitiari: quia non vitiat per violentiam, imò cùm nihil valeat inficere, nisi à Deo permissus: ideò magis per hoc eius impotentia concluditur.

Ad secundum verum est, quòd procreare hominem est actus viui corporis. Sed cùm dicitur, quòd Dæmones non possunt dare vitã, quia illa fluit formaliter ab anima, verũ est, sed quia materialiter descinditur à nemine, & Dæmon Incubus illud cõmittere potest, Deo permittente, per coitũ, & non tanquam ab eo descissum, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum (vt dicit Sanctus Thomas in prima parte quæst. 51. artic. 3.) vt potè quòd Dæmon qui

*Quomodo Incubi procreent.*

*Succubi fiunt Incubi.*

est Succubus ad virum, fiat Incubus ad mulierē, sicut etiā aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem, vt Augustinus dicit 3. de Trinitate.

*Ex Incubo natus cuius filius.*

Vnde si quæritur, cuius filius sic natus existit: Patet quòd non est filius Dæmonis, sed filius hominis, cuius est semen acceptum. Sed cùm instatur, quòd nihil est superfluum in operibus Angelorum, sicut & naturæ conceditur. Sed cùm infertur, quòd Dæmō potest inuisibiliter semen & recipere & infundere, verum est: hoc autem potiùs operatur visibiliter, vt Succubus & Incubus, vt sic per talem spurcitiam inficiat corpus & animam, & in vtroque homine, mulieris scilicet & viri, vt in corpore quasi tactum est.

Præterea plura possent Dæmones inuisibiliter, qui tamen non permittuntur, etiam si vellent exercere visibiliter, permittuntur autem inuisibiliter, vel in exercitium bonorum vel in correctionem malorum. Posset denique contingere quod loco Dæmonis Succubi alter semē reciperet ab eo & Incubū loco alterius Dæmonis se faceret, & hoc triplici ex causa. Puta quia Dæmō deputatus mulieri, reciperet semen ab altero Dæmone, deputato viro, vt sic vnusquisque circa sibi à principe Dæmoniorum commissum habeat maleficiū exercere: cùm vnicuique proprius deputetur Angelus, etiam à malis, vel propter fœditatem actus,

*Quasdam spurcitias abhorret nobilitas certorum Dæmonum.*

quam Dæmon vnus facere abhorreret: Cùm vt in sequenti quæstione patebit, certi Dæmones ex nobilitate naturæ, certos actus & spurcitias facere aborrerent. Vel quòd inuisibiliter loco viri seminis, suum semen, id est, quod Incubus recepit inuisibiliter, se interponendo mulieri, intromittat. Quam interpositionem facere, non est contra eius naturam aut virtutem: cùm etiam in corpore assumpto inuisibiliter & incontractabiliter se interponere potest, sicut suprà de illo iuuene, qui Idolum desponsauerat, patuit.

Ad tertium. Hoc quod dicitur, quod virtus Angeli est infinita respectu superiorū, hoc est, quia eius virtus comprehēdi non potest ab inferioribus, quin semper super excedit eam, ita quòd non limitatur ad vnum effectum tantùm. Et hoc ideò, quia suprema in entibus habent virtutes maximè vniuersales. Vnde propter hoc, quod est infinita superius, non potest dici, quòd possit indifferenter in omnem effectū ilium ad proponendum: quia sic etiam diceretur

tur infinita inferius ſicut ſuperius.

*Inter ag ens & patiens debet eſſe proportio.*

Demùm quia inter agens & pariens debet eſſe proportio, nulla poteſt eſſe proportio inter ſubſtantiam purè ſpiritalem & corporalem: Ideò nec ipſi Dæmones poſſent in aliquem effectum, niſi mediante aliquo alio principio actiuo. Inde eſt, quod ſeminibus rerum vtuntur ad effectus producendos, iuxta Auguſt. 3. de Trin. Vnde hoc argumentum redundat in præcedens, nec per illud fortificatur, niſi quis vellet declarationem eius habere, quare intelligentię aſſeruntur habere virtutes infinitas ſuperius & non inferius: & daretur ſibi ex ordine rerum corporalium & corporum cœleſtium, qui ſecundum ſe in plures & infinitos effectus influere poſſent. Hoc autem non fit propter debilitatem inferiorum. Concluditur, quòd Dęmones, licet abſque hoc quòd corpora aſſumãt, poſſint tranſmutationes in ſeminib. facere, hoc nihil arguit cõtra hoc ꝙ hic intẽditur de Incubis & Succubis, quorum actus exercere nõ poſſunt niſi in aſſumptis corporibus, ſecundũ quod ſupra tactũ eſt.

*Cur ſpiritualia corpora virtutes exercent in inferiora, non in ſuperiora.*

Ad quartum quòd Dæmones non poſſunt mouere corpora localiter, vnde nec ſemen, &c. Probaturque ibi de anima per ſimilitudinem. Dicendum, quòd aliud eſt loqui de ſubſtantia ſpirituali ipſius Angeli aut Dæmonis, & aliud de ipſa anima. Hoc enim quod anima non poteſt mouere corpus localiter, niſi viuificatum ab ea, vel per contactum corporis ad aliud corpus non viuificatum, hoc eſt quia tenet infimum gradum in ordine ſubſtantiarũ ſpiritualium: ex quo etiam contingit, quod illud corpus, quod habet mouere etiam per contactum, oportet quod ſit proportionatum: Nõ ſic autem eſt de Dæmonibus, quorum virtus omninò corporalem virtutem excedit.

Ad quintum dicendum, quod contactus Dæmonis ad corpus ſeminis, vel cuiuſcunque alterius, nõ eſt contactus corporalis, ſed virtualis, & fit ſecũdum proportionem conuenientem tam mouenti quàm mobili, ita quòd illud corpus, quod mouetur, non excidit proportionẽ virtutis Dæmonis, vt ſunt corpora cœleſtia, & etiam tota terra vel elemẽta mũdi. Et quare illa excedãt, dicere poſſumus, vt dicit S. Tho. in quæſt. de malo. quæſt. 10. de Dæmonibus. Quod hoc eſt vel propter conditionem naturæ, vel propter damnationem culpæ. Eſt enim ordo rerum, ſicut ſecũdum na-

*Contactus Dæmonis eſt virtualis non corporalis.*

turam ipſarum:& ita ſecundum motum:Et ſicut ſuperiora corpora cœleſtia mouentur à ſuperioribus ſubſtantiis ſpiritualibus,vt ſunt Angeli boni,ita inferiora corpora moueri poſſunt à ſubſtantiis ſpiritualibus inferioribus, vt ſunt Dæmones.Et ſi quidem hoc contingit eis ſecundum conditionem naturæ, ſecundum quam aliqui ponebant Dæmones non eſſe ex illis ſuperioribus Angelis: Sed ex illis qui perficiuntur à Deo huic terreſtri ordini,vt erat Philoſophorum opinio. Vel etiam,ſi contingit ex pœna peccati, vt Theologorum ſententia eſt,tunc à cœleſtibus ſedibus detruſi in hunc aërem,tanquam ad pœnam, non poſſunt ipſum aut terram commouere.

*Per condẽnationem motus Dæmonũ alteratus.*

Hæc addita ſunt propter duo argumenta,quæ tacitè ſoluuntur, ſcilicet de corporibus cœleſtibus, quòd illa etiam poſſent mouere,ſi poſſent corpora localiter mouere, quia ſunt eis magis propinqua,vt etiam vltimum argumentum prætendit.Reſpondetur enim, quòd non valet :quia illa corpora excedunt proportionem virtutis eorum,ſiquidem prima opinio locum habet:Si verò non, ſed ſecunda,tunc iterum non poſſunt mouere,propter pœnam peccati.

*Idem motus totius terræ, quæ glebæ.*

Eſt etiam ad argumentũ,vbi quis obiiceret,quòd idem eſt motus totus & partis, ſicut totius terræ & glebæ. in 4. phyſic. Vnde ſi Dæmones poſſent mouere partem terræ, poſſent etiam mouere terram:Non valet,vt patet intuenti diſtinctionem. Colligere autem ſemina rerum & applicare ad certos effectus,non excedit eorum virtutem naturalem, Deo eis permittente, vt de ſe patet.

Summariè concludatur,quod non obſtante, quòd quidam dicunt,Dæmones in aſſumptis corpotibus nullo modo poſſe generare,& quòd per filios Dei ſignificentur filij Seth,& non Angeli Incubi,ſicut & per filias hominum,illę quæ de ſtirpe Cain deſcenderant. Quia tamen contrarium à multis,vt patuit,aſſeritur: & quod multis videtur, non poteſt omninò eſſe falſum, ſecundum Philoſophum in 6.Ethic.& in fine de ſomno & vigilia. Iam etiam modernis temporibus atteſtantur facta & dicta Maleficarum talia verè & realiter exequentium.

*Filij Seth, dicti filij Dei.*

*Quod multis videtur, non poteſt omnino eſſe falſum.*

Ideò dicimus tria.Primò,quòd per tales Dæmones ſpurciſſimi actus Veneréi,nó delectationis,ſed infectionis animæ & corporũ, quibus ſuccubũt aut incubũt cauſa exercentur,

centur. Secundò, quòd per talem actum completa conceptio & generatio à mulieribus fieri potest, inquantum semen humanum apponere possunt, in loco conuenienti ventris mulieris, ad materiam proportionatã ibidem præexistẽtem. Asimili, sicut & semina aliarum rerum colligere possunt ad complendum aliquos effectus. Tertiò quod Dæmonibus attribuitur in talium generatione, illud tantùm, quod est motus localis, non autem ipsa generatio, cuius principium non est virtus Dæmonis aut corporis, ab eo sumpti: sed virtus illius cuius semen fuit, vnde & genitus non Dæmonis, sed alicuius hominis filius est.

Et per hæc patet responsio ad argumenta, vbi quis arguere vellet, quòd Dæmones generare non possent, propter duo. Primò, quod generatio completur per virtutem formatiuam, quæ est in semine corpore viuo resoluto. Et corpus à Dæmonibus assumptũ, quia nõ est tale, ergo &c. Patet responsio, quia Dæmon virtute seminis formatiuã reponit ad locum debitum, &c. Secundò, si dicatur, quòd semen non habet virtutem generandi, nisi quandiu calor animæ in eo retinetur: quem tamen exhalare necesse est per magnam distantiam delatam. Est enim responsio, quòd Dæmones possunt aliqua reponere ad conseruationem seminis, ne calor vitalis euaporet. Vel etiam quia velocissimè mouentur propter victoriam mouentis super rem motam, ideò non poterit euaporari tam faciliter.

*Quomodo semen Dæmones integrum asportent.*

*A quibus Dæmonibus huiusmodi scilicet Incubatus & Succubatus exercentur.*

## QVÆSTIO IV.

VTrùm Catholicũ sit asserere, quòd actus Incuborum & Succuborum Dæmonũ conueniant omnibus spiritibus immũdis indifferẽter & æqualiter. Et videtur quod sic: quia oppositum asserere, esset ordinem quendam bonum inter eos affirmare. Probatur. Sicut ad rationem boni pertinet modus & ordo: Augustin. in lib. de Natura boni. Ita ad rationem mali pertinet inordinatio. Sed in Angelis bonis nihil est inordinatum, ergo, & in malis nihil potest esse inordinatum: Vnde indifferenter huiusmodi actibus habẽt insistere. Inde etiam illud: Vbi nullus ordo, sed sempiternus

*Ordo inter Angelos.*

horror inhabitat in terra, videlicet miseriæ & tenebrarum Iob. 10.

*Ex natura peccāt omnes Dæmones.*

Præterea, si non omnes indifferenter his actibus insistūt, hoc eis cōpetit vel ex natura, vel ex culpa, vel pœna. Non ex natura, quia possunt peccare omnes indifferenter, vt in præcedenti quæstione tactum est: Sunt enim natura ipsorum spiritus impuri, licet non immundi, quantum ad diminutionem naturalium bonorum, in nequitia subtiles, nocendi cupidi, per superbiam tumidi, &c. ergo competit eis quò ad culpam vel pœnā. Tunc sic: Vbi est maior culpa, ibi maior pœna, sed superiores Angeli magis peccauerunt, ergo in eorum pœnam magis his spurcitiis habēt insistere, si hoc nō est, dabitur ratio alia, cur non illis actibus indifferenter insistant.

*Inter Dæmones nulla concordia.*

Præterea vbi non est subiectio & obedientia, ibi omnes indifferenter operantur. Sed in Dæmonibus nulla est subiectio & obedientia. Probatur. Quia illa sine cōcordia haberi non possunt: sed in Dæmonibus nulla est concordia. Prou. 13. Inter superbos semper sunt iurgia.

Præterea, sicut æqualiter omnes propter culpam: post diem iudicij in infernū detrudentur, ita & ante illud tempus in aëre caliginoso propter officium eorum detinentur, Nec legitur esse æqualitas ex causa emancipationis, ergo nec æqualitas ex parte officij & tentationis.

*Squama Leuiathā quid.*

Sed contra glossa prima ad Cor. 15. Quādiu durat mūdus, Angeli Angelis, homines hominibus, Dęmones Dęmonibus præsunt. Item Iob. 40. dicitur desquamis Leuiathan, per quas membra Diaboli ſignificantur, quòd vna vni adhæret: ergo inter eos est diuersitas & ordinis & actionis.

Incidentaliter quæritur, An à bonis Angelis ipsi Dęmones ab huiusmodi eorum spurcitiis exequendis interdum impediantur vel non. Et dicendum, quòd quia potestates dicuntur Angeli, quorum ditioni virtutes aduersæ subiectę sunt, vt Gregorius dicit, & Augustinus tertio de Trinitate. Spiritus vitæ, desertor atque peccator, regitur per spiritum vitæ, rationalē pium & iustum. Et sicut illæ creaturæ super alias influentiam habēt, quę sunt perfectiores, & Deo propinquiores: eò quòd totus ordo prælationis, primò & originaliter est in Deo, & participatur à creaturis secūdū ꝙ ei magis propinquat. Ideò etiam boni Angeli, qui maximè

appro-

appropinquant Deo, propter eius fruitionem, quę Dæmones carent, super ipsos Dæmones habent prælationem, & per eos reguntur.

Et cum instatur, quòd Dæmones præmissis mediis multa mala faciunt, aut ergo non impediuntur, quia non subsunt bonis Angelis, qui eos impedire possent, aùt si subsunt tunc cùm & negligentiam præsidentis pertinere videntur ea quæ per subditos malè fiũt, videtur quòd in Angelis bonis sit aliqua negligentia. Respondetur, quòd sancti Angeli sunt ministri Diuinæ sapientiæ. Vnde sicut Diuina sapiẽtia permittit aliqua mala fieri per malos Angelos vel homines, propter bona quę ex eis elicit, ita boni Angeli nõ totaliter cohibẽt malos à nocẽdo siue homines siue Dęmones.

*Ad negligentiam præsidẽtis pertinet, qua à subditis mal fiunt.*

*Ordo inter Dæmones.*

Responsio: Catholicum est asserere, quendam ordinem actionum interiorum & exteriorum, etiam per quandam prælationem esse in Dæmonibus. Vnde & quædã spurcitiæ ab aliquibus infimis perpetrantur, à quibus superiores propter nobilitatem naturæ secludũtur. Et declaratur hoc primo generaliter ex triplici congruentia, qua talia congruũt eorum naturæ, Diuinæ sapientiæ & propriæ nequitiæ.

Demum magis in speciali: ex natura quidem: Nam constat quod, à principio creationis, semper quidam alij superiores fuerunt ex natura, cùm inter se differant: Nec duo Angeli vnius speciei existant communiorem opinionẽ sequendo, quæ etiam dictis Philosophorum concordat: & Dionysius, qui ponit 10. c. Cœlestis Hierarchiæ, in eodem ordine esse primos medios & vltimos: cui etiam necessario oportet assentiri: tum ex immaterialitate eorũ, tum etiã ex incorporalitate. Inspiciat qui vult dicta Doctoris in 2. di 2. Et quia peccatũ naturã non tollit, & Dęmones post casum data naturalia nõ amiserunt, vt suprà tactũ est, & operationes rerum sequuntur naturales earum conditiones: ideo sicut in natura, sic & in operationib. sũt varij & multiplices.

*Diaboli inter se differunt spec.*

Congruit etiam hoc Diuinæ sapientiæ, vt ea quæ ab ipso sint, ordinata sint Ro. 13. quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Et quia Dæmones sunt à Deo deputati ad exercendum homines, & ad puniendum damnatos. Ideo in exercitiis eorum ab extra quæ ad homines sunt varij & multiplices.

Congruit etiam & nequitiæ ipsorum. Quia enim humano generi aduersentur, ideò cùm ordinatè impugnant

magis hominibus nocere æstimant, sicut faciunt. Vnde constat quòd in spurcitiis nephandissimis non æqualiter insistunt.

Quod etiam magis specificatur tali ratione. Nam cùm operatio sequitur naturam rei, vt dictum est quorumcunque sint naturæ subordinatæ, oportet etiam quòd operatione sibi inuicem subordinentur, sicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordinatione sunt infra corpora cœlestia, actiones & motus eorum subduntur actionibus & motibus cœlestium corporum: & quia, vt dictum est, Dæmones naturali ordine inter se differunt: Idcò etiam naturalibus actionibus intrinsecis & extrinsecis præsertim in huiusmodi spurcitiis peragendis.

Ex quibus concluditur, quòd quia huiusmodi spurcitiæ plurimum præter nobilitatem angelicæ naturæ exercentur cum etiam in actibus humanis, infirmi & fœdissimi actus in se quidem considerando, non quantum ad officium naturæ, & procreationis reputantur.

*Ex omnibus choris Angelorum aliqui ceciderunt.*

Demùm, cùm, de quolibet ordine aliqui cecidisse creduntur, non est inconueniens asserere, quòd illi Dæmones qui de infimo choro, & iterum illi qui infimi in illo existunt, in his spurcitiis & aliis deputantur & insistunt.

*Incubatus horribilior Sodomia.*

Hoc etiam plurimũ est aduertendũ, quòd licèt de Incubis & Succubis mulieribus infestos scriptura tradit, tamen nusquam legitur in vitiis quibuscunque contra naturam loquendo non solùm de Sodomitico, sed etiam de quocũque alio peccato extra vas debitum perperam agendo, se Incubos & Succubos, fecisse. In quo maxima illorũ peccaminum enormitas ostenditur, cum indifferenter omnes Dæmones cuiuscunque ordinis illa peragere abhorrent: & verecundum æstimant. Et hoc videtur, velle glossa super Ezech. 29. vbi dicitur: Dabo te in manus Palæstinorum, id est, Dæmonum, qui etiã erubescunt de via tua scelerata: vitiũ cõtra naturã intelligens. Et intuenti patet, quod de Dæmonibus oportet auctoritatẽ intelligere. Nullũ enim peccatũ tam sæpè Deus reproba morte in multis conpenauit.

*Perpala si nos intelliguntur Dæmones Succubi.*

*Anni Christi non superantur à Maleficis.*

Dicunt etiam nonnulli, & veraciter creditur, quod nullus talis vitij, postquam tempus mortalis vitæ Christi, quod ad annos 33. extenditur, in hoc scelere perseuerans excesserit: nisi speciali gratia redemptotis poterit liberari. Quod ex

eo

eo patet quòd octogenarij & centenarij isto crimine inueniuntur sæpè irretiti, quibus tempus Christi, quia vitæ morum disciplina fuit: ideò illo spreto, vix vnquam sine difficultate per maxima ab hoc scelere continebit.

Sed & quèd ordo sit inter eos, etiam ad officia exteriora, quo ad impugnationes, demonstrant eorum nomina. Nam licet vnum & idem nomen scilicet Diabolus multipliciter exprimatur in scripturis, & hoc propter eorum diuersas proprietates, tamen his immundis operibus vnus præsidere in scripturis traditur, sicut etiam & certis aliis vitus. Est enim vsus scripturæ & locutionis, quemlibet immundum Spiritum nominare Diabolum, à Dia, quod est duo, & bolus quod est morsellus: quia duo occidit, scilicet corpus & animam. Et secundum etymologiam licèt Græcè interpretetur Diabolus clausus ergastulo: & hoc sibi conuenit, cùm non permittitur sibi nocere quantũ vellet. Vel Diabolus quasi defluens: quia defluxit, id est, corruit, & specialiter & localiter. Nominatur etiam Dæmon, id est sapiens super sanguinem, vel sanguineus, scilicet, super peccata, quę sitit & procurat triplici scientia, qua viget, scilicet, subtilitate naturæ, experientia temporum, & reuelatione bonorum spirituũ. Nominatur etiam Belial, quod interpretatur absque iugo, vel absque domino: quia pro posse pugnat contra eum, cui deberet esse subiectus. Vocatur etiam Beelzebub, quod interpretatur vir muscarum, id est, animarum peccantium, quæ reliquerunt verum sponsum Christum. Item Satanas, id est, aduersarius. Vnde 1. Petr. 2. Aduersarius vester Diabolus circuit, &c. Item Behemot, id est, bestia, quia facit homines bestiales.

*Nomina Diabolorum.*

*Diabolus, à Dia & Bolus.*

*Triplex scientia Dæmonis.*

Ipse tamẽ Dæmõ fornicationis, & princeps illius spurcitiei, dicitur Asmodeus quod interpretatur factura iudicij: quia propter huiusmodi vitium, factum fuit terribile iudicium super Sodomã, & quatuor alias ciuitates. Sicut & Dæmon superbiæ dicitur Leuiathan, quod interpretatur additamentum eorum: quia & Lucifer tentans primos parentes, de superbia promisit eis additamentum diuinitatis. De quo & per Esaiam Dominus, Visitabo super Leuiathan, serpentem veterem & tortuosum. Et Dæmon auaritiæ & diuitiarum dicitur Mammona, quem & Christus in Euangelio expressit. Matth. 6. Non potestis Deo seruire, &c.

*Incubatus & spurcitiei princeps Dæmon vocatur Asmodeus.*

*Ethymologia Leuiathan.*

*Bonum sine malo inuenitur, sed non contra.*

Ad argumenta, Ad primũ: quod quia bonum potest inueniri sine malo sed malũ nunquam inuenitur sine bono quia fundatur super creaturam: quæ in se bona est, Et ideò Dæmones inquantum habent naturam bonam, ordinati sunt in naturalibus, & in eorum actionibus ad illud Iob 10. Ad secũdũ potest dici quòd Dæmones ad exercitiũ deputati non sunt in inferno, sed in isto aëre caliginoso. Vnde hic habent ordinem inter se, quem tunc in inferno non habebunt: Vnde etiã dici potest, quod etiã omnis ordo in eis cessat, quò ad ipsam beatitudinem consequendã, cum à tali ordine irrecuperabiliter ceciderint. Et dici potest, quòd etiam in inferno erit inter eos ordo potestatis, & pœnarum afflictionis, inquantum aliqui ad affligendũ animas deputabuntur: & non alij. Sed hic ordo magis erit à Deo quàm ab ipsis, sicut etiam & eorum tormenta.

*Hic Dæmones viuntur ordine, in inferno non viuntur.*

Ad tertiũ cùm dicitur, quòd superiores Dæmones quia magis peccauerunt, magis puniuntur, etiam his actibus immundis, amplius deberent insistere. Respondetur, Quia culpa ordinatur per pœnam, & non per naturæ actum, seu operationem, ideò non insistunt illis immunditiis propter nobilitatem naturæ, non propter eorum culpam aut pœnam. Et licet omnes sint spiritus impuri, & ad nocendum cupidi, tamen vnus amplius altero, inquantum potiora naturalia sunt obtenebrata.

*Vnus Dæmonum altero nocentior.*

Ad quartum dicitur: quòd est concordia inter Dæmones, non amicitiæ, sed nequitiæ, ex qua homines odiunt, & Dei iustitiæ repugnant quantum possunt. Talis enim concordia inter impios reperitur, vt eis se adiungant & subiiciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potioribus viribus vident.

*Dæmoñ concordia est nequitia, non amicitia.*

Ad quintum licet carceralis mancipatio omnibus æqualiter deputetur, iam in aëre & post in inferno non tamen ex hoc naturalia in eis sunt æqualiter ad æquales pœnas & officia æqualia ordinata, imò quantò sunt nobiliores in natura & potiores in officio, tanto etiam grauiori subiecti tormento. Vnde Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur.

Vnde

*Vnde multiplicatio maleficorum operum procedat.*

## QVAESTIO V.

*Quæstio super influentias corporum cœlestium.*

AN possit quoquo modo catholicè cẽseri, quòd origo & multiplicatio maleficorum operũ processerit ex influẽtiis corporum cœlestiũ, seu spurabundanti malitia hominum, & non ex supercitiis Incuborum, & Succuborũ Dæmonũ: & videtur quod ex propria malitia. Nam Aug. in lib. 83. q. dicit, quòd ad hominis voluntatem, causa depravationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadente deprauata sit. Sed Maleficus deprauatur per peccatum, ergo causa illius non est Diabolus, sed voluntas humana. Ad idem dicit de libero arbit. q. quilibet est causa sue malitię. Quod etiam probatur ratione. Peccatum hominis ex libero arbitrio procedit. Sed Diabolus non potest liberum arbitriũ mouere, hoc enim libertati repugnaret: Ergo Diabolus nõ potest esse causa illius, nec cuiuscunque peccati. Præterea in libro de ecclesiasticis dogmatibus, dicitur. Non omnes cogitationes nostræ malæ à Diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt.

*Quilibet est causa sui malitia.*

Demùm quòd ex influentiis corporum cœlestium possint oriri, & non à Dęmonibus, probatur. Sicut omnis multitudo reducitur ad vnum, ita omne multiforme reducitur in aliquod vniforme principium. Sed actus humani sunt varij & multiformes, tam ad vitia, quàm ad virtutes, ergo videtur, quòd reducantur in aliqua principia vniformiter mota & mouentia. Sed talia non possunt assignari, nisi ex motibus cœlestium, qui sunt vniformes, ergo illa corpora sunt talium actionum causæ. Præterea, si cœlestia corpora non essent humanorum actuum ad virtutes & vitia causæ, Astrologi non adeò frequenter vera prædicerent de bellorum euentibus & aliis humanis actibus: sunt ergo aliquo modo causa. Præterea corpora cœlestia possunt imprimere in ipsos Dæmones ad causandum certe maleficia, ergo à fortiori, in ipsos homines. Assumptum probatur ex tribus. Nam certi homines qui Lunatici dicuntur, infestantur à Dæmonibus plus vno tempore quàm alio, quod non facerent, sed potius omni tempore

*Omne multiforme reducitur ad aliquod vniforme.*

*Exemplum de Lunaticis.*

mole

molestarent, nisi ex certis Lunationibus etiam ipsi Dæmones inquietarentur ad infernũ. Huiusmodi probatur etiam ex Necromanticis, qui certas constellationes obseruant, ad inuocandum Dæmones, quod non facerent, nisi scirent, illos Dæmones corporibus cœlestibus esse subiectos.

Probatur etiam ex illo, quòd Dæmones secundum Augustinum in 10. de ciuitate Dei, quibusdam corporibus inferioribus exercentur, scilicet, herbis, lapidibus, animantibus, & sonis quibusdam certis, & vocibus, & figurationibus. Sed cùm corpora cœlestia sint virtuosiora quàm corpora inferiora: ideò multò magis actionibus corporum cœlestium. Et iterum amplius Malefici subiiciuntur, vt eorum opera ex influentiis illorum corporum, & non ex assistentia spirituum malorum proueniant. Fortificatur argumentum ex 1. Reg. cap. 16. vbi, cùm Saul vexabatur à Dæmones alleuiabatur tũ quando Dauid cytharam percutiebat coram eo, & quòd recedebat spiritus malus.

*Dæmonibus imperant inferiora.*

Sed contra. Impossibile effectum sine causa sua producere, sed opera Maleficorum sunt talia, quod non possunt nisi opere Dæmonum fieri, patet ex descriptione operum Maleficorum, ex Isid. lib. 8. Etymo. Malefici dicuntur ob magnitudinem facinorum: hi enim elementa concutiunt, mentes hominum turbant, & absque vllo veneni haustu sola vi carminum animas interimunt, &c. Huiusmodi autem effectus non possunt ex influentiis corporum cœlestium mediante homine causari.

Præterea Philosophus Ethic. Difficile inquit, explicare quid sit principiũ operationis in anima, & ostẽdit quòd oportet esse aliquod extrinsecũ. Omne enim quod incipit de nouo, habet aliquã causam. Incipit enim homo operari, quòd vult: Incipit autẽ velle, quia pręcõciliatur, si autẽ pręcõciliatur propter aliquod cõsiliũ procedens, aut ergo est procedere in infinitũ, aut oportet ponere aliquod principiũ extrinsecũ, quod primo mouet hominẽ adcõciliãdũ: nisi fortè aliquis dicat, quòd hoc est à fortuna: ex quo sequeretur omnes actus humanos esse fortuitos, quod est absurdũ. Principiũ ergo in bonis ad bona dicit esse Deum, qui non est causa peccati. In malis autem, cùm homo incipit agere velle, & cõciliari ad peccandũ oportet quòd huius etiã sit aliqua causa extrinseca, & non potest esse alia nisi Diabo-

*Anima mouetur per aliquod extrinsecum.*

lus

lus præsertim in Maleficis, vt supra patuit, quia corpus cœleste non potest ad tales actus influere: ergo patet veritas.

Præterea cuius potestati subiacet motiuum, eius potestati subiacet & motus, qui à motiua causatur. Motiuum autem voluntatis est, aliquid apprehensum per sensum vel intellectum, quorum vtrumque subiacet potestati Diaboli. Dicit enim August. in lib. 83. q. Serpit hoc malum, scilicet, quod est à Diabolo per omnes aditus sensuales, dat se esse figuris, accommodat se coloribus, adhæret sonis, latet ira & in fallacia sermonis, odoribus se subiicit infundit saporibus, & quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ. Ergo videtur quòd in potestate Diaboli est, mouere volontatem, quæ est directè causa peccati.

*Dæmon mouet voluntatem, quæ est causa peccati.*

Præterea omnẽ quod se habet ad vtrũlibet, indiget aliquo determinante ad hoc vt exeat in actum. Sed liberum arbitrium hominis ad vtrumlibet se habet, scilicet ad bonum & malum: ergo ad hoc, quod exeat in actum peccati, indiget quod ab aliquo determinetur ad malũ. Maximè autẽ hoc videtur fieri à Diabolo, præsertim in operibus Maleficorum, cùm eius volũtas est determinata ad malum. Ergo videtur, quòd mala volũtas Diaboli est causa malę voluntatis, præcipuè in Maleficis. Et potest fortificari ratio, per hoc. quòd sicut bonus Angelus se habet ad bonum, sic malus Angelus ad malum. Sed ille reducit homines ad bonum, ergo iste ad malũ. Est enim (dicit Dionisius) ex diuinitatis immobiliter stabilita, vt ima à summis perficiãtur.

*Mala voluntas Dæmonis est causa malæ voluntatis.*

*Ima à sũmis perficiuntur.*

Responsio. Quia quæstio quo ad originem maleficorum operum, fundatur super influentiam luminariũ cœlestiũ ostenditur per reprobationem trium errorum qui hoc asserere conantur. s. planetariorum genethliacorum, & fatalium ordinũ, ponentium, hoc nõ esse possibile quo ad primũ. Nam si quæritur an ex impressione luminarium cœlestium causetur in hominibus vitium Maleficorum: tũc ad diuersitatem motuum attendẽdo, & veritatẽ fidei saluando, oportet sub distinctione differere, videlicet ꝙ mores hominum à siderib. causati possunt intelligi dupliciter. Aut necessario & sufficienter, aut dispositiuè & cõtingẽter. Si dicatur primo modo, tũc nõ solũ est falsum, imo hæreticũ, eo ꝙ Christianę religioni adeò repugnat, ꝙ etiã veritas fidei in tali errore saluari nõ potest. Ratio. Dum enim ponit omnia

*Quomodo mores hominum causentur ab astris.*

omnia à syderibus necessario euenire, iam tollit meritum & per consequens demeritum: Tollit & gratiã, & per consequens gloriam: Tum quia honestas morum per hunc errorem præiudicium patitur, dum culpa peccantis in sydera refunditur, licentia malefaciendi sine reprehensione cõceditur & homo ad orandũ & colendum sydera incuruatur.

*Sydera conuenienter variant mores hominum.*

Si autem dicantur mores hominũ à dispositionibus syderum variari dispositiuè & contingenter sic potest habere veritatem, quia nec rationi nec fidei repugnat. Planum enim est, quòd dispositio corporis variè multum facit ad variationem affectionum & morum animæ, vt plurimùm enim anima complexiones corporis imitatur, vt dicitur in sex principiis. Vnde & cholerici sunt iracundi, & sanguinei sunt benigni, & melancholici sunt inuidi, flegmatici pigri. Hoc autem non est necessarium: anima enim dominatur suo corpori, & maximè quando est adiuta per gratiam. Multos enim videmus cholericos mansuetos, & melãcholicos benignos. Quum ergo virtus corporum cœlestium operatur ad mixtionem & qualitatem complexionis, hinc est, quòd per cõsensus quodãmodo operatur ad qualitatem morũ, valde tamẽ de longinquo. Plus enim facit ad qualitatẽ complexionis virtus naturæ inferioris quã virtus syderis.

*Quæstio à S. Augustino mota contra Astrologos.*

Vnde Augustinus 5 de ciuitate Dei, in solutione cuiusdam quæstionis de duobus fratribus, qui simul infirmabantur, & curuabantur, cùm quærebatur vnde hoc esset, magis commẽdat rationem Hippocratis quàm Astronomi. Hippocrates enim respondit, quòd hoc erat propter similitudinem complexionis. Et Astronomus respondit, quòd erat propter identitatẽ constellationis. Melius enim respondit Physicus, quia causam reddit magis propriam, & magis propinquam. Sic ergo dicendum quòd impressiones syderum aliquo modo disponunt ad malitiam. Maleficorum: siquidem aliqua influentia in eorum corporibus prædominatur potius ad huiusmodi nephanda, quàm ad alia opera quæcunque vitiosa seu virtuosa quæ tamen dispositio non debet dici necessaria, proxima & sufficiens, sed remota & contingens.

*An Regna per Astra mutentur.*

Nec valet, si quis obiceret Philosophũ libro de proprietatibus elementorũ: vbi dicit, quòd regna vacua facta sunt & terræ depopulatæ apud coniunctionem Iouis & Saturni, ar-

ni, arguendo quasi, quia talia ex libero arbitrio deprehendebant hominem, ergo etiam influentiæ luminarium super liberum arbitrium haberent efficaciam. Respondetur enim quòd Philosophus super hoc dictum non vult innuere, quòd homines illi non poterant resistere illius influentiæ constellationis, ad dissensionem inclinantis, sed quia noluerunt: Quia sicut ait Ptolomæus in Almagesti. Sapiens homo dominabitur astris. Quamuis enim coniunctio Iouis & Saturni, eò quòd Saturnus habet influentiam melãcholicam & malam, & Iupiter valdè bonam, potest ad rixam vel discordiam homines inclinare: illi tamen inclinationi homines per libertatem arbitrij possunt resistere, & valde faciliter cum adiutorio gratiæ Dei.

*De Cometis sententia Damasceni.*

Nec iterum valet, si quis obiicere dictum Damasc. libro secundo. cap. sexto. vbi dicit: Constituuntur multoties cometæ & signa quædam mortis regum. Respondetur enim ꝙ etiam sequendo opinionem Damasceni, quę fuit vt patet in prædicto libro, contrariæ opinionis viæ Philosophicæ: siue non, nihil per hoc cõcluditur quò ad necessitatem actuum humanorum. Opinatur enim Damascenus, quòd Cometa, nec naturaliter generatur, nec est vna de stellis in firmamento positis, vnde nec eius signatio est naturalis nec influentia. Dicit enim ꝙ cometæ non sunt ex his, quæ à principio genita sunt astra, sed Diuina iussione secũdum ipsum tempus constituuntur & rursus dissoluuntur. Hæc Damascenus. Prænunciat autem Deus per tale signũ magis mortem Regis, quàm aliorum, tum quia est persona communis tum quia potest ex hoc oriri turbatio regni. De cuius custodia magis sollicitãtur Angeli, propter cõmune bonũ, quorũ etiã ministerio & generantur & dissoluuntur.

*Opinio philosophorum de Cometis.*

Sed nec Philosophorum opinio obstat, qui dicũt, quòd stella cometa sit impressio calida & sicca, generata in superiore parte aëris prope ignem, ex cuius vapore calido & sicco globus illius vaporis adunatus apparet corpus stellę. Partes autem illius vaporis discontinuatæ circa illum globum & longum protensæ in suis extremitatibus illi globo coniunctæ, sunt quasi eius comites: & secundum hanc positionem significat & causãt non per se, sed per accidens mortalitatem prouenientem ex infirmitatibus calidis & siccis. Et quia vt plurimum diuites nutriũtur calidis & siccis

cis: ideò illo tempore multi diuites moriuntur: inter quos mors regũ & principum est magis notabilis. Et hæc positio nec distat à positione Damasceni, si quis benè consideret, nisi quòd ad operationem & cooperationem Angeli, quam nec Philosophi excludere possunt. Imò vbi vapores nunquam in sua siccitate & caliditate ad generandum cometam currerent, adhuc operatione Angeli sæpè concurrere habent, causis prædictis.

*Angeli cooperantur Cometis.*

*Stella præcessit mortem S. Doctoris Thomæ.*

Sicut & stella, quæ sancti Thomæ Doctoris transitum indicauit, quæ vtique nõ ex superis in firmamento positis prosiliit, sed operatione Angeli ex materia aliqua præiacente formata, & officio peracto, iterum resoluta fuit.

Idem dicit Nicolaus Volentinat.

Vnde videmus, quòd secundum quamcunque istarum opinionum, nullum penitus habent cœli luminaria dominium super liberum arbitrium. Vnde nec cõsequenter super malitiam & mores hominum.

*Cur Astronomi interdum vera præditunt.*

Nota insuper, quare Astronomi, vt sæpiùs vera prædicunt, & quod eorum iudicia vt plurimũ super vnam prouinciam, aut gentem vnius terræ eueniunt. Huius ratio est: quia sua iudicia sumũt ex astris, quæ etiam habent maiorem influentiam, capiendo probabiliorem, non necessitatem in actibus tam naturæ quàm voluntatis, & in actibus hominum generalibus, sicut vnius generis vel prouinciæ, quàm in particularibus vnius personæ. Quia maior effectus stellarum imprimitur in totam vnam gentem, quàm in vnum hominem, & quia maior pars gentis vnius, magis sequitur affectus naturales corporis, quàm vnus singularis homo, ideo, &c. Sed hoc incidentaliter est tactum.

*Contra Genethliacos.*

Secunda via per quam præfata nostra Catholica assertio declaratur, est per reprobationem errorũ Genethliacorũ, & Deam fortunæ colentiũ Mathematicorum. De quibus Isid. 8. Etymo. cap. 9. Genethliaci dicũtur propter natalium considerationem syderum, qui vulgo Mathematici dicuntur. Fortuna verò vt ibidem dicit cap. 2. à fortuitis nomen habere dicitur, quasi Deam quandam, res humanas variis casibus & fortuitis illudentem. Vnde & cæcam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens, sine vllo examine meritorũ; & ad bonos & ad malos venit. Hæc Isid. Sed ratiõ Deã credere, aut quod lęsiones in corporibus, & creaturis, quæ ex Maleficorum operibus inferuntur non à ipsis

*Fortunam colunt Mathematici.*

ma

maleficis, sed ad ipsa Dea fortunæ prouenirent, sicut est Idololatria, ita & asserere Maleficas ipsas ad hoc esse natas, vt talia per eas in mundo exerceri possint, similiter à fide alienum existit: Imò & à communi Philosophorum traditione. Si cui placet, inspiciat Doctorem Sanctum libr. 3. Summæ fidei contra gentiles. q. 87. & seq. & inueniet plura. Licet hoc vnicum propter eos, qui fortassis copiam librorum non habent, non videtur omittendum: quod quia in homine tria sunt considerandа, vt ibi notatur, quæ à tribus cœlestibus causis diriguntur: Voluntatis actus, intellectus actus & corporis actus, quorum principium à Deo tantùm & immediatè, secundum ab Angelo, & tertium à cœlesti corpore dirigitur. Nam actiones & voluntates immediatè à Deo in bonis operibus diriguntur, dicente Scriptura, Prou. 21. Cor regis, supple, quod maiori potentia videtur posse resistere, eò minùs alij non possunt, quia in manu Domini, & quocunque voluerit inclinabit illud. Et Apostolus, Deus qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.

*Tria in homine, quæ à tribus cœlestibus causis diriguntur.*

*Voluntas.*

Cognitio verò humana intellectiua à Deo mediantibus Angelis ordinatur. Ea verò quæ ad corporalia pertinent, siue sint exteriora siue interiora, in vsum hominis venientia, à Deo mediantibus Angelis & cœlestibus corporibus dispensantur. Dicit enim Beatus Dionysius 4. de Diuinis nom. quòd corpora cœlestia sunt causę eorum, quę in hoc mundo fiunt, non tamen necessitatem inferentia.

*Intellectus.*

*Actus corporis.*

Et cùm homo sit ordinatus secundùm corpus sub corporibus cœlestibus, secundùm intellectum verò sub Angelis, secundùm voluntatem autem sub Deo, potest contingere, quòd homo spreta inspiratione Dei ad bonum, & illuminatione boni Angeli, ducatur affectione corporali ad ea quæ influentia luminarium cœli inclinant, vt & sic, tam voluntas, quam intellectus malitia & erroribus inuoluantur.

*Angeli possident intellectum in homine, Deus voluntatem, astra corpus.*

Non est autem possibile huiusmodi erroribus, quibus Malefici irretiti sunt ex influentiis luminarium cœli, inuolui, licèt ad fundendum sanguinem, vel furta, aut latrocinia, vel etiam incontinentias pessimas perpetrandas possit quis ex illis inclinari, sicut etiam alia quædam naturalia.

Etiam, vt Gulielmus in De vniuerso dicit, quòd per experientiam habetur, si meretrix nititur plantare oliuam,

*Oliua à meretrice plantata non fert fruges.*

nō efficitur fructifera, quæ tamen per caſtam plantata, fructifera efficitur. Et aliquis etiam Medicus in ſanando, & agricola in plantando, & miles in expugnando, aliqua ex impreſſione cœleſti corporis efficiunt, quæ alij etiam eaſdem artes habentes efficere non poſſunt.

*Fatum improbatur.*

Tertia via ſumitur ex reprobatione fatalium effectuum. Vbi notandum, quòd Fatum eſſe aliquod vno modo Catholicè aſſeritur. Alio modo aſſerere, eſt omnino hæreticū. Si enim Fatum æſtimetur eſſe ſecundùm æſtimationem quorundam Gentilium, & quorundam Mathematicorum, qui putabant, quòd ex vi poſitionis ſyderum cauſaretur infallibiliter diuerſitas morū, ita quòd talis efficeretur neceſſariò Maleficus vel virtuoſus in moribus, quia talem eum eſſe cauſaret vis, quæ in diſpoſitione ſyderum, ſub qua talis vel conceptus vel natus eſſe comprehenderetur. Et iſtam vim vocauerunt nomine Fati.

Sed quia iſta opinio non tantùm eſt falſa, imò hæretica & omnino deteſtanda propter inconuenientia quę neceſſariò ſequerentur, vt ſuprà tactum eſt circa reprobationem primi erroris, quia videlicet tolleretur ratio meriti & demeriti, imò gratiæ & gloriæ, & quòd Deus malorum noſtrorum auctor eſſet, & plura alia. Ideo Fatum ſic omnino refutatur, quia nihil eſt: Secundum quam acceptionem etiam Gregorius dicit in Homil. Epiphaniæ, Abſit à Fidelium cordibus, vt fatum aliquod eſſe dicant.

*Inconuenientiæ ex Fato.*

Et licèt hæc opinio videatur eadem eſſe, cum prima, quæ eſt Planetariorum, & hoc propter eadem inconuenientia, quæ vtrobique cernuntur, tamen ſunt diuerſæ, quantum inter ſe diuerſificantur vis ſyderum & influxus generalis ſeptem Planetarum.

Si autem æſtimetur, Fatum eſſe ſecundùm quandam diſpoſitionem, ſiue ordinationem cauſarum ſecundarum ad procedendum effectus diuinitùs prouiſos. Hoc modo Fatum verè eſt aliquid: eò quòd prouidentia Dei per cauſas medias exequitur ſuos effectus: In illis videlicet, quæ ſecundis cauſis ſubduntur, licèt in aliis non, vt eſt creatio animarum, glorificatio & gloriæ collatio.

*Angeli cooperātur ad gratiæ infuſionē.*

Licèt etiam Angeli ad Gratiæ infuſionem cooperari poſſunt intellectum & voluntatis capacitatem, illuminando & diſponendo, & ſic quædam ordinatio effectuum vna

&

& eadem dicitur prouidentia & etiam Fatum. Sic enim consideratur vt est in Deo, sic dicitur prouidentia, si autem secundum quod est in causis mediis ordinatis à Deo ad effectus aliquos producendos, sic habet rationem Fati. Et hoc modo Boëtius loquens de Fato 4. de consol. dicit: Fatum est rebus mobilibus inhærens dispositio, per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus.

*Definitio Fati.*

Sed tamen Sancti Doctores hoc nomine vti recusauerunt, propter eos qui illud ad vim positionis syderū retorquebant. Vnde Aug. c. 5 de Ciuitat. Dei, dicit: Si propterea quisquam res humanas Fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem Fatum vocat, sententiam teneat & linguam corrigat.

*S. Augustini sententia de Fato.*

Patet etiã ex præmissis tacita responsio ad quæstionem: An omnia Fato subdantur: & an etiam Maleficorū opera illi subdantur. Quia si Fatum dicitur ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos, id est, vbi Deus disposuit per causas secundas producere effectus tales: sic in quantum subduntur Fato, id est, subduntur causis secundis à Deo ordinatis, vt sunt influentiæ corporū cœlestium. Ea verò quæ à Deo immediatè fiunt, vt est creatio rerum, glorificatio substantialium spiritualium, & alia huiusmodi non subduntur. Et hoc est, quod dicit Boëtius vbi suprà, quòd ea, quæ sunt primæ Deitati propinqua, fatalis ordinis mobilitatem excedunt. Vnde Maleficorum opera, quia non subsunt secundis causis: cùm talia præter cursum communem & ordinem naturæ eueniunt: Ideò nec Fato, sed causis aliis, quoad eorum originem necessariò subduntur.

*Excedentia Fatum.*

### *A motoribus orbium maleficia non causari.*

COnsequenter, quòd nec huiusmodi Maleficorum opera possunt oriri, aut causari à substantiis separatis, quę sunt motores orbium, seu corporum cœlestium: Cuius opinionis fuit Auicenna, & sui sequaces: hac ratione moti, quia enim substãtiæ illę separatę, altioris sunt virtutis animabus nostris, & ab ipsa anima interdum, cùm fuerit in sua imaginatione, ad solam quandam apprehensionem interiorem circa aliquod extrinsecū immutatur corpus propriū, interdum etiam alienum seu extrinsecum. Verbi gratia: Aliquis

*Substãtiæ separatæ sunt motores orbium.*

*De vi imaginationis*

ambulans super trabem in alto positam cadit de facili, quia imaginatur casum ex timore, non autem caderet si esset trabs illa posita super terram, vbi casum timere non posset. Item ad solam apprehensionem animæ incalescit corpus, vt in concupiscentibus vel iratis, aut etiam infrigidatur, sicut in timentibus. Potest etiam immutari ad aliquam ægritudinem, puta febrem vel lepram, ex forti imaginatione, & apprehensione ad tales ægritudines. Et sicut circa corpus proprium, ita circa alienum, vt illud immutetur ad sanitatem vel ægritudinem, & hic ponit causam etiam fascinationis, de qua superiùs tactum est.

*Imaginatio alieno corpori noxam dans.*

Et quia secundùm illam positionem effectus Maleficarum haberent reduci ad motores orbium, licèt non præcisè ad ipsa corpora cœlestia: ideò vltra illa, quæ ibi tacta sant, dicamus adhuc, quòd talia sic contingere est impossibile. Quia cùm motores orbium sint substantiæ intellectuales & bonæ, non tam secundùm naturam quàm secundùm voluntatem, quod patet ex earum operationibus ad bonum totius vniuersi. Illa autem creatura, cuius ope magicæ operationes fiunt, vt si sit bona secundùm naturam, non tamen potest esse bona secundùm voluntatem. Ideò non potest idem iudicium de ambabus substantiis.

*Natura bona, creatura mala secundùm voluntatem.*

Et quòd non potest esse bona secundùm voluntatem, probatur. Nam præstare patrocinium aliquibus in his, quæ fiunt contrariæ virtuti, non est alicuius intellectus benè dispositi: talia autem fiunt in huiusmodi operationibus Maleficorum: fiunt enim, vt in secunda parte operis patebit, plurima homicidia, fornicationes, puerorum & iumentorum occcisiones, & alia maleficia procurantur. Vnde vtentes his artibus, Malefici à malefaciendo vocantur. Non est ergo benè disposita secundùm virtutem talis intellectualis natura, cuius auxilio huiusmodi artes Maleficarum innituntur, licèt sit bona secundùm naturam, quia habet esse, & illud omnia appetunt, vt cuilibet intuenti patet. Itē non est intellectus bene dispositi, familiarem esse sceleratis, & eis patrocinium exhibere, & non quibusdam virtuosis. Huius autem operibus Maleficorum vtuntur homines scelerati, quia à fructibus eorum cognoscuntur.

*Non est intellectus bene dispositi, familiarē esse sceleratis.*

*Motores orbium inclināt semper ad bona.*

Auxilio autem substantiarum, orbes mouentium, in bonum quælibet creatura inclinatur à natura, licèt corrum-

patur

patur per accidens sæpe: ergo illæ substantiæ non possunt esse originalis causa Maleficarum.

Præterea, intellectus bene dispositi est reducere homines in ea quæ sunt homini propria bona, quæ quidē sunt bona rationis: abducere ergo ab istis, & pertrahere ad alia minima bona, est intellectus indecenter dispositi. Per huius autem artes non adipiscuntur homines aliquem profectum in bonis rationis, quæ sunt scientiæ & virtutes, sed in quibusdam minimis, vt sunt deprehensiones & exercitia latronum, & mille nocumentorum, ergo origo non est à substantiis separatis, sed ab aliqua virtute non bene dispositā secundùm virtutem.

*Maleficia inuertunt propria hominis.*

Præterea, non est bene dispositus secundùm intellectū, qui per aliqua scelera commissa prouocatur a l auxiliū alicui ferēdū. Hoc aūt fit in istis artibus Maleficorū. Nā, vt patebit in executione harum fidē abnegāt, innocentes pueros occidūt. Substātiæ enim separatæ, quæ sunt orbiū motores propter suā bonitatē non his maleficiis auxilium præstant.

Concludēdo ergo, quòd huiusmodi artes, sicut non possunt à corporibus cœlestibus, ita nec ab eorum motoribus oriri: & cum necesse habent oriri ex aliqua virtute alicui creaturæ collatæ, & illa etiam non potest esse bona secundùm voluntatem, licèt sit bona secundùm naturam, & huiusmodi creaturæ sint ipsi Dæmones: relinquitur quòd eorum virtute huiusmodi fiant.

*De malitia hominum per verba vel rei efficaci concurrente.*

Nil fortassis adhuc obstat friuola æstimatio, quòd ex hominum malitia concurrente super Maleficorum verba cōminatoria, & imagines repositas ad certum locum, virtute quadam stellarū sequerentur. Vt verbi gratia; Quando Maleficus diceret imaginem aliquam reponēdo, faciam te cęcam, aut claudam, & hoc eueniret, Tunc ideò eueniret, quòd talis à sua natiuitate ex virtute stellarum sortiretur præ cæteris hominibus talem virtutem, quantumcunque alij talia verba proferrent, & essent instructi per disciplinam ad proferendum, adhuc tamen efficaces in huiusmodi operibus esse non possent. Ad quæ singula respondendo declarabitur. Primò, quod ex malitia hominum huiusmodi effectus causari non possunt. Secundò, quod nec ex vocibus quorumcunque hominum, concurrente quacunque stellatione, etiam ad quascunque imagines.

## Ex malitia humana maleficia non oriuntur.

*Malitia habitualis.*

*Actualis.*

DE primo, ꝙ non ex malitia quantumcunque humana possint oriri huiusmodi Maleficorum opera, sic declaratur. Nam malitia hominis, siue sit habitualis, in quantum ex frequentatis actibus acquirit habitum inclinantem ad perpetrandum peccata non ex ignorantia, nec ex infirmitate: vnde censetur peccare ex malitia. Vel sit actualis malitia, quæ dicitur ipsa mali electio, quæ etiam ponitur peccatum in Spiritum sanctum, nũquam potest circa ipsum maleficum tantum efficere, ꝙ talia opera, vt sunt immutationes elementorum, & læsiones circa corpora, indifferenter hominum & iumentorum, absque assistentia alicuius altioris virtutis proueniant, quod declaratur primò ex parte causæ, secundò ex parte effectus maleficialis.

*Nemo, qui nouit malum, operatur illud.*

Nam hoc, quod non potest homo efficere absque malitia, putà per sua naturalia imminuta, minùs potest per ipsa naturalia iam diminuta. Patet, cùm sit virtus actiua etiam diminuta. Sed homo per peccata qualitercunque per malitiam commissa, diminuitur in bonis naturalibus. Probatur auctoritate & ratione. Nam Dionysius. 4. c. de Diui. nomi. dicit: Malum est effectus naturalis habitudinis: & loquitur de malo culpæ. Vnde & nemo noscens malum operatur.

*Fascinatio.*

Respondeo sic: Sicut se habet bonum gratiæ ad malum naturæ, ita se habet malum culpæ ad bonum naturæ. Sed per gratiam diminuitur malum naturæ, vt fomes qui est inclinatio ad culpam; ergo per culpam, à fortiori diminuitur bonum naturæ. Nec obstat, si dicatur de fascinatione, quæ interdum procuratur ex inspectione alicuius vetulæ, malitiosè puerum aspicientis, vnde puer immutatur & fascinatur. Quia sicut suprà tactum est, hoc tantummodò contingere potest circa pueros, propter teneram complexionem. Hîc autem loquimur de corporum quorumcunque hominum, & iumentorum ac etiam elemẽtorum ad grandinis immutationes. Siquis velit latiùs intelligere, inspiciet Doctorem sanctum in quæstionibus de malo: Vtrum peccatum possit corrumpere totum bonum naturæ, &c.

Ex parte denique effectuum maleficalium declaratur.

Nam

Nam ex effectibus deuenitur in cognitionem cauſæ. Vnde ſicut illi effectus, quò ad nos, qui fiunt præter ordinem naturæ creaturæ nobis notæ, per virtutem creatæ nobis ignotæ, licèt non ſint propriè miracula, ſicut illa, quę fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ: qualia ſecundū potestatē operatur ille, qui eſt ſupra omnem ordinem totius naturæ creatæ, qui eſt Deus benedictus: Secundum quam acceptationem dicitur: Tu es qui facis mirabilia magna ſolus. Ita & maleficiales effectus dicuntur miraculoſi, in quātū fiūt ab aliqua cauſa nobis ignota, & præter ordinem naturæ creatę nobis notæ. Ex quibus elicitur, q̄ virtus corporalis hominis ad huiuſmodi opera cauſanda non ſe extendere poteſt, quæ ſemper hoc habet, vt cauſa cum ſuo effectu naturali nota ſit naturaliter abſque admiratione.

*Quomodo maleficiales effectus ſint miracula.*

Et quòd effectus maleficiales poſſunt aliquo modo dici miracula, in quantum notitiam humanam excedunt, patet ex ſeipſis, cùm naturaliter nō fiunt. Patet, & per omnes Doctores, præſertim Aug. in li. 83. q. vbi dicit: Quòd Magicis artibus fiunt miracula plerunque ſimilia illis miraculis, quę fiunt per ſeruos Dei. Et iterum in eodem dicit: Magi faciūt miracula per priuatos contractus, boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali Chriſtiani per ſigna publicę iuſtitię. Quę omnia ſic declarantur. Nam iuſtitia diuina eſt in toto vniuerſo, ſicut publica in ciuitate. Virtus autem creaturæ cuiuſlibet in virtuoſo ſe habet, vt virtus alicuius priuatæ perſonæ in ciuitate. Ideò boni Chriſtiani in quantum per diuinam iuſtitiam miracula faciunt, dicuntur facere miracula per publicam iuſtitiam. Magus autem, quia operatur ex pacto inito cum Dæmone, dicitur operari per priuatum contractum: quia operatur per Dæmonem, qui ſua naturali virtute poteſt facere aliquid præter ordinem naturę creatæ nobis notę, per virtutem creaturæ nobis ignotę: & erit miraculum quò ad nos, ſed non ſimpliciter, quia non poteſt operari præter ordinem totius naturæ creatæ, & per omnes virtutes creaturarum nobis ignotarum. Sic enim ſolus Deus dicitur facere miracula. Iuxta illud: Tu es Deus qui facis mirabilia magna ſolus. Mali autem Chriſtiani faciunt per ſigna publicæ iuſtitiæ: ſicut inuocando nomen Chriſti, vel exhibendo aliqua ſacramenta. Si cui placet, inſpiciat S. Thomam in prima parte quæſtion. I I I. artic.

*Chriſtianorū miracula quo modo fiant.*

4. Potest etiam attendere ad ea quæ in 2. parte operis. cap. 6. deducentur inferiùs.

## *Quòd nec per voces & verba, concurrente virtute stellarum maleficia fiant.*

DEmum quòd nec ex vocibus quorumcunq; hominũ, concurrente quacunque constellatione, super quascunque imagines. Nam cùm intellectus hominis huius dispositionis est, quod eius cognitio ex rebus causatur: cùm intelligentem necesse sit Phantasmata speculari: Non est eius conditio, quòd ex sua conceptione seu intellectuali operatione intrinsecà, vbi illam solam per verba exprimeret, res ab extra habeat causare: aut quòd conceptio intellectus expressa per verba haberet corpora immutare. Tales enim homines qui talẽ haberent virtutem, non essent nobiscum vnius speciei, sed æquiuocè dicerentur homines.

*Necesse est intelligentem Phantasmata speculari.*

Præterea si dicatur, ꝙ illa efficiunt per verba, concurrẽre virtute stellarum à natiuitate: Vnde contingit ꝙ præ cęteris hominibus dum proferunt verba, quòd per illa aliquid efficiunt, cùm tamen alij etiam proferentes eadẽ, non possent aliquam transmutationem efficere, quia virtus stellarum à natiuitate eis non deseruit. Patet ex præcedentibus illa esse falsa, ex reprobatione trium errorum, Planetariorum, Genethliacorum & Fatalem ordinem ponentium.

Præterea cùm verba exprimunt mentis conceptum, & corpora cœlestia non possunt imprimere intellectum, nec etiam eorũ motores nisi per se, absque motione corporum cœlestium intellectum vellent illuminare: & hoc solũmodò fieret ad opera bona, quia ad mala perpetranda non illuminatur intellectus, sed obumbratur, quod non est officium bonorum spirituum, sed malorum. Ideò patet, quòd si verba eorũ aliquid efficiunt, hoc non est vigore alicuius corporis cœlestis, sed assistentia alicuius virtutis intellectiuæ: quæ etiam & si sit bona secundùm naturam, non tamen potest esse bona secundùm voluntatem, in quantum semper ad malum machinatur, & talis erit Dæmon, vt suprà ostensum est.

*Corpora cœlestia non possunt imprimere intellectũ.*

Et quòd nec per imagines possint talia efficere, quasi corpora cœlestia super ipsas aliquid influerẽt: quia huiusmodi

*Imagines constellatiuæ.*

modi imagines, quantumcunque characteribus & figuris sunt insignitæ, sunt effectus hominis operantis per artem. Cœlestia autem corpora effectus causant naturales: cuiusmodi non sunt effectus Maleficorum, qui dicuntur Maleficiales, vt potè in malum creaturarum, præter consuetum ordinem naturæ prosilientes, vnde nihil ad propositum.

*Differentia imaginum Astrologicarũ, Magicarũ, & Maleficarum.*

Præterea supra ostensum est etiam, quòd duplices sunt imagines, Astrologicæ, & Magicæ, quæ etiam ad bonum aliquod priuatum obtinendum, & non ad corruptionem ordinantur. Maleficorum autem imagines sunt omnino alterius, cùm semper ad nocumentum creaturarũ, & ex Dæmonum iussu, ad aliquem locum occultè reponuntur, vt desuper ambulantes, aut dormientes lædantur, vt ipsę Maleficæ fatentur: Vnde & ab ipsis Dæmonibus efficiũt quicquid causant, & non ex corporum cœlestium influentiis.

*Causa depravationis hominis.*

Ad argumenta. Ad primum dictum Augustini est intelligendum, quòd causa deprauationis hominis redit ab hominis voluntate, sicut ad causam effectum perficientem, quæ propriè dicitur esse causa. Non sic autem ad causam effectum permittentem, vel disponentem, vel consiliantem, aut percipientem, quibus modis scilicet consiliatiuè, dispositiuè, & præceptiuè, Diabolus dicitur causa peccati & deprauationis: Deus autem solummodò permissione, qui mala permittit propter bona. Iuxta August. in Ench. Diabolus autem disponit interiùs suggerendo, persuadet interiùs & exteriùs acriùs stimulando. Præcipit autem his, qui ei se totaliter subdiderunt, vt sunt Malefici, quibus non est opus interiùs instigari, sed tantùm exteriùs, &c.

Et per hoc etiam ad secundum, quòd quilibet est causa suæ malitiæ, directè intelligendo, & ad probationes patet eadem responsio, quia licet repugnet libero arbitrio, moueri per modum præcipientis, non autem per modum disponentis.

Ad tertium. Motus ad virtutes aut ad vitia dispositiuè possunt causari ab influentiis corporum cœlestium, & capitur motus pro quadam naturali inclinatione ad virtutes humanas & vitia: Opera autem Maleficorum, quia excedunt communem ordinem naturæ, ideò illis influentiis subiacere non possunt.

Ad quartum idem patet, quia sunt causæ humanorum

actuum corpora cœlestia, sed illa opera non sunt humanitùs adinuenta.

Ad quintum, quòd motores orbiũ possint imprimere in animas, si intelligatur immediatè sic imprimunt illuminãdum ad bonum & non ad Maleficia, vt supra tactum est. Si autem intelligatur mediatè: tunc iuxta influentiam corporum cœlestium imprimunt indirectè & dispositiuè.

*Cur Dæmones ad decremẽta Lunæ homines vexent.*

Ad sextũ, hoc quòd Dæmones ad certa augmenta Lunæ homines vexant, contingit propter duo. Primò quidem ad hoc, vt infament creaturam Dei, scilicet Lunam, vt Hieronymus & Chrysostomus dicunt. Secundò quia non possent operari nisi mediantibus naturalibus virtutibus, vt suprà dictum est. Ideò considerant corporum aptitudines ad effectum inducendos, & quia cerebrum est humidissimũ omnium partium corporis, vt Aristoteles dicit, & naturales, omnes: Ideò maximè subiicitur operationi Lunæ, quæ ex sua proprietate habet mouere humores. In cerebro autem perficiuntur vires animales, & ideò Dæmones secundùm certa augmenta Lunæ perturbant hominis Phantasiam, quando considerat cerebrum ad hoc dispositum.

*Cerebrũ maximè ad Lunã mouetur.*

*Cur vocati Dæmones incertis constellationibus adueniant.*

Ad aliud, quòd Dæmones aduocati incertis constellationibus adueniunt, faciunt propter duo. Primò, vt homines in hunc errorem inducant, quòd credunt aliquod nomen esse in stellis. Secundò, quia considerant, secundùm aliquas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus pro quibus aduocantur.

*Quomodo Dæmones alliciantur carminibus, Musica, herbis.*

Ad tertium, & sicut dicit Aug. 36. de ciuit. Dei. Per varia genera lapidũ, herbarum, lignorũ, animalium, carminum & instrumentorum musicorum Dæmones alliciuntur, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, in quãtũ, scilicet hæc eis exhibentur in signũ Diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

Tamẽ quia sæpe obiicitur, quòd Dæmones possũt impediri per herbas & harmonias à vexatione hominum: vt in argumento allegatur de Saũl per harmoniam cytharæ: Vnde nituntur defendere, & aliqui possent effectus maleficiales producere per certas herbas & occultas causas, absque auxilio Dæmonum, tantummodo ex influentia corporum cœlestium, quæ plus possunt imprimere in huiusmodi res corporales ad effectus corporales, quàm in ipsos Dæmones, ad producendum huiusmodi effectus maleficiales.

Ideò

Ideò latiùs cùm sit respondendum, est aduertendum quòd herbæ vel harmoniæ non possunt sua naturali virtute totaliter excludere vexationem, qua Diabolus possit hominem vexare, si sibi permitteretur à Deo, vel Angelis bonis: possunt tamen illam vexatiorem mitigare, & ita parua posset esse vexatio illa, quòd possent eam penitùs excludere: sed hoc facerent non agendo in ipsum Dæmonem, cùm sit spiritus separatus, in quem non potest naturaliter agere quodcunque corpus, sed agendo in ipsum vexatum à Dæmone. Omnis enim causa limitatæ virtutis, producere potest effectum intensiorem in materiam dispositam, quam non dispositam, cui & consonat illud Philos. 2. de anima. Actus actiuorum sunt in patiẽte prædisposito. Dæmon autem est agens limitatæ virtutis, ergo vexationem intensiorem facere potest Diabolus in homine disposito ad illam vexationem, siue ad illud ad quod Diabolus intendit adducere quàm in homine dispositionis contrariæ. Putà Diabolus potest vexare intensiùs passione melancholica hominem dispositum ad illam, quam hominem contrariæ dispositionis.

*Quomodo mitigetur Musica Dæmon.*

*Dæmon est limitatæ virtutis.*

Certum est autem quòd herbæ & harmoniæ multùm possunt immutare dispositionem corporis, & ex consequẽti motus sensualitatis: Hoc patet de herbis, cùm quædam inclinant ad lætitiam, quædam ad tristitiam, & sic de aliis. Hoc etiam patet de Harmoniis per Philosoph. 8 polit. vbi vult, quòd diuersæ harmoniæ habent prouocare diuersas passiones in homine. Hoc etiam refert Boëtius in Musica sua, & author de ortu scientiarum, vbi loquens de vtilitate Musicæ, dicit, quòd valet ad curandum vel alleuiandum diuersas infirmitates, & ita patere potest quòd cæteris paribus fit vexatio debilior.

*Herbæ & Harmoniæ possũt immutare dispositionem corporis.*

Non autem video, quomodo herbæ vel harmoniæ possint in homine dispositionẽ aliquam causare, propter quã homo nullo modo posset à Dæmone vexari: si tamen permitteretur, quia Diabolus mouẽdo solùm motu locali vaporẽ & ipso spiritus inordinato motu posset hominẽ multùm vexare. Herbæ autem vel harmoniæ nullam dispositionem causare possent in homine sua naturali virtute, per quã prohibetur Dæmon prædictã cõmotionẽ facere. Contingit tamẽ quã loq; q Diabolo nõ permittitur hominem

vexare

vexare, nisi vexatione ita parua, quòd per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleretur totaliter, & tunc aliquæ herbæ vel harmoniæ possent corpus hominis ita ad contrarium disponere, quòd illa vexatio totaliter amoueretur, verbi gratia. Diabolus quãdoque posset hominem vexare vexatione tristitiæ, ita debiliter, quòd per aliquas herbas vel harmonias, quæ haberent causare dilationem & diffusionem spirituum, qui sunt motus contrarij tristitiæ, totaliter amoueretur illa tristitia.

*De Ligaturis.*

Quòd autem Augustl. lib. 2. de doctrina Christiana, condemnat, ligaturas & quædam alia, de quibus ibi diffusiùs scribit, hoc attribuens arti magicæ, hoc est quantùm ad illud quòd non possunt sua naturali virtute. Quod patet ex hoc, quod dicit sic. Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ Medicorum condemnat disciplina. In quo satis patet quòd illa condemnat quantùm ad vsum, respectu cuius non habent aliquam efficaciam ex sua naturali virtute.

*De Saule sono cythara mitigato.*

Quantùm autem ad illud quod 1. Regum cap. 6. habetur. Quòd Saül, qui vexabatur à Dæmone, alleuiabatur quando Dauid cytharam percutiebat coram eo, & quòd spiritus malus recedebat, &c. Sciendum quòd bene verum est, quòd per tactum cytharæ, virtute naturali illius harmoniæ, alleuiabatur aliquantulùm afflictio Saülis, in quantum illa harmonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum: per quam dulcorationem reddebatur minùs aptus ad illam vexationem. Sed quòd spiritus malus recederet quando Dauid cytharizabat, hoc erat propter vim crucis, quod satis expressè dicitur in glossa, vbi sic dicitur: Erat Dauid in canticis musicis eruditus, diuersorum sonorum rationabilis, moderatusque concentus. Vnitatem essentiæ significat, quæ variis modis quotidiè resonat. Dauid malignum spiritum in cythara compescuit, non quia tanta esset vis in cythara, sed in signo crucis: qui in ligno crucis & cordarum extensione, id est, venarum gerebatur, quæ ima tunc Dæmones effugabat.

*Vi crucis Dauid cytharam pulsans Dæmõe abegit.*

*Quo ad ipsas maleficas Dæmonibus se subijcientes.*

QVAESTIO VI.

PRo tertia & annexa difficultate, quò ad ipsas Maleficas Dæmonibus se subiicientes plura super modum aggre

aggrediendi huiusmodi spurcitias possunt difficultari. Primò ex parte Dæmonis, & corporis ab eo assumpti, ex quo elemento sit illud formatum. Secundò ex parte actus, an semper cum infusione seminis ab altero recepto. Tertiò ex parte temporis & loci, an potiùs in vno tempore, quàm in altero exerceat. Quartò, an visibiliter, quò ad circumstantias se agitat, ex parte mulierum, an tantummodò illæ, quæ ex huiusmodi spurcitiis procreantur, à Dæmonibus frequentantur. Secundò, an illæ quæ ab ostetricibus tempore partus Dæmonibus offeruntur. Tertiò an remissior sit in talibus ipsa Venerea delectatio. Ad quæ omnia ad præsens cum non sit respondendum, eò quòd tantummodò generalitati studemus, & in secunda parte operis illa singula per eorum opera explanãtur: vt patebit in quarto capitulo, vbi de singulis modis fiet mentio. Ideò ad secundum principale tendamus. Et primò, cur in tam fragili sexu hoc genus perfidiæ inuenitur ampliùs quàm in viris. Et erit quæstio prima generalis quò ad conditiones generales mulierum. Secunda specialis, cuiusmodi mulieres ampliùs inueniuntur superstitiosę, & Maleficæ. Tertia singularis quò ad ipsas obstetrices, quæ omnes alias in malitia excedunt.

*Difficultates in quæstione de Succubis.*

### *Cur magis fœmina superstitiosa reperiantur.*

QVò ad primum, cur in sexu tam fragili mulierum maior multitudo Maleficarum reperitur, quàm inter viros. Et quidem in contrarium argumenta deducere non expedit, cum ipsa experientia, præter verborum & fide dignorum testimonia talia facit credibilia. Dicamus sexum non despiciendo, in quo Deus semper magna fecit, fortia vt confunderet, quòd diuersæ à diuersis super hæc assignantur rationes. Semper tamen in principali concordantes. Vnde & pro mulierum admonitione ipsa materia benè est prædicabilis, affectántque audire, vt experientia sæpe docuit, dummodò discretè proponatur.

Nam aliqui Doctores hanc rationem tradunt. Dicunt enim tria esse in rerũ natura, Lingua, Ecclesiasticus, & Fœmina, quæ medium in bonitate & malitia tenere nesciunt, sed vbi limites suæ conditionis excedunt, ibi quendam apicem & supremũ gradũ in bonitate aut malitia vendicãt. In boni

*Tria, quæ medium in malitia tenere nesciunt.*

bonitate quidem quando à bono reguntur spiritu, vnde & optima sunt. In malitia vero, quando à malo spiritu reguntur, vnde & pessima efficiuntur.

*Lingua bonitas.*

De lingua enim patet, cùm eius ministerio plurima regna fidei Christianæ sunt subiugatæ, vnde & Apostolis Christi in igneis linguis Spiritus sanctus visus est. Patet & in aliis sapientibus. Prædicatoribus quotidiè lingua canum, vulnera & vlcera languentis Lazari lingentes. Iuxta illud; Lingua canum tuorum ex inimicis animas eripientes.

*Prædicatores habent linguas canum.*

Vnde & dux & pater Prædicatorum ordinis, in figura catuli latrantis, & accensam saculam in ore gestantis præmonstratus est, vt suo latratu vsque ad præsens habeat lupos hæreticos arcere à gregibus ouium Christi.

*S. Dominicus per canem figuratus.*

Patet & ex quotidiana experientia quod vnius viri prudentis lingua interdum infinitorum hominũ strages præpeditur, propter quæ non immeritò in eius commendationem Salo. Prouerb. 10. plura cecinit. In labijs sapiẽtis inuenitur sapientia, sit iterum: Argentum electum lingua iusti, cor impiorum pro nihilo. Iterum: Labia iusti eruditunt plurimos, qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur. Cuius causa ibidem. 16. subditur, quia hominis est præparare animum & Dei gubernare linguam.

*Homo præparat animum, sed Deus gubernat linguam.*

De mala verò lingua inuenies. Eccles. 28. Lingua tertia multos commouit & dispersit illos à gente in gentem, ciuitates munitas destruxit, & domos magnorum effodit. Et dicitur lingua tertia eorum qui inter duas partes contrarias incautè vel maculosè loquuntur.

*Malitia linguæ.*

*Quid tertia lingua.*

De secundo scilicet Ecclesiasticis, intellige clericos & religiosos in vtroq; sexu Chrysost. super illud: Eiecit vendentes & ementes de templo. Sicut omne bonum à sacerdotio, ita omne malum ab eo egreditur. Hieronymus in epistola ad Nepotianum: Negociatorem clericum, ex inope diuitem ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuga. Et beatus Bernardus homilia 23. super Canti. loquens de clericis dicit Si insurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras & arescerent, si violentus inimicus, absconderent se forsitan ab eo boni. Nunc verò quomodò abiicient, aut quomodo absondent se. Omnes amici, & tamen omnes inimici, omnes domestici, & nulli pacifici, omnes proximi & omnes quæ sua sunt quærunt.

*A sacerdotio omne bonum & omne malũ egreditur. Clericus negotiator quasi pestis fugiendus.*

Et

Et alibi: Noſtri Prælati facti ſunt Pilati, noſtri paſtores facti ſunt tonſores. Et loquitur etiam de Prælatis religioſorũ, qui onera grauia inferioribus imponũt, digito autem ſuo minimo non tangerent. Et Greg. in paſto. dicit: Nemo ampliùs in Eccleſia nocet, quàm qui peruersè agens, nomẽ vel ordinem ſanctitatis habet, delinquentem nam q; hanc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. De religioſis etiam dicit B. Auguſt. ad Vincentium Donatiſtam: Simpliciter fateor charitati veſtræ coram domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animã meam ex quo Deo ſeruire cœpi, quantum difficilè expertus ſum peiores, ſicut & meliores non poſſe inueniri, quam qui in monaſterijs defecerunt, aut profecerunt.

*Prælati facti Pilati; Paſtores fiunt tonſores.*

*Pro reuerentia ordinis peccator honoratur.*

De mulierum verò malitia differitur Eccleſiaſt. 25. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ita ſuper iram mulieris. Commorari leoni & draconi plus placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Et inter plura, quæ ſequuntur & præcedunt ibidẽ de muliere nequam, concludit: Breuis eſt omnis malitia ſuper malitiam mulieris. Hinc Chry. ſuper Matt. 19. Non expedit nubere. Quid aliud eſt mulier niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, malum naturæ, bono colore depicta. Ergo ſi dimittere illam peccatum eſt, cùm oportet tenere, iam verò tormentum neceſſarium eſt, vt aut dimittentes adulteria faciamus, aut quotidianas pugnas habeamus. Tullius deniq. 2. Rhetoricæ dicit: Viros ad vnumquodq; maleficium ſingulæ, id eſt, plures cupiditates impellunt, mulieres ad omnia Maleficia cupiditas vna ducit. Muliebrium enim vitiorum omnium fundamentum eſt auaritia. Et Seneca in ſuis Tragœd. aut amat aut odit mulier, niſi tertium dediſſe eſt: fiere fœminam eſt mendacium. Duo genera lachrymarum habentur in oculis fœminarum, veri doloris vnum, inſidiarum aliud. Mulier cùm ſola cogitat, mala cogitat.

*De malitia mulierum.*

*Mulier neceſſarium malũ.*

*Muliebrium vitiorum fundamentum eſt auaritia.*

De bonis autem mulieribus tãta laus eſt, vt etiam beatificaſſe viros legantur, & ſaluaſſe gentes, terras & vrbes: Pater de Iudith, Delbora, & Heſter. Hinc Apoſt. 1. Cor. 7. Si qua mulier habet virum, & hic conſentit habitare cũ illa,

*De bonis mulieribus.*

non

non dimittat virum : sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem Ideò Eccles. 26. dicitur: Mulieris bonæ, beatus vir, numerus enim annorum duplex. Multa ibi narrat laudabilissima per totum ferè capitulum de excellentia bonarum Et Prou. vlt. de muliere forti.

Quæ omnia etiam in nouo Testamento in fœminis claruerunt, vt in virginibus, & aliis sanctis fœminis, quæ per fidem gentes & regna ab Idololatriæ cultu ad Christianam religionem deduxerunt. Si quis inspicere velit Vincen. in spe. histor. lib. 20. cap. 9. de regno Vngariæ per Giliam Christianissimam. Et de regno Francorum per Clotildem virginem, & Clodoueo desponsatam inspiciat, & mira inueniet: Vnde quæcunque vituperationes leguntur, in concupiscentiam carnis interpretari possunt, vt semper mulier pro carnis concupiscentia intelligatur. Iuxta illud: Inueni amariorem morte mulierem, & bona mulier subiecta carnis concupiscentia.

*Vituperationes mulierum vt intelligendæ.*

Sunt & alij alias rationes assignantes, cur in maiore multitudine reperiantur fœminæ superstitiosæ quàm viri. Prima est, quia pronæ sunt ad credendum: & quia principaliter Dæmon quærit corrumpere fidem, ideò potiùs eas aggreditur, Vnde & Eccles. 19. Qui citò credit, leuis est corde, & minorabitur. Secunda causa est, quia à natura propter fluxibilitatem complexionis facilioris sunt impressionis ad reuelationes capiendas per impressionem separatorum spirituum: quia complexione etiam, cùm bene vtuntur, multæ bonæ sunt, cùm malæ, peiores sunt.

*Mulieres sunt incontinentis linguæ.*

Tertia causa, quia lubricam habent linguam : & ea quæ mala arte sciunt, eis comparibus fœminis vix celare possunt, séque occultè, cùm vires non habeant, per maleficia vindicare quærunt faciliter. Vnde Eccles. vt supra: Commorari leoni & draconi plus placebit, quam habitare cum muliere nequam. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Item potest & addi illa, cùm fluxibiles sunt, sicut & faciunt.

Sunt & tertij alias rationes assignantes quas prædicatores cautè debent proponere: & dicere quod licèt in veteri testamento, scripturæ vt plurimùm mala loquuntur de mulieribus, & hoc propter primam præuaricatricem mulierem, scilicet, Euam, & imitatrices eius, tamen & post in nouo testamen-

testamento propter mutationem nominis, vt Eua in Aue (vt ait Hiero. Totum quod intulit maledictio Euæ, totum abstulit benedictio Mariæ. Vnde plurima & semper laudabilia sunt de ipsis prædicanda. *Eua in Aue.*

Sed quia adhuc modernis temporibus hæc perfidia amplius in mulieribus, quàm in viris inuenitur, vt ipsa experientia docet, curiosus causam inuestigando, vitra præmissa dicere possumus, quod in omnibus viribus, tam animæ, quàm corporis, cùm sint defectuosæ, non mirum, si plura maleficia in eos, quos æmulantur, fieri procurant.

Quantum enim ad intellectum, seu ad intelligendum spiritualia alterius videntur esse speciei à viris cui auctoritas & ratio cum variis scripturæ exemplis alludit. Terentius ait: Mulieres fermè vt pueri leui sententia sunt. Et Lactantius, 3. Institutionum. Numquid aliquam mulierem philosophiã sciuisse nisi Temesten. Et Prouer. 11. quasi describens mulierem dicit: est circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. *Mulieres minus valet intellig ndo bona quàm viri.*

Ratio naturalis est, quia plus carnalis viro existit, vt patet in multis carnalibus spurcitiis. Qui etiam defectus notatur in formatione primæ mulieris, cùm de costa curua formata fuit, id est, de costa pectoris, quæ est torta, & quasi contraria viro. Ex quo defectu etiam procedit, quòd cùm sit animal imperfectum, semper decipit. Nam dicit Cato: Instruit insidias lachrymis dum fœmina plorat. Et illud: Dum fœmina plorat decipere laborat. Patet in vxore Samsonis, quæ multùm infestans eum, ad declarandum sibi problema propositum sodalibus, ab eo expositum eis reuelauit, & sic decepit. Patet in prima muliere, quod ex natura minorem habet fidem, cùm dixit serpenti interroganti, quare non ederent de omni ligno paradisi. Respondit de omni, &c. ne forte morian: vtin quo ostendit se dubitare, & fidem non habere ad verba Dei, quæ omnia etiam Etymologia nominis demonstrat. Dicitur enim Fœmina à Fe, & minus: quia semper minorem habet & seruat fidem: Et hoc ex natura, non ad fidelitatem: licèt ex gratia & natura fides in beatissima virgine nunquam defecerit, cùm tamen in omnibus viris defecisset tempore Passionis Christi. *Ex formâ costa mulier cõtraria viro.* *Eua non credidit Deo, quia dixit Forte.* *Fœmina dicta à Fe, & Minus.*

Mala ergo mulier ex natura cùm citiùs in fide dubitat, etiam citiùs fidem abnegat, quod est fundamentum in maleficis.

*Mulieris proclinitas ad talia.*

Quantum denique ad aliam potentiam animæ, scilicet voluntatem ex natura, cùm odit aliquem, quem priùs amauit, tunc æstuat per iram & impatientiam, & sicut maris æstus semper bullit & currit, sic talis ex tota impatiens. Alludit huic rationi, auctoritas diuersa. Eccles. 25. Non est ira super iram mulieris. Et Senec. Trag. 8.

*Nulla vis flammæ tumidique venti,*
*Tanta nec teli metuenda torti,*
*Quanta cùm coniunx viduata tædis.*
*Ardet & odit.*

*Æmulatio & impatientia mulierum.*

Patet in muliere quæ falsè accusauit Ioseph, & incarcerare fecit, quia noluit sibi in scelus consentire adulterij, Genes. 30. Et reuera potissima causa deseruiens in augmentum Maleficarum est doloroſum duellum inter maritatas & non maritatas fœminas, & viros: immò & inter ipsas fœminas sanctas, quid tunc de cæteris? Vides enim in Genesi quanta fuit impatiẽtia & inuidia. Saræ ad Hagar postquam concepit. Genes. 21. Quanta Rachel ad Liam propter filios, quos non habebat Rachel Gen. 30. Quanta Annæ ad Phenennam fœcundam, ipsa sterili existente. 1. Reg. 1. Quanta Mariæ ad Moysen. Num. 12. Vnde murmurauit, & detraxit Moysi, propter quod & lepra percussa Quanta Marthæ ad Magdalenam, ipsa sedente, & Martha ministrante. Luc 10. Vnde & Eccles. 37. Tracta cum muliere de his quæ æmulatur: quasi dicat non esse tractandum cũ ea, quia semper æmulatio, id est, inuidia est in mala muliere. Et quæ inter se sic agitãtur, quantò magis aduersus viros.

*Felix per se, felicissimus si cælebs.*

Quare etiam vt narrat Valerius Phoroneus rex Græcorum, die qua mortuus est, dixit Leontio fratri suo, ad summam felicitatem nihil mihi deesset, si mihi semper vxor defuisset. Cui Leontius, Et quomodo vxor obstat felicitati? Et ille, Mariti hoc omnes sciunt. Et Socrates Philosophus interrogatus, si docenda esset vxor. Respondit: Si noncapies, solitudo arbitrans excipiet hinc generis interius, hinc hæres alienus. Sed si ceperis illam, perpetua solicitudo, conquestus querularum, dotis exprobratio, affiniũ graue supercilium garrula socrus lingua, successor alieni matrimonij,

*Sine vxore solitudo, cũ vxore solicitudo.*

moniſ, incertus liberorum euentus. Hæc dixi vt expertus. Nam vt ait Hieron. contra Iouinianum. Hic Socrates duas habuit vxores, quas ingenti patientia ſuſtinens, non potuit tamen ab earum contumeliis, clamoribus & vi[illegible]erationibus liberari. Vnde quadam die ipſis querulantibus contra eum, ipſe, domum egreſſus, vt earum moleſtias euitaret, cùm ante domum ſederet, proiecerunt illæ mulieres ſuper eum aquam immundam: Super quo ipſe non perturbatus, quia Philoſophus, ait, Sciebam quòd poſt tonitrua pluuiæ ſequerentur.

*De vxore ſubmerſa quæſita aduerſo flumine.*

Et de quodam legitur, cuius ſubmerſa erat in fluuio, quòd cùm quæreret cadauer eius ad educendum de aqua, ibat per fluuium contra aquam, & interrogatus cauſam: cùm res graues deſcendant infrà & non ſuprà, quare quæreret contra aquam, Reſpondit: Mulier iſta in vita ſemper fuit contraria dictis & factis ſiue mandatis meis, ideò quęro contrario modo, ſi fortè etiam mortua contrariam voluntatem vltra conſuetum tenuiſſet.

*Mulieres ſunt vindicabiles.*

Et quidem ſicut ex primo defectu intelligentiæ abnegationem fidei faciliùs incurrunt: ita ex ſecundo, ſcilicet inordinatis affectionibus & paſſionibus varias vindictas quærunt, excogitant & infligunt, ſiue per Maleficas, ſiue aliis quibuſcunque modis. Vnde non mirum tantam multitudinem maleficarum in hoc genere exſtere.

*Natura ſunt mulieres immorigeræ.*

Quantum inſuper defectum in memoratiua potentia, cùm hoc ſit in eis ex natura viriũ, nolle regi ſed ſuos ſequi impetus, ſiue quacũque pietate: ad hoc ſtudet, & cũcta memoria diſponit. Vnde Theophraſtus: Si totam domũ ei cõmiſeris ad ſeruiendum, & ſi aliquid tuo arbitrio reſeruaueris etiam minimũ vel magnam fidem ſibi adhiberi non putabit, & iurgia concitabit: niſi citò conſulueris, parat venena, aruſpices & ariolos cõſulit: ecce maleficia.

*De Gynæocratia iudiciũ Ciceronis.*

Sed quale ſit dominium mulierum, audi Tullium in paradox. Numquid ille liber eſt cui mulier imperat, leges imponit, præſcribit, iubet, vetat quòd ei videtur, nec illi imperanti aliquid negare poteſt vel audet. Ego iſtum non modò ſeruũ, ſed nequiſſimum ſeruorum appellandum puto, licèt ampliſſima familia natus ſit. Vnde & Seneca in perſona furioſæ Medeæ: Quid ammodo ceſſas, ſequere felicem impetum, pars iſta vltionis qua gaudes quota eſt, &c. Vbi

multa ponit, ostendens quòd mulier non vult regi, sed suo impetu procedere etiam in damnum suum: Sicut de multis legitur mulieribus, quæ vel ob amorem, vel dolorem, quia vindictas facere non potuerunt, seipsas occiderunt.

*De Laodice & Berenice regimis Syria.*

Sicut de Laodice narrat Hieronymus super Danielem: quæ existens vxor regis Antiochi regis Syriæ, zelãs ne plus amaret Berenicem, quam etiam habebat vxorem, Berenicem & filiam eius ex dicto Antiocho priùs fecit occidi, & pòst seipsam veneno occidit. Vnde? Quia non vult regi, sed suo impetu procedere. Ideò Chrysosto. non immeritò dicit: O malum omni malo peius, mulier mala, siue illa pauper sit, siue diues. Si enim vxor diuitis sit, non cessat nocte & die virum calidis stimulare sermonibus, blanda nequiter, & importuna volenter. Si verò pauperem virum habet, ipsum quoque ad iracundiam & rixas incitare non desinit. Et si vidua sit, ipsa per semetipsam omnes despicit passim, & ad omnem audaciam spiritu superbiæ inflammatur.

*Aut blanditiis, aut importunitate instigant viros mulieres.*

*Omnia ferè mundi Regna propter mulieres euersa.*

Quæramus, inueniemus ferè, omnia mundi Regna propter mulieres fuisse euersa. Primũ enim quod fuit regnum felix, scilicet Troiæ, propter raptum vnius fœminæ, scilicet Helenæ, destructum est multis millibus Græcorum occisis. Regnum Iudæorum multa mala exterminia habuit propter pessimam Iezabel, & filiam eius Athaliam, reginam in regno Iudæ, quæ occidi fecerat filios filij, vt eo mortuo ipsa regnaret: sed vtraque occisa. Regnum Romanorum multa mala sustinuit propter Cleopatram Reginam Ægypti, pessimam mulierem. Et sic de aliis. Vnde non mirum, si mundus iam patitur ob malitiam mulierum.

*Mundus sine mulierib. esset conuersatio Deorum.*

Demùm inspiciendo corporis ipsius carnalia desideria: vnde innumera nocumenta vitæ humanæ contingunt: Vt meritò cùm Catone Vticen. dicere possimus. Si absque fœmina posset esse mundus, conuersatio nostra non esset absque Diis. Cùm reuera, si mulierum non essent nequitiæ, etiam tacendo de maleficiis, adhuc ab innumeris periculis mundus remaneret exoneratus. Valerius ad Rufinum Chimæram mulierem esse nescis, sed scire debes: quod monstrum illud triforme insigni venustetur facie leonis olentis, maculetur ventre capræ, virulenta cauda viperæ armetur, vult dicere; Quod aspectus eius pulcher, tactus fœtidus, conseruatio mortifera.

*Mulierem esse Chimeram.*

Audia

Audiamus,& aliam proprietatem per vocem. Nam ſicut eſt mendax in natura,ſic & in loquela, nam pungit, & tamen delectat. Vnde & earum vox cantui Syrenarũ aſſimilatur, quæ dulci melodia tranſeuntes attrahunt, & tamen occidũt. Occidũt quidem,quia ex marſupio euacuant,vires auferunt,& Deum perdere cogunt. Iterum Valerius ad Rufinum:Hæc loquens placet delectatio:& pungit delictum, flos veneris roſa eſt, qua ſub eius purpura multi latitant aculei. Prouerb. 5. Nitidius oleo guttur eius,id eſt, locutio nouiſſima eius amara quaſi abſynthium.

*Voces feminarum mortiferæ.*

Audiamus & aliam in eius inceſſu,ſtatu & habitu,ibi eſt vanitas vanitatum. Non eſt homo in mundo, qui tantum ſtudeat placere Deo benigno, quantum mulier etiam mediocris,ſuis vanitatibus ſtudet hominibus placere. De quo exemplũ in vita S. Pelagiæ, quando dedita mundo diſcurrebat per Antiochiam ornata nimis:quam Sanctus pater, Nominus nomine,videſ,flere cepit,& dixit ſociis:quòd toto tempore vitæ ſuæ tantam diligentiam nunquam adhibuerat Deo placere, & cætera. quæ demùm orationibus eius conuerſa eſt.

*De inceſſu & habitu mulierciularum. De S. Pelagia*

Hæc eſt de qua Eccl. 7. & de qua iam Eccleſia lamentatur propter ingentem multitudinem Maleficarum. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus eſt venatorum, ſagena cor eius, vincula ſunt manus eius, qui placet Deo, fugiet illã,qui autem peccator eſt,capietur ab ea. Amarior eſt morte,id eſt. Diabolo:Apoc. 6. Nomen illi mors: Nam licèt Diabolus duxit Euam ad peccandũ, Eua tamen ſeduxit Adam. Et ſicut peccatũ Euæ non induxiſſet nobis mortẽ animæ & corporis,niſi ſubſequuta fuiſſet culpa in Adã, ad quã induxit Eua,& non Diabolus, ideò amarior morte.

*Cur mulier amarior morte.*

*Eua peccatũ non induxiſſet mortem, niſi culpa Adam acceſſiſſet.*

Iterum amarior morte, quia hęc naturalis, & interimit tantùm corpus, ſed peccatum à muliere inchoatum occidit animam,priuando gratia,& corpus ſimiliter in pœnam peccati.

Iterum amarior morte,quia mors corporalis, eſt inimicus manifeſtus & terribilis,ſed mulier inimicus blandus & occultus.

Et ideò amarior & periculoſior laqueus iam non dicitur venatorum, ſed Dæmonum. Quia iam capiuntur homines non ſolùm per carnalia deſideria, eas videndo & au-

*Mulierum facies eſt ventus vrens.*

diendo cùm earum facies ſit ventus vrens, & vox ſerpentis ſibilus. Iuxta Ben. Verũ etiam innumeros malefaciendo homines, & iumẽta. Segena dicitur cor eius, id eſt inſcrutabilis malitia, quæ in cordibus earũ regnat. Et manus ſunt vincula ad detinendũ, vbi manũ ad malefaciendũ creaturæ apponũt, tũc diabolo cooperãte, hoc efficiũt quod prætẽdunt.

*Sagena cor mulierum, manus ſunt vincula.*

*Quatuor inſatiabilia.*

Concludamus. Omnia per carnalem cõcupiſcentiã, quæ quia in eis eſt inſatiabilis. Prouerb. penultimo, Tria sũt inſatiabilia. &c. & quartũ quod nunquam dicit, Sufficit, ſcilicet nos vuluæ. Vnde & cũ Dæmonibus, cauſa explendæ libidinis ſe agitãt. Plura hæc deduci poſſent, ſed inteiligentibus ſatis apparet, non mirum quòd plures reperiuntur infectæ hæreſi maleficorum mulieres quàm viri. Vnde & cõſequenter hæreſis dicenda eſt non maleficorum, ſed maleficarum, vt à potiori fiat denominatio. Et benedictus altiſſimus, qui virilem ſpeciem à tanto flagitio vſque in præſens præſeruat: in quo vtique cùm ſic pro nobis naſci & pari voluit, ideò & ipſum priuilegiauit.

*Dicendũ hæreſis Maleficarum, non Maleficorum.*

*Priuilegium viri à Maleficio.*

## *Cuiuſmodi mulieres præ cæteris inuenintur ſuperſtitioſæ, & maleficæ.*

QVÒ ad ſecundum, cuiuſmodi mulieres præ cæteris inuenĩtur ſuperſtitioſæ & maleficiis infectæ. Dicendum, quòd ex præcedenti quæſtione patuit, quòd quia tria generalia vitia, ſcilicet, infidelitas, ambitio & luxuria: præcipuè in malis mulieribus regnare videntur. Ideò illæ præ cæteris maleficiis intendunt, quæ præ cæteris illis vitiis deditæ ſunt. Iterum quia inter illa tria vltimum ampliùs prædominatur, ideò quia inſatiabile, &c. Ideò & illæ inter ambitioſas ampliùs infectæ ſunt, quæ pro explẽdis ſuis prauis concupiſcentiis ampliùs inardeſcunt, vt ſunt adulteræ, fornicariæ, & magnatorum concubinæ.

*Tria præcipua vitia mulierum.*

*Magnatorum concubinæ.*

Et hoc ex ſeptemplici maleficio, vt in bulla tangitur. Venereum actum & conceptus in vtero variis inficiendo Maleficiis. Primò, mentes hominum ad inordinatum amorem, &c. immutando: Secũdò, vim generatiuam impediendo. Tertiò, membra illi actui accommoda auferẽdo. Quartò, homines præſtigioſa arte in beſtiales formas mutando. Quintò, vim generatiuam, quo ad fœmellas deſtruendo.

*Septem maleficia ad actum Venereum pertinentia.*

Sextò,

Sextò, abortum procurando. Septimò, infantes Dæmonibus offerendo, absque alijs animalibus & terræ frugibus, quibus varia nocumenta inferunt: de quibus in sequentibus tractabitur. Sed ad præsens, de nocumentis hominum demus rationes.

Et prima conclusio, super eos, quos maleficiunt ad amorem vel odium inordinatum. Et post eadem materia pro maiori intelligentia sub difficultate est discutienda. Conclusio autem hæc est. Nam sanctus Thomas in 4. dist. 34. de impedimento maleficiali pertractans, sicut ostēdit quare permittitur Diabolo à Deo maior potestas maleficij super actus Venereos hominis, quàm super alios: rationes assignando. Ita dicere à simili oportet, quòd hæ mulieres amplius infestantur, quæ his actibus amplius deseruiunt.

*Quare Dæmon plus mali potest in actibus Venereis.*

Dicit enim, quòd quia corruptio peccati prima, per quã homo factus est seruus diaboli, in nos per actum generantem deuenit: Ideò maleficij potestas permittitur Diabolo à Deo in hoc actu magis quàm in alijs. Sicut etiam in serpentibus magis ostenditur virtus Maleficorum, vt dicitur. quàm in alijs animalibus, quia per serpentem Diabolus tãquam per suum instrumentum mulierem tentauit. Vnde etiam, vt posteà subdit, licet matrimonium sit opus Dei, tanquam ab eo institutum, adhuc per opera Diaboli interdum destruitur. Non quidem per violentiam, quia censeretur sic fortior Deo: sed ex Diuina permissione, procurando impedimentum actus coniugalis, vel temporale, vel perpetuum.

*Cur circa Serpentes magis vis Maleficorum versetur.*

Ex quibus hoc quod experientia docet dicamus, quòd propter huiusmodi spurcitias explendas, tam erga se, quàm & sæculi potentes, cuiuscunque etiam status & cõditionis, innumera Maleficia pertractant, eorum animos ad amorem illicitum, vel Philocaptionem adeò immutando, vt nulla confusione, aut persuasione ab eis desistere valeant. Ex quibus etiam & exterminium fidei, seu periculum intolerabile quotidie imminet, quòd eorum animos immutare taliter sciunt, quòd eis nullum nocumentum siue per se, siue ab aliis fieri permittant, sicque quotidie crescunt. Et vtinam experiẽtia nos minimè edocuisset, imò & odia talia etiam in Sacramento matrimonij coniunctis suscitata per maleficia, & similiter per infrigidationes generatiuæ poten-

*Philocaptio.*

tiæ, vt nec redditionem nec exactionem debiti matrimonialis locum pro prole habere valeant. Sed quia amor, & odium in anima existunt, quam etiam Dæmon intrare nequit, ne alicui hæc quasi incredibilia videantur: sub quæstione sunt discutienda: cùm etiam oppositа iuxta se posita magis eluceſcunt.

*An malefici mentes hominum ad amorem, vel odium valeant immutare.*

## QVÆSTIO VII.

QVæritur an Dæmones per ipsas maleficales, mentes hominum ad amorem, vel odium inordinatum mutare, & incitare valeant, & arguitur, quòd non ſecundùm præmiſſa. Tria ſunt in homine, voluntas, intellectus, & corpus. Primum Deus ſicut habet per ſe regere (quia cor regis in manu Domini, (ita ſecundum per Angelum illuſtrare, & ipſum corpus per influxus cœleſtium corporum dirigere. Præterea intra corpora Dæmones non poſſunt eſſe illa immutando, ergo minus intra animam, eius potentijs odium vel amorem immittendo. Patet conſequentia: quia ex natura maiorem habet poteſtatem ſupra corporalia, quàm ſupra ſpiritualia. Et quidem quòd non poſſunt immutare, ſuprà patuit in pleriſque locis: Quia nullam formam ſubſtantialem vel accidentalem inducere poſſunt, niſi adminiculo alicuius alterius agentis, ſicut etiam quilibet alius artifex. Eſt etiam ad idem cap. 26. quæſtione quinta, epiſco. in fine. Qui credit aliquam creaturam poſſe tranſmutari in melius vel in deterius niſi ab ipſo omnium creatore, infideli & pagano deterior eſt.

Præterea omne agens ex propoſito cognoſcit ſuum effectum. Si igitur Diabolus poſſet mentes hominũ immutare ad odium, vel amorem, poſſet internas cogitationes animæ videre quod eſt contra illud, quòd in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus dicitur: Diabolus internas cogitationes non poteſt videre. Et iterum ibidem: Non omnes cogitationes noſtræ malæ à Diabolo excitantur, ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt.

*Diabolus non eſt ſcrutator cordium.*

Præterea

Præterea amor & odium, sunt circa voluntatem, quæ radicatur in anima, ergo non possunt causari à Diabolo quacunque arte. Tenet consequentia: quia illabi animæ, (vt dicit Aug.) illi soli est possibile, qui eam creauit.

*Nemo illabitur animæ, nisi eius creator.*

Præterea si dicatur, quòd potest mouere sensitiuas interiores & sic consequenter voluntatem, non valet: Quia vis sensitiua est dignior, quàm vis nutritiua. Sed Diabolus non potest formare actum virtutis nutritiuæ, vt formet carnem aut os, ergo etiam non potest causare aliquem actum interiorum virium animæ.

Sed contra. Diabolus non solùm visibiliter, sed etiam inuisibiliter homines tentare dicitur: hoc autem falsum esset, nisi interiùs circa animam, & eius potentiam aliquid causare posset. Præterea Damasc. in suis sententijs: Omnis malitia & omnis immunditia à Diabolo excogitata sunt. Et Dionys. 4. cap. de Diui. nom. Multitudo Dæmonum, causa omnium malorum, & sibi & aliis.

*Diabolus causat etiam circa animam.*

Responsio: hic primò danda est distinctio de causa: & secundò qualiter potest interiores potentias animæ immutare, dicuntur Sensitiuæ interiores: & sic tertiò concludetur propositum. Quò ad primum, considerandum est, quòd causa alicuius potest aliquid dici dupliciter. Vno modo directè, alio modo indirectè. Indirectè quidem, sicut cùm aliquid agens, causat aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter & indirectè causa illius effectus. Sicut si dicatur, quòd ille, qui secat ligna est occasio combustionis ipsorum: Et hoc modo dicere possumus, quòd Diabolus est causa omnium peccatorum nostrorũ: quia ipse instigauit primum hominem ad peccandum: ex cuius peccato consequuta est in toto genere humano, quædam pronitas ad omnia peccata. Et sic intelligenda sunt verba Damasceni & Dionysij.

*Causa alicuius dicitur dupliciter.*

Directè autẽ dicitur aliquid esse causa alicuius, in quantum operatur directè ad illud, & hoc modo Diabolus non est causa omnis peccati, Non enim omnia peccata cõmittuntur Diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia vt Origenes dicit: Etiamsi Diabolus non esset, homines haberent appetitum cibi, & Venereorum & huiusmodi. Circa quæ inordinationes multæ contingunt, nisi per rationem talis appetitus refrenetur.

*Etsi Diabolus non esset, Venere flagrarent homines.*

Refrenare autem in ordine huiusmodi appetitum, subiacet libero arbitrio, super quem etiam Diabolus minùs habet potestatem.

*Per modum persuadentis cogit Diabolus voluntatem.*

Sed quia per hanc distinctionem non possumus discernere, qualiter interdum amor illicitus, seu philocaptio procurari potest, est vlteriùs aduertendũ, quòd Diabolus, licèt non possit esse causa illius inordinati amoris, directè cogẽdo hominis voluntatem, potest tamen esse per modũ persuadentis. Et hoc iterum dupliciter, s. visibiliter & inuisibiliter. Visibiliter, sicut cùm in alia specie hominis sensibiliter etiam apparet ipsis Maleficis, & eis sensibiliter loquitur, & persuader peccatum. Sicut tentauit primos parentes in Paradiso in specie serpentis, Christum in deserto in aliqua specie ei visibiliter apparens.

Et quia non est putandũ, quòd solùm sic persuadeat hominem, quia sequeretur, quòd nulla alia peccata fierent ex instructione Diaboli, nisi quæ Diabolus visibiliter apparẽs persuaderet. Ideò dicendum est, quòd etiam inuisibiliter instigat hominem ad peccandum. Quod quidem sit dupliciter, per modum persuasionis, & per modum dispositionis. Per modum persuasionis, sicut cùm proponitur aliquid virtuti cognitiuæ vt bonũ. Et hoc potest fieri tripliciter. Quia vel proponitur quantùm ad intellectum, vel quantùm ad sensum interiorem, vel exteriorem. Quantùm ad intellectum quidem: quia intellectus humanus potest adiuuari ab Angelico intellectu bono, vel aliquid cognoscendum per modum illuminationis cuiusdam, vt Dionysius dicit: Ratio, quia sicut intelligere, secundùm Philosophum, est quoddam pati: Ideò potest imprimere in intellectum aliquam speciem, vnde actus intelligendi elicitur.

*Intelligere est aliquod pati.*

Et si dicatur, ꝙ Diabolus etiã hoc facere posset sua virtute naturali, quæ non est diminuta, vt paret ex præcedente. Dicendum, quòd non potest per modũ illuminationis, sed per modum persuasionis. Ratio, quia intellectus hominis, est istius conditionis, quòd quantò magis illuminatur, tantò magis cognoscit verum, tantò magis potest sibi cauere à deceptione. Et quia hanc deceptionem Diabolus finaliter intendit, ideò quæcunque eius persuasio nõ potest dici illuminatio, licèt possit dici reuelatio in quantum, per impressionem quandam in vires sensitiuas interiores, aut exte

*Persuasio Diaboli dicitur reuelatio non illuminatio.*

exteriores, vbi visibiliter persuaderet aliquid imprimeret: vnde intellectualis cognitio persuaderetur ad aliquem actum exercendum.

Quod qualiter fieri potest, videlicet, vt in vires interiores aliquid imprimere possit. Aduertendum est, quòd quia corporalis natura nata est naturaliter moueri localiter à spirituali. Patet hoc in corporibus nostris, quæ ab animabus mouentur: Similiter in corporibus cœlestibus. Non est autem apta, nata, formati ab ea immediatè, & loquimur præcipuè de formis à foris manendo, non ab informando. Vnde oportet, ꝙ concurrat aliquod corporale agens, vt probatur in 7. metaph. Materia corporalis naturaliter obedit bono vel malo Angelo ad motum localem: Quo stante, quia Dæmones sic per motum localem: semina colligere possunt & coniũgere, seu adhibere aliquibus effectibus mirabiliter faciendis: Vt de Magis Pharaonis contigit, vbi produxerunt serpentes, & vera animalia: vbi debita actiua debitis passiuis coniungebant. Ideò quæcunque ex motu locali materiæ corporali accidere possunt, nihil prohibet per Dæmones fieri, nisi diuinitùs impediantur.

*Magi Pharaonis veros serpentes produxerunt.*

Quo iterum statuto, si volumus intelligere, quomodo potest phantasiam hominis & interiores potentias sensitiuas incitare ad apparitiones & impetuosos actus per motum localem. Notandum, quòd sicut Philosophus in libro de somno & vigilia, assignat causam apparitionis somniorum per motum localem: ex eo quòd cùm animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus siue impressiones, relictæ ex sensibilium motionibus præteritis, & quæ conseruatæ fuerunt in spiritibus siue virtutibus sensibilibus interioribus, quæ sunt Phantasia seu imaginatio: quæ idem sunt, secundùm sanctum Thomam, vt patebit.

*De Apparitionibus.*

Est enim Phantasia seu imaginatio quasi thesaurus quidam formatum per sensus acceptarum. Vnde contingit, ꝙ ita mouent principium apprehensiuum, id est, potentiam conseruatoriam specierum, quòd apparent in Phantasiis ita recenter, ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus recenter immutaretur.

*Phantasia quid.*

Verum est, quòd non omnes hæc intelligùnt, sed si quis se occupare vellet, cõsiderare haberet numerũ & officium

sensuum

ſenſuum interiorum: qui ſecundùm Auicennam in libr. de anima, licèt dicas eſſe quinque, ſcilicet, Sensũ communem, Phantaſiam, Imaginatiuam, Extimatiuam, Memoriam: Tamen ſecundùm B. Thom. in prima parte quæſt. 79. dicit, eſſe quatuor tantùm, eò quòd potentiam imaginatiuam, & phantaſiam ponit vnam. Timetur prolixitas, ideò obmittitur declaratio, eò quòd etiam quia in pleriſque locis de his pertractatur.

*Quinque officia ſenſuũ.*

Tãtummodò hoc quod dictum eſt, phantaſiam eſſe theſaurum formatum, & alicui videretur memoratiuam eſſe huiuſmodi, diſtingue, quia phãtaſia eſt theſaurus, ſeu conſeruatorium formarum per ſenſum acceptarum, memoria autem theſaurus intenſionum, quæ per ſenſum non accipiuntur. Quis enim vidēs Lupũ, fugit nõ propter indecentiã coloris, aut figuræ: quæ ſunt formæ receptæ à ſenſibus exterioribus, & repoſitæ in Phantaſia, ſed fugit quia inimicus naturæ. Et hoc habet per quandam intentionem, & apprehenſionem, exſtimatiua, quæ apprehendit vt nociuum, & canem vt amicum. Sed conſeruatorium illarum intentionum eſt memoria: quia recipere & retinere, in corporalibus reducuntur ad diuerſa principia: nam humida bene recipiunt, & malè retinent, è contrario autem eſt de ſiccis.

*Memoria eſt theſaurus intentionum.*

Ad propoſitum. Hoc quòd contingit in dormiẽtibus de apparitionibus ſomniorum ex ſpirituum, id eſt, ſpecierum in conſeruatorijs repoſitarum, & hoc ex naturali motu locali propter commotionem ſanguinis & humorum, ad principia illa, id eſt, ad virtutes ſenſitiuas interiores: & dicimus motu locali intrinſeco in capite & in cellulis capitis.

*Somniorum apparitiones.*

Hoc etiam poteſt accidere ex conſimili motu locali per Dæmones procreato. Et non tantùm in dormientibus, ſed & vigilantibus: in quibus Dæmones poſſunt admouere & commouere interiores ſpiritus & humores, vt ſpecies conſeruatæ in conſeruatorijs educantur de theſauris ad principia ſenſitiua, id eſt, ad virtutes illas Imaginatiuam & Phantaſticam, vt res aliquas habeat talis imaginariè: & talis dicetur interior tentatio.

Et non mirũ, quòd Dæmon hoc poſſit ſua naturali virtute, cùm quilibet homo per ſe vigilans, & vſum rationis habens, vel volũtariam commotionem ſpecierum conſeruatarũ educere poteſt de ſuis theſauris, ſcilicet conſeruatorijs

huiuſ

huiusmodi ſpecies, vt res aliquas ad ſuũ placitũ imaginetur, quo ſtante iã clarè intelligitur materia de amore illicito.

Nam quia Dęmones, vt dictum eſt, commouere poſſunt huiuſmodi ſpecies, &c. faciunt iſta dupliciter. Aliquando abſque ligamine vſus rationis, vt de tẽtatione dictum eſt, & per exemplum de voluntaria adhæſione, quæ interdum fit. Aliquando autẽ quòd totaliter vſus rationis ligetur. Et hoc etiam poſſumus exemplificare per naturales quoſdam defectus: vt in phreneticis, & ebriis: ergo nõ mirum quòd Dæmones ſic ligare poſſunt, Deo permittente, vſum rationis: & tales dicuntur Arreptitij: & inde Arreptitius, ab arripio arripis, quia arreptum à Dæmone. Et hoc dupliciter, vel abſque Malefica & maleficio, vel cum ea abſque maleficio. Quia vt Philoſophus in prefato libro dicit, quòd aliquis in paſſione exiſtens, à modica ſimilitudine mouetur, ſicut amans ex modica ſimilitudine amati, & ſic odium habenti. Ideo Dæmones, qui peractus hominum experiuntur, quibus paſſionibus magis ſubduntur, illos ad huiuſmodi amorem vel odium inordinatum inſtigant eo fortiùs, in eorum imaginationem & efficaciùs imprimendo hoc, quod contendunt, quantò etiam id faciliùs poſſunt. Faciliùs autem poſſunt, quantò etiam amans faciliùs ſpeciem reſeruatam ad principium ſenſitiuum, id eſt, imaginationem educit, & in eius cogitatione delectabilius, moratur.

*Ligatio rationis à Dæmonibus.*

*Arreptitij.*

*Quomodo odium vel amor per Dæmones excitetur.*

Cum malefico verò, quando talia per Maleficas, & ad Maleficarum inſtantiam propter pactum initum cum eis procurat: de quibus enumerare præ multitudine tam in ſpiritualibus quàm in ſæcularibus non eſt poſſibile. Quòd enim adulteri pulcherrimas vxores dimittentes in fœdiſſimas alias inardeſcunt.

Nouimus vetulam, tres ſucceſſiuè Abbates, vt publica omnium fratrum fama in illo monaſterio etiã in hodiernum diem refert, non ſolùm in his maleficiaſſe, ſed & interemiſſe, quartum iam ſimili modo dementaſſe. Quod & ipſa publica voce fatetur. nec veretur dicere, feci & facio: nec deſiſtere à meo amore poterunt, quia tantùm de meis ſtercoribus comederunt, quantitatem per extenſum brachium demonſtrando. Fateor autem, quia nobis non aderat vleiſcendi & inquirendi ſuper eam facultas, ideò adhuc ſupereſt.

*Vetula quatuor Abbates interimens amore.*

*Eſus ſtercorũ amorem operatur.*

Et

*Diab. instigat inuisibiliter per modum dispositionis.*

Et quia dictum fuit in principio distinctionis, quòd inuisibiliter instigat Diabolus hominem ad peccãdum, non solùm per modum persuasionis, vt dictum est, imò etiam per modum dispositionis, licèt non deseruiat ad propositũ, tamen sic declaratur: Per consimilem enim admonitionem, mouendo spiritum & humorem, facit aliquos magis dispositos ad irascendum vel concupiscendum, vel ad aliud huiusmodi. Manifestum est enim, quòd corpore aliqualiter disposito, est homo magis pronus ad concupiscentiam, & iram, & huiusmodi passiones: quibus insurgentibus, homo disponitur ad consensum. Sed quia præcedentia difficile prædicare, ideò faciliori modo pro populi auisamento sunt declaranda. Et à quibus remedijs possint tales malefi-ciati liberari, tractatur in tertia parte.

*Modus proponendi præmissa de amore illicito in sermonibus ad populum.*

*An Maleficia valeant ad amorem corda succẽdere.*

PRædicator de suprà dictis sic mouet quæstionem, An Catholicũ sit asserere, quòd Maleficæ valeant ad amorem alienatum fœminarum inordinatum mentes hominum immutare, & eorum corda sic succendere, vt nulla confusione, plagis, verbis aut factis, ad desistendum valeãt cogi: & similiter ad odium inter matrimonialiter coniunctos incitare, vt nec redditionis, nec exactionis debiti matrimonialis locum pro prole habere valeant: quinimò interdum eos oportet currere ad amasias, intempestiuæ noctis silentio, per multa terrarum spacia.

Super quæ, si voluerit, argumenta aliqua ex præcedenti quæstione sumat. Si non dicat tãtummodò quòd quæstiones istæ patiuntur difficultates propter amorem & odium: qui cùm fundantur in voluntate, quæ in suo actu semper libera est, nec cogi potest per aliquam creaturam, nisi à Deo, qui eam regere potest, vnde nec Dæmon, vel Maleficia eius virtute ad amorem vel odium voluntatem cogere videtur. Item, quia voluntas, sicut & intellectus, subiectiuè existunt in anima & illabi animæ illi soli est possibile qui eam creauit. ideò difficultatem patitur quæstio, quò ad veritates enucleandas in suis partibus.

His tamen non obstantibus. Dicendum est primò super Philocaptionem & odiũ, secundò super Maleficium gene-

ratiuæ

tatiuæ potentiæ. De primo, quod licèt in intellectum & voluntatem hominis immediatè Dæmon nequeat operari, tamen secundùm omnes Doctores Theologos in 2. sentent. de virtute Dæmonis in operando in corpus, & in potentias corporis, siue corpori allegatas, siue sint sensus interiores, siue exteriores, permittente Deo, agere valent. Hoc probatur auctoritate & ratione ex præcedenti quæstione, si placet inuenit, si non dicat auctoritatem & rationem. Iob. 2. Dæmoni dixit Deus: Ecce in manu tua, id est, potestate, est Iob. Et hoc erat quòad corpus, quòd patet, quia in animam noluit dare. Vnde dicit: Veruntamen animam eius serua, id est, illæsam serua. Ratio quia enim dedit corpus, dedit etiam super omnes potentias corpori alligatas, vt sunt quinque exteriores, & quatuor interiores, scilicet sensus communis, phantasia siue imaginatiua, æstimatiua, & memoratiua.

*De Philocaptione.*

*Deus dedit potestatem Diabolo in corpus Iob. non in animam.*

Si non potest aliter declarari, detur de porcis & ouibus exemplum: vbi porci per memoratiuam redire sciunt, & oues lupum & canem discernunt ex naturali imaginatione, vnum tanquam inimicum, alterum tanquam amicum suæ naturæ.

*Per memoratiuam porci redire sciunt.*

Consequenter cùm omnis nostra cognitio intellectiua ortum habet à sensu (cũ intelligentem, iuxta Philosophũ in 2. de anima, necesse sit phantasmata speculari.) Ideò sicut Dæmon potest interiorem phantasiam immutare, sic etiam intellectum obtenebrare. Et hoc quidem non erit immediatè agere in animam, sed mediantibus phantasmatibus. Item, quia nihil amatur nisi cognitum.

*Necessario intelligens phantasias speculatur.*

Dentur exempla ad placitum de Auro, quod amat auarus, quia intelligit eius virtutem, &c. Ideò obtenebrato intellectu, obtenebratur, & sua volũtas in suis affectionibus. Hoc autem potest facere Dæmon absque Malefica & cum Malefica, imò & accidere possunt ex sola incautela oculorũ. Et de singulis trademus exempla. Nam vt Iac. 1. dicitur Vnusquisque tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm cõceperit, parit peccatum, peccatum verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem. Sic Sichem cùm vidisset Dinam exeuntem ad videndum mulieres regionis, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, & conglutinata est anima eius cum ea.

*Concupiscentia mater peccati.*

Genes.

Genes. 34. & secundùm gloss. Inermæ animæ sic accidit, quando postpositis propriis vt Dina negotia aliena curat, seducitur consuetudine, & fit vna vnitate sensus cum illicitis.

De secundo, quòd etiam absque maleficis oriuntur interdū & tentatione Dæmonum principaliter, sic declaratur. Nam Ammon sororem suam Thamar speciosissimā adamauit, & deperierat in eam valde, ita vt propter eius amorem ægrotaret, 2. Reg 13. Non enim in tantum facinus stupri quis prosiliret nisi in toto corruptus, & à Diabolo grauiter tentatus. Vnde glossa ibidem. Hoc monet nos, & ideò Deus permisit, vt semper cautè agamus, ne vitia in nobis dominentur, & princeps peccati, qui falsam pacem periclitantibus spondet, nos paratos inueniēs improuisè trucidet.

*Sancti etiam amore mulierum tentati.*

De hoc secundo genere amoris refertus est liber sanctorum Patrum, qui fert, quòd licèt omnem tentationem carnalis concupiscentiæ sibi subtraxissent, tamen vltrà quàm credi potest tenebantur aliquoties amore mulierum. Vnde & 2. Corinth. 12. Apostolus dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet, vbi glossa. Tentando per libidinem datus est mihi. Tentatio autem, cui non consentitur non est peccatum, sed materia exercendi virtutem. Et hoc intelligitur, de tentatione, quæ ab hoste, non à carne, quæ semper est ad minus peccatum veniale, etiamsi ei non consentiatur. Poterit prædicator aliqua exempla deducere, si placuerit.

*Stimulus carnis S. Pauli fuit amor mulierum.*

*Tentatio cui non consentitur, non est peccatum.*

De tertio, quòd amor illicitus proueniat ex maleficiis Dæmonum, discussum est suprà, & de hac loquimur tentatione.

*Quomodo discernendum, an amor ex Diabolo vel maleficio procedat.*

Et si quis diceret quomodo posset discerni, quòd non ex Diabolo, sed solum ex maleficio talis amor inordinatus procedit. Dicendum quòd ex multis. Primò, si taliter tentatus pulchram & honestam habeat vxorem, & oppositum constat de altera, &c. Secundò, si iudicium rationis omnino ligatur, quod nullis plagis, seu verbis, aut factis, aut etiam confusionibus ad desistendum ab ea induci valeat. Et tertiò potissimè, quando se continere non potest, quin interdum inopinatè se etiam per longum spacium, non obstante asperitate itineris (prout ex talium confessione quisque sentire potest) se transferre habeant, siue de die

siue

siue de nocte. Nam sicut dixit Chrysost. super Matth. 10. de Asina quam Christus equitauit: quòd cùm Dæmon voluntatem hominis peccato possidet, quasi ad libitum trahit quòd placet. Exemplum dans de naui in mari, perdito gubernaculo, quæ ad libitum vẽti proiicitur: & sicut qui equo potenter insidet, & Rex Tyranni habens possessionẽ. Quartò discernitur in eo, quòd inopinatè & subitò vehuntur, & immutantur interdum, vt nihil eis obstare possit. Elicitur etiam ex ipsius personæ infamia. Et antequàm ad vlteriorem quæstionem, de maleficis, circa potentiam generatiuam, procedamus, quæ etiam annexa est: primò soluenda sunt argumenta.

*Sequuntur solutiones argumentorum.*

AD argumenta autem respondendo. Ad primum, quòd voluntas hominis regatur à Deo, sicut intellectus ab Angelo bono. Patet solutio. Intellectus enim sicut tantummodò illustratur ab Angelo bono ad cognitionẽ veri: vnde sequitur amor boni: quia Verum & Bos conuertuntur. Ita & intellectus potest à malo obtenebrari in cognitionẽ veri apparentis: & hoc per confusionem specierũ, principiis sensitiuis, i. virtutibus & potẽtiis sensitiuis interioribus repręsentatis: vnde sequitur amor inordinatus apparentis boni: putà corporalis delectationis, quam & tales quærunt.

*Voluntas regitur à Deo, sicut intellectus ab Angelo.*

*Verum & Ens conuertuntur.*

Ad secundũ argumentũ, quòd intra corpora non possunt esse illa immutando, partim est verũ, & partim non, & hoc quo ad triplicem immutationem. Non enim possunt illa immutare, quantùm ad eductionem alicuius formæ, siue substantialis, siue accidentalis: Quæ etiam potiùs dicenda est productio quàm immutatio, sine adminiculo alicuius alterius agentis, aut etiam sine Diuina permissione. Si autem loquamur de immutatione qualificatiua, vt de sanitate & infirmitate, sicut ex præcedentibus patet, possunt varias infirmitates etiam vsque ad ligamen rationis immittere, & sic odium & amorem inordinatum procurare.

*Quemodo Dæmones mutationes in corporibus operentur.*

Potest etiam addi tertia immutatio, quæ fit, quando Angelus bonus vel malus illabitur corpori, sicut dicimus, quòd Deus tãtùmodo illabitur animę, id est essẽtię animę. Sed vbi dicimus, quòd Ang. illabitur corpori, præcipuè ma-

*Quomodo Diabolus illabatur obsessis.*

lus, vt in obsessis, ibi non illabitur infra terminos essentiæ corporis, quia sic ille solum modò, qui dat esse, scilicet Deus creator, illabi potest, & continetur, tanquam quis habet intrinsecam operationē animæ. Dicunt tamē illabi corpori,

*Diab. est vbi operatur.*

quando aliquid operatur circa corpus: Quia ibi est vbi operatur, vt dicit Damasc. & tunc operatur infra terminos corporalis quantitatis: & infra terminos essentiæ corporis.

Vnde elicitur, quòd corpus habet terminos duplicis rationis, quātitatis & essentiæ. Et est distin sicut inter suppositum & naturam. Vnde sicut corpori illabi possunt, ita & potentiis affixis organis corporalibus, & per consequens, possunt impressiones facere in potētias: Vnde per accidēs, talis operatio & impressio resultat in intellectum, cùm eius obiectum sit phantasma, sicut color visus, vt dicitur in 3. de anima. Et consequenter per accidens vsque ad voluntatē. Quia volūtas suum obiectum recipit ab intellectu sub ratione boni, secūdùm quod intellectus apprehendit aliquid in ratione boni, veri & apparentis.

*De cogitationibus cognoscendis.*

Ad tertium argumētum, cognoscere cogitationes cordis est dupliciter, vel in suo effectu, vel vt sunt in intellectu. Primo modo non solùm Angelus, sed & homo cognoscere potest: licèt Angelus subtiliùs, vt patebit. Nam intercū cogitatio cognoscitur, non solùm per actum exteriorem, sed etiam per immutationem vultus. Et etiam Medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt. Vnde Aug. in lib. de Diuin. Dæmon. dicit: quod aliquādo hominū dispositiones, non solùm voce prolatas, sed etiam cogitatione conceptas, quæ, vt signa quædam ex animo, exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. Quamuis in lib. Retractationum hoc dicat non esse asserendum, quomodò hoc fiat: existimo quod retractat, si quis diceret eum sensisse, quòd cogitationes Dæmon cognosceret in intellectu.

Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu, & affectiones prout sunt in voluntate, & sic solus Deus cogitationes cordium & affectiones voluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est: quia voluntas creaturæ rationalis soli Deo subiacet, & ipse in eam solus operari potest, qui est principale eius obiectum & vltimus finis. Et ideò ea, quæ in voluntate sunt, vel ex voluntate sola dependēt, soli Deo sunt nota. Manifestum est autem quòd ex sola

*Voluntas hominis soli Deo subiacet.*

voluntate

voluntate dependet, quòd actu aliquis aliqua consideret. Quia cùm aliquis habet habitum scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cùm vult.

Probatur etiam ex his quæ dicta sunt, quia Angelus non potest illabi animę, ergo non potest per naturam videre ea, quæ sunt in anima, & quamdiu sunt in intimo animæ. Vnde quando arguitur. Dæmon non potest videre cogitationes cordium, ergo non potest corda seu mentes hominum ad amorem vel odium incitare. Dicitur, quod sicut cognoscit, scilicet per effectus & subtiliori modo quàm homo, ita etiam subtiliori modo potest immutare ad odium vel amorem, commouendo phentasmata, & intellectum obtenebrando. *Angelus non cognoscit ea quæ sunt animæ.*

Est etiam aliquid timorosis conscientijs & virtuosis, pro eorum consolatione, aduertendum: quòd immutatio sensibilis exterior, & corporalis, quæ concomitatur cogitationes hominis, quandoque est ita exilis & indeterminata, quòd Diabolus per eam in certam cognitionem cogitationis venire non potest, præsertim quando studijs, aut bonis operibus vacant interpellatim, & tales tunc in somnis plus vexat: experientia hoc docet. Quandoque est ita fortis & determinata, quòd per illam potest cognoscere cogitationē, quantùm ad speciem: vt quòd cogitat de inuidia, vel de luxuria. Sed an per eam possit certitudinaliter cognoscere quantùm ad omnes circunstantias, vt videlicet super talem, vel talem, sub dubio dimittamus, sicut & reperimus. Nisi quod verum est, quòd tales circumstantias ex actibus postmodum cognoscere potest. *Cōsolatio pro meticulosis.* *Diab. vexat pios in somnis.*

Ad quartum, quia licèt illabi animæ tantùm conueniat Deo, tamen illabi corpori, & per consequens potentijs affixis corpori modo supià tacto, hoc potest conuenire Angelo siue bono, siue malo: vnde amor & odium in tali homine accusari possunt. Ad aliud quòd virtus sensitiua sit dignior quàm nutritiua, quæ tamen non potest immutari ab eo. Dicendum, quòd imò super vim nutritiuam etiam possit, ita vt aliquid citiùs vel tardiùs dirigatur in os vel in carnem: sed ad illud non cooperatur, sicut ad impediendum vel agitandum vires sensitiuas interiores, vel exteriores, & hoc propter suum lucrū quod ex sēsuum deceptione & intellectus illusione plurimùm procurat. *Sensitiua dignior nutritiua.*

*An generatiuam potentiam, seu actum Venereum Maleſici impedire poſſint: quod Maleficium in bulla continetur.*

QVAESTIO VIII.

SECVNDÒ, eadem veritas, ſcilicet, quòd adulteræ, fornicariæ, &c. amplius exiſtunt maleficis, oſtenditur per impedimentum maleficiale ſuper actum generatiuæ potentiæ. Et vt veritas magis eluteſcat, arguitur primò, quòd non ſit poſſibile. Quia ſi tale maleficium eſſet poſſibile, poſſet etiam maritatis contingere: quod ſi conceditur, tunc cum matrimonium ſit opus Dei, & maleficium opus Diaboli, fortius erit opus Diaboli opere Dei. Si verò conceditur, quòd tantummodò fornicariis & non maritatis, tunc redibit opinio, quod maleficium nihil ſit in re, ſed tantùm in opinione hominum: cuius oppoſitum in prima quæſtione tactum eſt. Aut dabitur ratio cur iſtis & non illis contingere poſſunt, & cùm non videbitur ſubeſſe alia ratio, niſi quia opus Dei. Matrimonium exiſtit. Et iſta ratio ſecundùm Theologos, non concludit, vt patet in 4. diſt. 34. de impedimento maleficiali, manet adhuc argumentum quòd opus Diaboli erit fortius opere Dei: Et cùm hoc ſit inconueniens aſſerere, ergo etiã inconueniens eſt aſſerere per maleficium poſſe impediri actum Venereum.

*An per Maleficia impediãtur res Venerea.*

Item Diabolus non poteſt impedire actus aliarũ virium naturalium, vt comedẽdi, ambulandi, erigẽdi, quod videtur eſſe verum ex eo, quia interimere poſſent totum mundum.

Præterea, cùm actus Venereus æqualiter ſe habet ad omnem mulierem ſi impeditur: impeditur etiam ad omnem mulierem, ſed hoc eſt falſum: ergo & primum. Quod falſum ſit docere experiẽtia, cùm tales qui dicũt ſe maleficiatos ſunt potẽtes ad alias, licet non ad illas quas cognoſcere non poteſt: quia videlicet non vult, vnde nihil poteſt in re.

In Contrarium & pro veritate eſt cap. Si per ſortiarias, 33. q. 8. Item omnium Theologorum & Canoniſtarum sẽtentia, vbi tractans de maleficiali impedimẽto matrimonij.

*Quod homo poteſt Diabolus ſubtiliter poteſt.*

Itẽ ratio alludit, cùm maior ſit poteſtas Dæmonis quam hominis: & homo impedire poteſt potentiã generatiuã, ſiue per herbas frigidiſſimas, ſiue per alia impedimenta, &c. vt quiſque imaginari poteſt: ergo & Dæmon, qui acutioris

vis scientiæ existit facere per amplius potest.

Responsio: ex duobus quæ suprà tacta sunt, veritas satis patere potest, licet modus impediendi non sit speculatiuè declaratus. Nam tactum est, quod maleficium non est solum opinione hominum, quasi nihil in re, imo effectus innumeri maleficiales accidere possunt verè & realiter Deo permittente. Ostensum est etiam quod Deus amplius permittit, super vim generatiuam propter maiorem eius corruptionem, quàm super alios actus humanos. Sed de modo, quo tale impedimentum procuratur, est aduertendum, quod non procurat solùm circa vim generatiuam, sed etiã circa vim imaginatiuam seu phantasiam. *Quinque modi impediedi Venorem.*

Et super hoc notat Petrus de Palúde in suo 3. distin. 34. quinque modos, Dicit enim, quod quia Dæmon, ex hoc quod est spiritus, habet potestatem super creaturam corporalem, ad motum localem prohibendum vel faciendum. Ideò potest corpora impedire ne sibi appropinquent directè vel indirectè, interponendo se quandoque in corpore assumpto. Sicut accidit sponso, qui desponsauerat Idolum, & nihilominùs contraxerat cum iuuencula, nec propter hoc poterat eam cognoscere. Secundo modo hominem inflammare ad actum illum, vel etiam refrigerare ab actu illo, adhibendo occultè virtutes rerum, quas optimè nouit ad hoc validas. Tertio modo turbando æstimationem & imaginationem, qua reddit mulierem exosam: Quia potest, vt dictũ est, in imaginationem imprimere. Quartò reprimendo directè rigorem membri fructificationi congruentis, sicut etiam motum localem reprimere potest. Quintò prohiberi missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua: quasi intercludendo vias seminis: ne ad vasa generationis descendat, vel ne ab eis recedat, vel ne excidat, vel emittatur. & multis aliis modis. *Desponsans Idolum.*

Et subdit de hoc, quod suprà tactum est ab aliis Doctoribus, concordando dicens. Plus enim permittit Deus super hunc actum, per quem primum peccatum diffunditur, quàm super alios actus humanos: Sicut & super Serpentes, qui magis incantationibus deseruiunt, quàm alia animalia. Et post pauca dicit: Idem etiam de muliere est, quia potest imaginationem eius sic dementare, vt exosum habeat virũ, quòd pro toto mundo nõ permittit se cognosci. *serpẽtes magis incãtationibus obnoxij.*

Pòst vult dare rationem, quare plus maleficiuntur viri circa talem actum, quàm mulieres: & dicit, quòd quia tale impedimentum fit interdum per obstrusionem valis, vel etiam per motum localem, reprimendo rigorem membri, quæ potiùs, & faciliùs in viris cõtingere possunt, ideò plures viri maleficantur, quàm mulieres. Posset etiam quis dicere, quod ideò quia plures mulieres superstitiosæ sunt, quã viri, & potiùs allicere cupiunt viros quàm mulieres. Vel etiam in dispunctum hoc faciunt mulieris coniunctæ, vt vtrobique faciant occasionem adulterandi, dum vir alias cognoscere potest, & non propriam: & similiter vxor etiam alios habeat quærere amores.

*Cur in Venereu magis maleficiũtur viri quàm fœminæ.*

Addit etiam, quòd Deus permittit ampliùs sæuire in peccatores quàm in iustos. Vnde Angelus dixit Tobiæ, In illos qui libidini vacant, accipit Dæmonium potestatem. Sed etiam aliquando in iustos, sicut in Iob: Sed non circa vim generatiuam, propter quæ debent facere confessiones & alia bona. Ne ferro manente in vulnere, frustra fit medicinam apponere. Hæc Petrus. Sed de amotione talis effectus patebit in tertia parte operis.

*Incidentaliter aliqua dubia, in quæstione de impedimento cohabitationis matrimonialis, declarantur.*

*Actus carnalis cur respectu vnius, & non alterius mulieris impeditur.*

INcidentaliter verò si quæritur: Quare actus ille aliquando impeditur respectu vnius mulieris, & non respectu alterius. Responsio secundùm Bonauen. hæc est: Vel quia Sortilegus, seu Malefica ad hoc respectu personæ determinatæ Diabolum immutauit: vel quia Deus respectu personæ cuiuslibet impedire non permittit. Occultum enim Dei iudicium hîc latet, vt patet in vxore Tobiæ. Et addit.

*Modi impediendi vim generatiuam.*

Si quæritur, quomodo Diabolus hoc facit dicendũ quod impedit generatiuam vim non impedimento intrinseco, lędendo organum, sed extrinseco, impedimento vsum, vnde quia est impedimentum artificiale, nõ naturale, ideò potest impedire ad vnam, quod non ad alias: Vel tollendo excitationem concupiscentiæ ad illam & non aduersus aliam, & hoc per virtutẽ propriam, vel herbam, vel lapidem, vel per aliquam naturam occultam. Sit hæc conueniunt cum dictis Petri de Palude.

Præterea

Præterea, cùm impotentia talis actus quandoq; ex frigiditate naturæ seu natu ali defectu contingit. Si quæritur, quomodo potest discerni, quòd ex maleficio vel non maleficio contigerit? Respondit Host. in Summa (licèt hoc nõ sit prædicandum publicè) quando virga nullatenùs mouetur, & nunquam potuit cognoscere, & hoc est signum frigiditatis. Sed quando mouetur & erigitur, perficere autem non potest, est signum maleficij. *Quomodo frigiditas naturæ à Maleficio dignoscatur.*

Notandum insuper, quòd non solùm fit maleficium, ne quis actum illum exercere valeat, sed etiam aliquando fit ne mulier concipiat vel vt abortum faciat.

Sed nota secundùm Canonũ sanctiones quòd quicũque propter vindictæ libidinem explendam, vel propter odium aliquid fecerit viro vel mulieri propter quod non posset generare vel concipere reputatur homicida Extra: de homicid. Si aliquis. Et nota, quòd communiter loquitur Canon de amatoribus sæculi, qui suis amasiis per pocula, ne confusionem incurrant, talia procurant: vel etiam per certas herbas, naturam nimium infrigidantes, absque auxilio Dæmonum. Vnde pœnitentes sicut homicidæ sunt puniendi. Maleficæ autem, per maleficia talia procurantes, sunt secundùm leges vltimo supplicio puniendæ, vt supra in prima quæstione tactum est. *Impotentes facientes sunt homicida.*

Et pro solutione argumentorũ, vbi difficultatur, an matrimonialiter coniunctis talia contingere possint. Est vlterius aduertendum, quòd licet ex his quæ tacta sunt non pateat super hoc veritas, tamen verè & realiter illis in matrimonio, sicut & extra, contingere possunt. Et prudens lector qui copiam librorum habet, inueniet tam apud Theologos, quàm Canonistas, præcipuè Extra: & in materia defrigiditis & maleficiatis. & in 4 dist. 34. mutuò concordantes, & dictos errores reprobant superfertim circa matrimonialiter coniunctos qui sentire videbantur, quòd tale maleficium non posset contingere inter matrimonialiter cõiunctos, motiuis rationibus, quòd Diabolus non posset opera Dei destruere. *An maritatis possit impotentia machinari.*

Et primus error, qui abeis reprobatur, est contra illos, qui dicebant maleficium nihil esse in mundo sed tantùm esse in opinione hominum, qui ex ignorantia causarum occultarum, & quas etiam naturas hominũ scire potest, aliquos *Maleficium esse reuera, nõ in opinione.*

effectus naturales maleficiis imputabant, quasi illos efficerent non occultæ causæ, sed Dæmones per se vel maleficos. Hic error, licèt ab omnibus aliis Doctoribus sub simplici falsitate reprobetur, tamen à Sancto Thoma acriùs impugnatur, vbi ipsum tanquam hæresim condemnat, dicens, q̃ hic error ex radice infidelitatis procedit: Et quia infidelitas in Christiano hæresis dicitur, ideò tales vt Hæretici meritò suspecti sunt. De qua tamen materia etiam in 1. quæstio. tactum est, licèt ibi non taliter sit declaratum. Nam si quis alia dicta Doctoris Sancti in aliis locis considerat, rationes inueniet, quare asserit talem errorem extra radicem infidelitatis procedere.

Nam in quæstionibus de malo, vbi tractat de Dæmonibus, & in quæst. prima, An Dæmones habeant corpora naturaliter sibi vnita: Inter alia quæ ibi recitantur, mentio de illis, qui singulos effectus referebant ad virtutes cœlestium corporum: quibus & subesse dicebant occultas causas effectuũ inferiorũ: dicens: Considerandum est q̃ od Peripatetici, Aristotelis sectatores, non posuerunt Dæmones esse, sed ea quæ attribuuntur Dæmonibus, dicebant prouenire ex virtute cœlestium corporum & aliarum naturalium rerum. Vnde Augustdicit. 10. de ciuit. Dei. Porphirium visum fuisse q̃ herbis, & lapidibus, & animantibus, ac sonis certis ac vocibus, ac figurationibus atque figmentis quibusdam, etiam obseruatis in cœli conuersione motibus syderum, fabricari in terra ab hominibus potestates syderum idoneas, variis effectibus exequendas. Ex quibus apparet error, quòd omnia reducebant in causas occultas syderum, & Dæmones tantummodò fabricarentur ex opinione hominum.

*Peripateticorũ opinio de Dæmonibus.*

Sed quòd hæc positio sit falsa, manifestè probat S. Thomas, ex hoc ibidem q̃ reperiuntur aliquæ operationes Dæmonum, quæ nullo modo possunt ex aliqua naturali causa procedere, putà quòd aliquis obsessus à Dæmone loquatur linguam ignotam: & multa alia inueniuntur opera Dæmonum, tam in Arreptitiis quàm Necromanticis artibus, quæ nullo modo possunt nisi ex aliquo intellectu procedere, ad minus bona secundum naturam, licèt mala secundũ voluntatem. Et ideò coacti fuerunt propter inconuenientia tacta alij Philosophi ponere Dæmones esse. Licèt pòst se varios errores inciderunt, aliis putãtibus animas hominũ

à cor

à corporibus exeuntes Dæmones fieri. Vnde & multi Aruſpices pueros occiderunt, vt animas eorum ſuos cooperatores haberent, & plures alij errores recitantur.

*Animas hominum Dæmones fieri.*

Vnde patet, quòd non immeritò doctor Sanctus dicit talem opinionem ex radice infidelitatis procedere. Si cui placet, legat Aug. in 8. & 9. de ciui. Dei, ſuper varios errores infidelium, circa naturam Dæmonũ. Quare etiam cõmunis ratio omnium Doctorum, quæ in præfata diſtinctione allegatur, contra huiuſmodi errantes, ſcilicet maleficium aliquod eſſe negantes, magnæ eſt efficaciæ in ſententia, licèt breuis ſit in verbis: vbi dicunt, quod qui maleficium nihil eſſe in mundo aſſerunt, contrariantur omnium Doctorum ſententiis, & ſacræ ſcripturæ, declarantes Dæmones eſſe, & Dæmones habere poteſtatem ſupra corpora & ſupra imaginationes hominum, Deo permittente: Vnde & per eos Malefici ipſorum Dæmonum inſtrumenta, & ad quorum inſtantiam Dæmones interdum ad creaturam nocumenta operantur, Malefici dicuntur.

Et quidem quòd per reprobationem huius primi erroris, à Doctoribus, non fit mentio de matrimonialiter coniunctis, tamen per reprobationem ſecundi erroris hoc patet Dicunt enim, quod aliorum error erat, quòd licet maleficium eſſet & abundaret in mundo, etiam contra carnalem copulam, tamen quia nullum tale maleficium poteſt cenſeri perpetuum, ideò nunquam dirimeret matrimonium iam contractum. Ecce quòd mentio fit de matrimonialiter coniunctis. Improbando autem hunc errorem, (licèt declarare hoc non deſeruiat ad propoſitum, tamen propter eos qui copiam librorum nõ habent) notandum, quòd improbant per hoc, quòd talia aſſerere dicunt eſſe contra experimentum, & contra iura antiqua & noua.

*Quando maleficiata impotentia matrimonium dirimat.*

Vnde dant talem Catholici Doctores diſtinctionẽ, quòd impotentia ex maleficio procreata, aut eſt temporalis, aut perpetua. Si temporalis, tunc non impedit. Tunc autẽ præſumitur eſſe temporalis, quando infra ſpacium trium annorum cohabitantes, & quantum poſſunt operam dantes, ſiue per Eccleſiaſtica ſacramenta, ſiue per alia remedia ſanari poſſunt. Si verò non ſanentur aliquo remedio, ex tunc præſumitur eſſe perpetua: Et tunc aut præcedit matrimonij contractionem & conſummationem, & ſic impedit

*Impotentia tẽporalis vel perpetua.*

matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Aut sequitur matrimonij contractionem, sed non cõsummationem: & sic etiam, vt dicunt aliqui, dirimit matrmonium iam contractum. (Dicitur enim. 33.q.1.cap.1.quòd coniugium confirmatur officio, scilicet, carnis, vt dicit gl.) Aut sequitur matrimonium consummatum, & tunc vinculum matrimoniale non dirimit. Plura ibi notantur: Extra, de frigid. & per Host. & Godfred. & Doct etiã Theologos, vbi suprà.

*Coniugium confirmatur officio.*

Ad argumenta. Ad primum satis patet ex his quæ dicta sunt. Nam primò quòd Dei opera possunt destrui per opera Diaboli, si maleficium posset inter coniugatos contingere, non valet instantia, imò oppositum patet. cùm nihil possit Diabolus nisi Deo permittente. Item quia non per violentiam destruit vti tyrannus, sed per quandam artem extrinsecum, vt suprà patuit. ad secundum patuit suprà, quare potiùs Deus permittit super hunc actum Venereum, quàm super alios actus. Potest etiam super alios quando Deus permittit. Vnde non valet quòd perimat mundum. Ad tertium similiter patet ex dictis.

*An Maleficæ præstigiosa illusione operentur circa membra virilia, quasi illa omninò sint à corporibus euulsa.*

## QVAESTIO IX.

TErtiò eadem veritas declaratur per Diabolicas operationes, circa membrum virile, cuius rei Veritas vt magis eluceſcat, quæritur: An maleficiæ valeant membra virilia virtute Dæmonũ verè & realiter, vel solummodo præstigiosa apparitione auferre: & arguitur quòd verè & realiter, per argumentum à fortiori. Maiora possunt Dæmones, vt homines occidere, vel localiter transferre, vt suprà patuit de Iob. & Tobiæ 7. viris occisis: ergo etiam possunt membra hominis verè & realiter auferre.

*An maleficæ reuera auferant virilia.*

Præterea glossa super illud Psal. Immissiones per Angelos malos: Deus punit per malos Angelos, sicut populum Israëliticũ sæpè punivit variis languoribus, verè & realiter corpo

corporibus immissis: Ergo & huiusmodi infirmitates circa membrum tale immittere potest.

Si dicatur quòd potest Diuina permissione, tunc sic in præcedentibus dictum est, quòd Deus amplius permittit vim generatiuam maleficiari, propter primam corruptionem peccati, quæ per actam generantem in nos deuenit, ergo etiam amplius permittit super membrum illius potentiæ generatiuæ, vt ipsum totaliter auferat.

*Vxor Loth à Diabolo fuit conuersa in statuam salis.*

Præterea maior fuit conuersio vxoris Loth in statuam salis. Gen. 19. quàm auferre membrum virile, sed illa fuit vera & realis, & non apparens conuersio, (quia adhuc visibiliter, vt dicitur, supereſt illa statua.) Et factum fuit per malum Angelum, vt coacti à bonis, qui priùs cæcitate eos percusserant, vt ostium domus inuenire non possent. Sicut ēt aliæ punitiones Gomorreorū. Quia & glossa ibidē asserit ipsam etiā illo vitio infectā: ergo, & ista facere possunt.

Præterea quicunq; potest inducere formam naturalem, potest & illam auferre. Sed Dæmones formas naturales pluries induxerūt, vt patet de Magis Pharaonis, qui virtute Dæmonum ranas & serpentes fecerunt. Item Aug. in li. 83. q. dicit quòd omnia quæ visibiliter fiunt etiam per inferiores potestates aëris, hæc non absurdè fieri posse creduntur: Sed hoc possunt facere homines, vt aliqua arte vel incisione membrum auferatur, ergo & Dæmones ista facere inuisibiliter, quòd alij visibiliter possunt.

Sed contrà Augast. 18 de Ciuit. Dei. Non est credendum, etiam hominis corpus Dæmonum arte vel potestate in bestialia lineamenta posse conuerti: ergo etiam à simili, non potest auferre hoc quod ad veritatem corporis humani deseruit. Item 3. de trin. dicit: Non est putandum, istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed soli Deo.

*Quomodo membrum virile planè auferatur.*

Responsio. Nulli dubium, quin maleficæ quædam mira operentur circa membra virilia, vt ex visis & auditis plurimorum, imò & ex ipsa publica fama constat de hoc quòd per sensum visus aut tactus veritas illius mēbri cognoscebatur. Quod qualiter fieri potest dicendum: quòd licèt dupliciter fieri possit, scilicèt, verè & realiter, vt argumenta primi tetigerunt, & præstigiosa operatione. Ea tamen, quæ à maleficis fiunt circa huiusmodi, non fiunt nisi præ

præstigiosa illusione: quæ tamen illusio nõ habet locum in imaginatione patientis: Quia imaginatio eius potest verè & realiter æstimare aliquam rem non esse præsentem, licèt per nullam operationem sensus exterioris, scilicet, visum, aut tactum percipit esse præsentem.

Vnde potest dici vera ablatio mẽbri ex parte imaginationis patientis, licèt non ex parte rei, quod qualiter fiat, sunt plura notanda. Primò, duo modi, quibus ista fieri possunt. Non mirum, ꝙ Diabolus sensus humanos exteriores decipere potest, qui interiores, de quibus suprà tactum est, illudere potest, formas reseruatas educendo ad principalia sua sensitiua. Decipit autem eos in sua naturali operatione, vt quod visibile est sit ille inuisibile, tangibile intangibile, audibile inaudibile, & sic de alijs. Hæc autẽ veritas ita nihil ponit ex parte rei, ꝙ omnia fiunt ex immutatione organorum destruentium, ad visum, auditũ, &c. vt sunt oculi & manus, quibus immutatio iam fallitur, sensus, iudicium.

Possumus ista ex naturalibus quibusdam demonstrare, nam sicut vinum dulce, propter infectionem linguæ in febricitante, videtur amarum, vnde gustus decipitur, non ex parte rei, sed ex parte humorum. Ita & ibi nulla deceptio ex parte rei, quin ibi sit virga adhærens, sed deceptio ex parte organi sensus.

*De illusione satanæ.*

Iterum, sicut suprà dictum est de vi generatiua, illã impediendo per impositionem alicuius alterius corporis eiusdem coloris & apparentiæ, ita & aliquod corpus planum figuratum colore carneo interponere possunt inter visum aut tactum oculorum & manuum, & inter ipsum verum corpus patiẽtis, ita ꝙ suo iudicio nihil valeat videre & sentire, nisi corpus planum, & nullo membro interruptum. Videantur dicta S. Tho. in 2. dist. 8. art. 5. de præstigiosis illusionibus & similiter secunda secundæ. q. 91. & in quæstionibus. de malo. Frequenter allegans illud Augustini, in lib. 83. q. Serpit hoc malum Dæmonis per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus, adhæret sonis, odoribus se subiicit, infundit se saporibus.

Præterea alludit ratio, quòd non solùm per interpositionem alicuius corporis plani, non membrati talis illusio præstigiosa in vidente & tangente fiat, imo & per modum, quo certi spiritus seu species reseruati educuntur ad sua princi

principia sensitiua interiora, scilicet ad imaginationem & phantasiam, vnde contingit aliquid imaginari, ac si primò eliciatur ex sensu interiori. Nam vt in præcedenti quæstione tactum est, Dæmones virtute propria possunt localiter corpora mutare: Ex transmutatione autem spirituum & humorum, etiam secundùm naturæ operationem, contingunt. Aliqua secundùm imaginationem vel sensum videri naturaliter dico: quia & Philosophus in de som. & vig. assignans causam apparitionis somniorum dicit, quòd cùm animal dormierit descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus siue impressiones relictæ ex sensibilium motionibus, quæ in spiritibus sensibilibus conseruantur. Termini fuerunt superiùs declarati: ita quòd tunc aliqua appareant, ac si tunc primo à rebus exterioribus sensus immutarentur. Et quia hoc natura facere potest, à fortiori Diabolus formas seu species corporis plani, & non membro virili organisato, educere potest ad vim phantasticam & imaginatiuam, vt in se sensus iudicent, ac si in rerum veritate ita esset. Per hunc etiam modum, vt patebit inferiùs, homines videntur animalia, cùm tamen non sint in rerum veritate.

*Causa apparitionis somniorum.*

Secundò notandi sunt alij modi faciliores ad intelligẽdum & prædicandum. Nam quia præstigium nihil aliud est secundum Isid. 8. Ethy. cap. 9. quàm sensuum quædam delusio & præsertim oculorum. Vnde & dicitur à præstringo, quia aciem oculorum præstringit vt res videantur aliter esse quàm sint. Et vt Alexander de Alexandro dicit, Par. 2. Præstigium propriè sumptum, est illusio Dæmonis, quæ non habet causam ex parte mutationis rei, sed solummodò ex parte cognoscentis qui deluditur, siue quantùm ad interiores sensus, siue quantùm ad exteriores.

*Præstigium quid.*

Vnde in genere loquẽdo, etiam de humana præstigiosa arte dicamus. Tribus modis potest fieri. Vna absque Dæmonibus, & illa potiùs dicitur delusio, quia artificialiter fit agitatione hominũ, ostendentiũ vel occultantium aliquas res sicut fit in traiectionibus per Ioculatores vel per Mimos. Alius modus fit etiam sine virtute Dæmonum, vt potè naturaliter virtute corporum naturalium, vel etiam mineralium, quæ qui habent, possunt secundùm quandam virtutem, huiusmodi rebus inditam rem ostendere, vel facere

*Triplex ars præstigiosa.*

*Ioculatores.*

appa

apparere non sic vt est. Vnde Thom. 1.par.q.114.ar.4 & secundùm alios plures, quædam herba succensa, seu accensa, fumigans, facit trabes apparere serpentes.

*Trabes apparent serpētes.*

Tertius modus delusionis est, qui fit per Dæmones, Deo tamen permittente. Habent enim Dæmones ex natura, vt patuit, quandam potestatem super quasdam res inferiores, quas possunt exercere circa illas, quando Deus sinit, vt tunc etiam res appareant aliter quàm sint.

Pro quo notandum tertiò, q̃ Dæmon potest quinque modis illudere aliquē, vt iudicet rem aliter quàm est. Primò artificiali traiectione, vt dictum est: quia quicquid homo scit per artem, ipse melius scire potest. Secundo modo naturali applicatione alicuius rei, prout dictum est, per interpositionem alicuius corporis, vt alterum occultetur, vel etiam ex phantasiis hominum illas perturbando. Tertio modo, vt quando in assumpto corpore ostendit se esse aliquam rem quæ non est, sicut Gregorius in primo Dialo. narrat, de Moniali, quæ comedit lactucam, quæ tamen, vt ipse Dæmon fassus fuerat, non lactuca, sed Dæmō in lactucæ specie, aut in ista lactuca erat. Vel etiā vt contigit Antonio, in massa auri quā in deserto reperit. Vel etiam quando hominem verum tegit, & facit vt brutum animal videatur, prout iam dicetur. Quarto modo, vt quando turbat organū visus, vt videatur res nubilosa quæ est clara vel è cōuerso vt vetula videatur iuuencula. Nam & post fletum apparet aliter lumen quàm antè Quinto modo, vt in imaginatiuā potentiam operando, & transmutationem specierum sensibilium, per commotionem humorum, vt suprà tactum est, faciendo, vt tunc quasi recentes, & nouæ apparitiones in ipsis potentiis sensitiuis causentur. Et sic tribus vltimis modis Dæmon illudere potest præstigiosa arte sensus hominis: ac etiam secūdo modo. Vnde nulla difficultas, quin membrum virile occultare præstigiosa arte velit. Euidens indicium siue experimētum, quod nobis in officio Inquisitionis existentibus reuelatum fuit infrà ponetur, vbi de his & aliis factis plura recitantur in secunda parte tractatus.

*Monialis lactucam pro Dæmone comedit.*

*S. Antonius in massa auri reperit Dæmonem.*

*Post fletum alier apparet lumen.*

## *Quomodo maleficium à defectu naturali potest discerni.*

INcidentalis quæstio, cū certis aliis difficultatibus: quod sequitur. Petro ablatum est membrum, ignorat autem an

per

per maleficium, seu aliàs Diuina permissione, per Dæmonis potentiam sit ablatum? Suntne modi cognoscẽdi, & discernendi inter ista? Responderi potest, quod sic. Primò, quòd tales, quibus accidunt vt plurimùm sunt adulteri, seu aliàs fornicarij. Vnde dum amasijs non ad nutum seruiunt, seu eas relinquere volunt, aliis adhærendo, tunc in vindictam talia procurant, aut aliàs potentiam illius membri amputant. Secundò, cognoscitur per hoc, quod non est durabile. Nam si non sit ex maleficio, tunc non est durabile, sed quandoque redibit.

Sed hic iterum suboritur dubitatio, an hoc sit ex natura maleficij, quod non sit durabile. Respondetur, quòd potest esse perpetuum, & durare vsque ad mortem, sicut etiam de impedimento maleficiali in matrimonio iudicant. Canonistæ Theologi quòd reperitur temporale perpetuum. Nam dicit Godfre. in Summa: Maleficium non potest solui semper per illum qui fecit, vel quia est mortuus, vel quia nescit delere ipsum, vel quia maleficium est perditum. Vnde à simili dicere possumus, quòd maleficium Petro illatum erit perpetuum, vel quia illa malefica, qu ęfecit, non potest eum sanare.

*An impotentia non durabilis sit ex maleficio.*

*Maleficia tolluntur ab his qui fecerunt.*

Sunt enim maleficę in triplici genere. Nam quædam sanant & lædunt: quædam lædunt, sed sanare nequeunt: quædam tantummodò sanare videntur, id est, læsiones amouere, vt inferiùs patebit. Sic enim nobis contingit. Nam duæ maleficæ mutuò rixantes, dum vna alteri improperaret vna dixit: Non sum tam pessima sicut tu, quia quos lædo, sanare scio. Vel etiam durabit, vbi ante eius sanationem malefica discederet, vel locum mutando, vel ab hac vita discedendo. Nam & S. Tho. dicit Maleficium quodlibet ita potest esse perpetuum quòd non potest habere humanum remedium: quia & si habet remedium, non est tamen hoc homini notum, vel licitum: licèt Deus possit præstare remedium per S. Angelum, vel per Dæmonem, licèt non maleficã cogẽdo.

*Maleficia triplices.*

*Sunt quædam maleficæ quæ sanare iterum possunt.*

Verumtamen summum remedium contra maleficiũ est Pœnitentiæ sacramentum. Extra de frigi. Nam & infirmitas corporalis sæpe prouenit ex peccato. Extra de pœnit. cùm infirmitas. Qualiter etiam maleficia sint a ferenda. patebit in tertia parte tractatus, & in secunda parte, cap. 6. tres aliæ differentiæ tanguntur.

*Pœnitentiæ sacramentum est remedium contra maleficium.*

Solu

*Solutiones argumentorum.*

PAtet ad primũ: quòd nulli dubium, quin ſicut Deo permittente occidere poſſunt homines, ita vt membrum illud ſeu alia auferre poſſint verè & realiter. Sed tunc Dæmones non operantur per maleficas, de quibus iam mentio habetur. Et per hæc etiam ad ſecundum patet ſolutio. Sed ad illud: quòd quia Deus ampliùs permittit vim generatiuam maleficiare propter, &c. ergo etiã permittitur vt illud membrum verè & realiter auferatur. Nõ valet, vt ſemper hoc fiat. Quia non eſſet per modum maleficij hoc fieri: nec etiam Maleficæ hoc affectant, dum talia operantur, quòd non habeant poteſtatẽ reſtituendi membrum quãdo volunt, & ſciunt. Ex quo patet, quod non verè, ſed præſtigioſa arte auferetur. Ad tertiũ, de conuerſione vxoris Loth dicimus: vera fuit & non præſtigioſa arte: nunc autem loquimur de arte præſtigioſa. Ad quartũ, quòd Dæmones poſſunt inducere aliquas formas ſubſtantiales, ergo etiam, auferre. Dicitur quantùm ad magos Pharaonis, quòd fecerunt veros ſerpentes, & poſſunt Dæmones circa aliquas imperfectas creaturas, adminiculo alicuius alterius agentis, aliquos effectus producere, quæ non poſſunt circa homines, de quibus Deo magis eſt cura, iuxta illud: Nunquid Deo cura eſt de bobus? Poſſunt tamen ſemper, vt dictum eſt, Deo permittente hominibus etiam nocere verè & realiter, aut etiam præſtigioſa arte, & per hæc etiam patet ſolutio ad vltimum argumentum.

*Vxoris Loth conuerſio vera fuit, non præſtigioſa.*

*An maleficæ operentur circa homines, in beſtiales formas præſtigioſa arte illos tranſmutando.*

QVÆSTIO X.

*An homines transformentur in beſtias.*

QVartò ipſa veritas declaratur: vel etiã homines transformant in beſtias, quod qualiter fiat, arguitur quod non ſit poſſibile hoc fieri. 29. q. 5. Epiſcopi ex Cõcilio Acquiteſi. Quiſquis credit poſſe fieri aliquã creaturã, aut in melius, aut deterius immutari, aut trãsformari in aliã ſpeciem vel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia

omnia facta sūt, peculdubio infidelis est & pagano deterior.

Et vtamur argumētis S. Thom. in 2. sen. dist. 8. An Dæmones possunt imprimere in sensus corporales, præstigiis dulcendo. Vbi primò arguitur quòd non. Nam illa forma bestiæ, quæ videtur, oportet quòd sit alicubi: sed non potest esse tantùm in sensu: quia sensus non habet aliquā speciem nisi à rebus acceptam, & ibi non est vera bestia; Per auctoritatem Gen. allegatā. Nec iterum potest esse in re quæ videtur, sicut quòd mulier videatur bestia: quæ duæ formæ substantiales non possunt esse in eodē simul & semel: Ergo tùm illa forma bestiæ, quæ videtur, nullibi possit esse, ideò nulla præstigiosa illusio in oculo videntis fieri potest: cùm visio per aliquam formam necessariò habeat terminari.

*Aër non est susceptiuus alicuius figuræ.*

Præterea si dicatur, quòd forma illa sit in aëre circumstante, hoc non potest esse: tum quia aër non est susceptiuus alicuius formæ seu figuræ, tum etiam quia non semper vnus & idem aër circa illam personam propter fluxibilitatem manere potest, præcipuè quādo mouetur: Tum etiam quia sic videretur ad omnibus talis transformatio, quod tamen non fit: quia Dæmones non videntur ad minus sanctorum virorum visiones decipere.

*Dæmones sāctorum virorū oculos non decipiunt.*

Præterea sensus, visus, seu potentia visiua est potentia passiua: sed omne passiuum mouetur ab actiuo sine proportionato: Actiuum autem proportionatū sensui est duplex. Vnum quasi originans actum, scilicet obiectum. Aliud autem quasi deferens, sicut medium: Sed forma illa quæ videtur non potest esse obiectum sensus, neque etiam medium quasi deferens: De primo, scilicet, quòd non potest esse obiectum, quia à nulla re sumi potest: vt in præcedenti argumento tactum est, cùm non sit in sensu à re accepta, nec in ipsa re, nec & etiam in ipso aëre quasi in medio differente, vt priùs tactum est in tertio argumento.

Præterea, si Dæmon mouet vim cognitiuā interiorem, aut hoc facit se obiiciendo virtuti cognitiuæ, aut hoc facit immutando ipsam: Non autem hoc facit se ei obiiciendo: quia oporteret quod vel assumeret corpus, & sic nō posset interius ingredi ad organum imaginationis. Cùm duo corpora non sint similiter in eodem loco: neque in assumendo phantasma, quod etiam esse non potest: quia phantasma non est sine quantitate.

*Phantasma non est sine quantitate.*

Similiter etiam non potest hoc facere immutãdo. Quia, aut immutaret alterando, quod videtur non posse facere quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas, quibus dæmones carent: Aut immutaret transmutando siue localiter mouendo, quod videtur esse inconueniens, duobus rationibus. Primò quidem, quia transmutatio organi non posset fieri sine sensu doloris. Secundò, quia secundùm hoc Dæmon non ostenderet huiusmodi nisi nota: cùm tamen Augustin. dicat quòd ostendit huiusmodi formas & notas & ignotas. Ergo videtur, quòd Dæmones nullo modo possint imaginationem vel sensum hominis decipere.

*Apparet solũ homines bestias factos.*

Sed contra Aug. 18. de Ciu. Dei. dicit, quòd transmutationes hominum in animalia bruta, quæ dicuntur arte Dæmonum factę non fuerunt secundùm veritatem, sed solùm secundùm apparentiã. Hoc autẽ fieri non posset si Dæmones humanos sensus trãsmutare nõ posset. Cęterea alludit & auctoritas Aug. in l. 83. q. quæ etiã prius allegata fuit: Serpit hoc malum Dæmonis per omnes aditus sensuales, &c.

Responsio. Si lector voluerit super modũ transmutandi inspicere, inueniet in 2. p. operis. c. 6. vaaios modos. Ad pręsens tantũmodò scholastice præcedendo, dicamus illam Doctorum sententias concordantes, in eo quod Diabolus potest phantasiam hominis decipere, vt homo verè animal videatur. Inter quas etiam vltima subtilior cæteris, quæ S. Tho. est, & prima est D. Antonini 1. par. summæ tit. 5. c. 5. §. dei arantis: quòd Diabolus phantasiam hominis ad decipiendum quandoque operatur: & præcipuè circa illusionẽ sensuum, & declarat naturali ratione, canonis auctoritate, & experimentorum multiplicitate.

*Diabolũ phãtasiam hominis operari.*

Primum sic: Corpora naturaliter subduntur & obediũt naturæ Angelicæ quantùm ad motum localem. Angelus autem mali, etiamsi amiserunt gratiam, non tamen virtutem naturalem, vt sæpiùs suprà tactum est. Cùm autem potentia phantastica, siue imaginatiua sit corporalis, id est, affixa organo corporeo, naturaliter subditur etiã malis, vt possint eam transmutare, causando varias phantasias ex descensione humorum, & spirituum, ad principium sensitiuum procurata ab eis. Hæc ille: & subdit: Patet & ex hoc Canone, 26. q. 5. Episcopi. Illud non est omittendum, quòd quædam sceleratæ mulieres post Satãnam retro conuersæ, Dæmonũ illusionibus

sionibus & phantasmatibus reductæ, credunt se & profitentur, cum Diana horis nocturnis Dea paganorum, vel cum Herodiade, & cū innumera mulierum multitudine equitare, super quasdam bestias, & multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire: & infra. Quapropter sacerdotes prędicare debēt populo Dei, vt nouerint omnino hęc falsa esse, & non à Diuino, sed a maligno spiritualia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipse Sathanas transformat se in diuersarum personarum species atq; similitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludendo per deuia quæque deducit.

Et quidē intellectus huius Canonis in 1. quæst. [illegible] est, quò ad quatuor quæ prędicāda sunt. Sed q̄ non valeāt etiam vehi, vbi hoc affectant & non impediuntur Diuina virtute, sic non esset verus intellectus: quia sępissimè homines inuiti & non malefici per multa terrarum spacia corporaliter transferantur.

Sed quia vtroque modo potest fieri, sequitur in præfata summa, & in c. nec mirum, ea. q. Augustinus narrat, q̄ in libris Gētiliū legitur de quadā maga dicta Circe quę socios Vlyssis mutauerat in bestias: quod magicis præstigiis potiùs fingebatur, quàm in rerū veritate cōpleteretur, alterando phantasias hominum, vt patet hoc etiam per plura exempla.

*Circe non vera mutauit socios Vlyssis.*

Legitur enim in Vita Patrū quòd quædā iuuencula, quia assentiri noluit cuidā iuueni, de turpitudine eam sollicitanti, ipse iuuenis turbatus ex hoc, à quodā Iudæo procurauit maleficium fieri cōtra illā, quo peracto mulier conuersa est in equam. Quæ conuersio non fuit secundū rei veritatem, sed secundū ludificationē Dęmonis immutāris phantasiam & sensum ipsius mulieris, & aspicientiū eā, vt videretur equa, quæ erat vera mulier. Vnde ducta ad beatum Machariū, non potuit Diabolus ita operari, q̄ illuderet sensus eius sicut aliorum, propter suam sanctitatem: nā sibi videbatur mulier vera, non equa: cuius randē oratione liberata est ab illa illusione: dicens hoc sibi accidisse, quia non vacabat diuinis, nec frequentabat sacramēta, vt dicebat: ideò diabolus potestatem habuerat super eam, & si aliàs esset honesta.

*S. Macharius curat virginē visam equā.*

Potest igitur Diabolus, per commotionem interiorum spirituum & humorum, operari ad immutandum actum & potentiam, nutritiuæ, sensitiuæ & appetitiuæ, & cuiuscun-

quæ potentiæ corporalis organo vtentis: secundum B. Th. 1. part. q. 91. Sicut credi potest fuisse gestum super Simonem Magum in incantationibus suis, quæ de eo narrantur.

*Simonis Magi artes.*

Sed nihil horum potest Diabolus facere, nisi Deo permittente, qui cum Angelis suis bonis frequenter reprimit malitiam eius, decipere nos & nocere quærentis. Vnde dicit August. loquens de Maleficis. Hi sunt, qui permissu Dei elementa concutiunt, hominum mentes perturbant minus confidentes in Deo. 26. q. 5. [illegible] mirum.

*Vir Vxorem nõ videre sustinens.*

Horum etiam operatione per maleficam artem fit quandoque, vt vir non possit videre vxorem, & è conuerso: Et hoc per immutationem phantasiæ, repræsentando ei talem, vt rem edibilem & horribilem. Ipse etiam Diabolus vigilantibus, & dormientibus, suggerit repræsentationes turpium phantasiæ, ad decipiendum & inducendum ad malũ. Verùm quia peccatum non consistit in imaginatione, sed in voluntate, ideò ex huiusmodi phantasiis per Diabolum

*Peccatum nõ consistit imaginatione, sed voluntate.*

suggestis, & alterationibus variis, homo non peccat, nisi voluntate propria peccato assentiat.

Secunda sententia ad idem modernorum Doct. declarátes. Primò quid sit præstigiũ, & quot. modis Dæmon potest huiusmodi illusione causare. Hic nota q̃ Anto. allegat ea quæ in præc. q. 9. tacta sunt, vnde non est opus ea renouare.

Tertia sententia est S. Th. & est respõsum super argumẽtum, quo quæritur, vbi sit illa forma bestiæ quæ videtur, aut in sensu, aut in re, aut in aëre circunstante: & est talis, quòd illa forma bestiæ, quæ videtur, non est nisi in sensu primo interiori, & per fortem imaginãtionẽ resultat in sensum exteriorem quodammodo. Et quòd ibi sit, potest per

*Imaginando.*

Dæmones operationem contingere dupliciter.

Vno modo, vt species animalium dicamus, quæ sunt in thesauro imaginationis reseruatæ. fluant operatione Dæmonum ad organa sensuũ interiorum: Sic etiam in somno contingit, prout suprà declaratum est. Et ideò quando illæ species contingunt organa sensus exterioris, puta visus videntur ac si essent res præsentes extra, & actu sentirentur.

*Sensus recipiendo.*

Alius modus potest esse ex immutatione organorũ interiorum, quibus mutatis, fallitur sensus iudicium, sicut apparet in eo qui habet gustum corruptum, cui omnia dulcia videntur amara, & parum differt à primo. Hoc autẽ facere possunt,

possunt, etiam homines virtute quarundam rerum naturalium, sicut ad vaporarionem cuiusdam fumi trabes domus videntur serpentes, & multa experimenta huius inueniuntur, vt suprà tactum est.

*Solutiones argumentorum.*

AD argumenta patet ad primum, quòd textus ille sæpè allegatur, & malè intelligitur. Nam quòd ad hoc, quòd loquitur de transformatione in aliam speciem vel similitudinem, declaratum est qualiter hoc fieri potest præstigiosa arte. Sed quò ad hoc quod dicit, quòd non possit fieri ali qua creatura virtute Dæmonis, si capitur Fieri pro Creari, manifestum est. Quod si verò non capitur fieri pro naturali productione, sic certum est quòd non possunt facere aliquas creaturas imperfectas. Quod qualiter sit, declarat S. Th. vbi suprà. Nã dicit, quòd omnes transmutationes corporalium rerum, quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent semina, quæ in elementis huius mundi inueniuntur, puta in terra, vel aquis, sicut relinquunt sua semina serpentes & ranæ, & his similia possunt fieri per operationes Dæmonum, huiusmodi seminibus adhibitis. Sicut cùm aliqua res transmutatur in serpentes, vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt.

*Fiunt à Dæmonib. creatura, at non creantur.*

*Ex seminibus creat Diabolus.*

Illæ verò transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione Dæmonum, secundũ rei veritatem, perfici possunt: Sicut quòd corpus humanum mutetur in corpus bestiæ, aut quòd corpus mortui reuiuiscat. Quod si fieri videatur, apparẽtia est præstigiosa, aut Diabolus in assumpto corpore se agitat coram hominibus.

*Quæ natura transmutare potest, eadem etiam Diabolus.*

Fortificantur ista. Nam Albertus in lib. de animal. vbi quærit: An Dæmones, seu etiam dicamus Malefici, possint facere verè animalia. Respondit quòd sic, Deo permittente, & hoc quò ad inperfecta animalia. Sed non possunt in instanti, sicut Deus facere, sed motu quodam, licet subitò, sicut patet de Maleficis. Exod. 7. super ista: Vocauit Pharao sapientes: dicit Dæmones discurrunt per mundum & colligunt diuersa semina, & eorum adaptatione possunt prorũpere diuersas species. Et gl ibidem sic dicit: Dum per incantationẽ Dæmonũ malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum, & semina subitò eorum, de quibus hoc

afferunt, & sic ex illis permittente Deo nouas species producunt. Hæc etiam superiùs tacta sunt.

*An Diaboli mera miraculosa dicantur.*

At vbi difficultas suborietur: An talia facta Dæmonum essent opera miraculosa dicenda. Responsio patuit ex præcedentibus, quòd etiã Dæmones aliqua vera miracula facere possunt, ad quę virtus naturæ particularis se extendere potest. Et licèt talia sint vera, non tamen ad veri cognitionem ab eo fiũt: secundũ quem sensum opera Antichristi possunt dici signa mendacia, quia ad seductionem hominum fiunt.

*Antichristi miracula qualia.*

Patet & solutio ad aliud argumẽtum de subiecto formæ, dicamus. Bestiæ forma, quæ videtur, non est in aëre, nec in ipsa re, vt patuit, sed in ipso sensu, prout ex sentẽtia S. Tho. vt superiùs declaratum est.

Ad illud, quòd omne passiuũ mouetur ab actiuo sibi proportionato, conceditur. Et quando infertur, quòd forma illa, quę videtur, non potest esse obiectum originans actum, seu eliciens, eò quòd à nulla re sumatur: Dicitur quòd imò à re: quia à specie sensibili in imaginatione reseruata, quam educere potest, & imaginationi, seu etiam sensitiuæ potẽtiæ offerre potest, vt dictum est suprà.

Ad vltimum dicendum, quòd Dæmon non immutat potentiam sensitiuam & imaginatiuam, se ei obiiciendo, vt ostensum est, sed eam transmutando, non quidẽ alterando, nisi quantum ad motum localem: Quia non potest de se imprimere nouas species, vt dictum est. Immutat autem transmutando, id est localiter mouendo: Et hoc iterum facit non substantiam organi diuidendo vt sic consequatur sensus dolorís: sed mouendo spiritus & humores.

*Nouum dupliciter dicitur.*

Quod autem vlterius obiicitur, quòd sequeretur, quòd secundùm hoc Dæmon non posset aliquid noui homini demonstrare, secundùm imaginatiuam visionem. Dicendum est, quod nouum aliquod potest intelligi dupliciter. Vno modo totaliter nouum, & secundùm se, & secundùm sua principia, & secundùm hoc Dæmon non potest aliquid nouum homini secundùm visionem imaginatiam demõstrare: Non enim potest facere quòd cæcus natus imaginetur colores vel quòd surdus natus imaginetur sonos. Alio modo dicitur aliquid nouum, secundum speciem totius, putà si dicamus esse nouum, in imaginatione, quod aliquis imaginetur montes aureos quos nunquã vidit, quia tamen

*Aureos mõtes imaginantes.*

vidit

vidit & aurum & montem, potest naturali motu imaginari phantasmata aurei mõtis: & hoc modo potest Dæmon aliquid noui imaginationi offerre.

*Quid de lupis, interdum homines & pueros ex cunabilis rapientes & comedentes sentiendum sit, an etiam præstigiosa arte per maleficas fiat.*

INcidentalis quæstio de lupis, interdum homines & pueros è domibus rapientes & comedentes, & cum magna astutia discurrentes, ita vt neque aliqua arte aut potentia lædi aut capi valeant. Dicendum est, quòd hoc interdum habet naturalem causam, interdum verò præstigiosam artẽ. dum per maleficas cõtingunt. De primo Albertus de animal. dicit, quòd ex quinque causis prouenire potest. Aliquando propter famis augmentum, sicut & cẽrui aliquando & aliæ bestiæ hominibus appropinquant. Aliquando propter ferocitatem virium, & hoc in regionibus frigidis, & etiam quãdo habent catulos. Sed quia de his nihil ad propositũ dicimus, quòd Dæmonum illusione fiunt, quãdo Deus propter peccata punit aliquem populum, iuxta illud Leuit. 16. Si nõ feceritis mã lata mea, mittã in vos bestias agri quæ cõsumant vos, & pecora vestra. & Deu. 32. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore, &c.

*Ex quinque causis contingit animalia infesta esse hominibus.*

*Animalium noxæ sunt pœnæ Diuinæ.*

Per quẽ autem modum. An sint veri lupi, vel Dæmones in formis sic apparentibus: dicitur quòd sunt veri lupi, sed obsidentur à Dæmonibus: Vel agitãtur duplici modo. Vno modo absque maleficorum operatione, sicut quadraginta duobus pueris cõtigit, à duobus vrsis de sylua exeuntibus, quos iugulauerunt, propter irrisionem factam Helisæo prophetæ dicendo, ascende Calue. &c. Et de leone, quis Prophetam Dei iussum non implentẽ occidit. 3. Reg. 13. Et historia de Episcopo Viennensi, qui Litanias minores instituerat ante Ascensionem Domini, eò quòd lupi ciuitatem intrantes homines vorauerunt publicè.

*Litania instituta Viennæ contra lupos.*

Alio modo & maleficorum illusione. Sicut Guil. vbi suprà, narrat de quodam viro, qui se conuerti putabat in lupum, certis temporibus, quibus in antris latitabat. Illuc enim certo tempore iuit, & sibi interim, cùm fixus maneret, videbatur quòd lupus ipse factus circumiret pueros deuorando, & cũ illud realiter solũ Dæmõ quẽdã lupũ possidens

*Exemplum de Lycanthropo.*

faceret putabat falsò se somnians circumire. Et sic tamdiu dementatus fuit, quousque inuentus est iacere in sylua raptus. Delectatur in his Dæmon, vt paganorum errorem qui homines & vetulas in bestias mutari credebãr, inducat. Vnde discernitur quòd ex singulari Dei permissione & Dæmonum opere talia eueniunt, & non ex naturali aliquo defectu, quando nulla arte, aut potentia læ di aut capi possunt. Sicut etiam Vincen. in specul. hist. lib. 6. cap. 40. narrat: In Gallia, inquit, ante Christi incarnationem, & ante bellum Punicum lupus vigilibus vagina gladium abstulit.

*Lupus vigilibus gladium surripuit.*

*Quod obstetrices Maleficæ, conceptus in vtero diuersis modis interimunt, aborsum procurant, & vbi hoc non faciunt, Dæmonibus natos infantes offerunt.*

QVÆSTIO XI.

QVintò, sextò, & septimò insimul veritas suprà dicta probatur per quatuor horrendos actus, quos, circa infantes in vtero & ex vtero matris exercent. Quæ cùm per mulieres Dæmones exercere habẽt, & nõ per viros, ideò potius mulieres quã viros sibi associare ille homicida satagit, & sũt huiusmodi opera.

Nam Canonistæ plus quam Theologi de maleficiali impedimento tractantes, vbi suprà, dicũt quod maleficium fit, non solùm ne quis actum carnalem exercere valeat, de quo suprà dictum est, sed etiam fit, ne mulier concipiat, vel si cõcipit quod tunc aborsum faciat. Et additur tertius modus cum quarto, quòd tunc aborsum non procurant, quod tunc infantem consumunt vel Dæmoni offerunt.

De primis duobus modis non est dubium cùm per naturalia homo absque Dæmonum auxilio, vt per herbas, vel alia impedimenta procurare possit, quod mulier non possit generare, vel cõcipere, vt suprà tactum est. Sed de aliis duobus: quòd etiam à Maleficis procurantur, differendum est: nec opus est argumenta deducere, vbi euidentissima iudicia, & experimenta hæc reddunt credibilius.

Et de primo quòd certæ Maleficæ contra humanæ naturæ inclinationẽ, imò aduersus omniũ bestiarũ cõditiones, lupina, duntaxat specie excepta infantes deuorare, & comedere

medere solent: Est Inquisitos Cumanus, de quo suprà mentio habita est, qui hæc nobis retulit, quòd ea de causa ab incolis Comitatus Burbiæ vocatus ad inquisitionem faciendam, eò videlicet, quòd quidam cùm puerum ex cunis amisisset, & explorando conuentionem mulierum nocturno tempore, vidisset & perpendisset infantem occidi, & liquore ebibito deuorare. Ideò, vt prius tactum est, vnico anno, qui & fuit annus proximè elapsus, quadraginta & vnam Maleficam igni tradidit, certis aliis ad Dominum Archiducem Austriæ Sigismundum fugam capientibus. Adsunt pro cõfirmatione huius scripta quædam Io. Nider in suo Formicario, cuius vtique & eorum quæ scripsit recens memoria supersit, vnde non incredibilia, sicut apparent, existunt. Sed & hoc, quòd maiora damna in his omnibus obstetrices Maleficæ procurant, prout Maleficæ pœnitentes nobis & aliis sæpius, retulerunt, dicentes, Nemo fidei catholicæ amplius nocet, quàm obstetrices: Vbi enim pueros non interimunt, tunc quasi aliquid acturæ foris extra cameram infantes deferunt, sursum in aëre eleuantes, Dæmonibus offerunt. Modus autem in huiusmodi flagitiis qui obseruatur, in secunda iam parte patebit: & cap. 7. quam & aggredi necesse est prius vnicam dumtaxat decisionem quæstionis de permissione Diuina præmissa. Dictum est enim à principio, tria necessariò ad maleficialem effectum concurrere. Dæmonem cum Malefica & diuinam permissionem.

*Exempla mulieres infantes vorare.*

*XLI. Maleficæ combustæ.*

*Io. Nider formicarum.*

*Obstetrices Maleficissimæ*

### *An Dei permissio concurrat ad Maleficia.*

### QVAESTIO XII.

DEinde considerandum est de ipsa permissione Diuina, circa quam quatuor quæruntur. Primò an necessarium sit ipsam permissionẽ ad maleficialem effectum cõcurrere. Secundò, quòd Deus iuste permittit creaturam ex natura peccabilem, etiã actum maleficialem & alia horrenda flagitia perpetrare, aliis duabus permissionibus præsuppositis. Tertiò, quòd maleficiorum flagitia cuncta mala, quæ Deus fieri permittit excedunt. Quartò, qualiter hæc materia sit populo publicanda.

CIrca tertium principale huius primæ partis tangens Diuinam permissionem, quæritur, An Diuinam per-

missionem in his operibus maleficorum commendare ita sit Catholicum, quòd eius oppositum, scilicet redarguere illam, omninò sit hæreticũ. Et arguitur, quòd non sit hæreticum, asserere, quòd Deus tantam potestatem non permittat Diabolo in huiusmodi maleficiis: Refutare enim illa, quæ in contumeliam creatoris possũt credere, est Catholicum & non Hereticum. Sed asserere, quòd Diabolo non permittatur talis potestas nocendi hominibus, est Catholicum, probatur, quia oppositũ asserere videtur cedere in cõtumeliã creatoris. Nã sequeretur quòd nõ omnia sint subiecta Diuinę prouidẽtiæ, eò quòd omnis sapiẽs prouisor excludit defectũ & malũ, quantùm potest ab his quorum curam gerit. Cùm autem ea, quæ per maleficia fiunt si à Deo permittuntur, ab eo non excluduntur: & si ab eo non excluduntur, non erit sapiens prouisor ipse Deus & sic non subsunt omnia sũæ prouidentiæ, quod quia falsum est, ideò hoc falsum quòd Deus permittat.

Præterea ille aliquid permittit fieri, quod posset impedire, si vellet: aut quod non potest impedire etiã si vellet, sed neutrum illorum Deo potest conuenire. Nõ primum, quia talis iudicatur inuidus, nõ secundũ, quia talis iudicatur impotẽs. Tũc quęritur incidẽtaliter. Hoc maleficiũ Petro accidit, & Deus potuit impedire, & non fecit, ergo Deus est inuidus, seu non habet curã de omnibus. Si verò nõ potuit impedire etiam si vellet, tũc nõ est omnipotẽs: Quæ omnia sicut incõueniẽs est asserere. s. Deũ nõ habere curã omniũ, &c. ergo & hoc q; maleficia ex Dei permissione cõtingũt.

Præterea, quidunq; dimittitur sibi, & est dominus actũ suorum, non debet permissioni aut prouidentiæ alicuius gubernantis. Sed homines sibiipsis dimittuntur à Deo, secũdum illud Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eũ in manu consilij sui. Specialiter etiam mali in suis operibus relinquuntur, secundùm illud: Dimisit eos secundùm desideria cordis eorum. Igitur non omnia mala diuinæ permissioni subduntur.

*An Deus sinat hominem suo arbitrio viuere.*

*Vilia non sunt scienda.*

Præterea Augustin. dicit in Enchiridio, sicut etiã Philoso. in nono meta. Melius est quædã nescire quàm scire, vt vilia, sed omne quod est melius, est Deo attribuendum. Ergo Deus non impedit se de illis vilissimis maleficiorũ operib. vt illa permittat, &c. non. Ad idem Apostolus 2. Corinth. 9.

c. Non

Non est Deo cura de bobus. Et eadē ratione de aliis irrationalibus creaturis. Vnde quando maleficiantur vel non est Deo cura, nec etiam eius permissioni, quæ ex eius prouidentia procedit, subduntur. *Non est Deo cura de bobus.*

Præterea, quæ ex necessitate contingūt, prouidā permissionem non requirunt, sicut nec prudentiam. Patet hoc per Phi. 2. Eth. Prudentia est recta ratio contingētium, de quibus est consilium & electio, Sed plures effectus maleficiales ex necessitate contingunt, Putà quando ex aliqua causa & influentia corporum cœlestium accidunt infirmitates, vel aliqua alia quæ nos iudicamus maleficia; vnde non semper subduntur diuinæ permissioni. *Necessitas non requirit prudentiam.*

Præterea si permissione Diuina homines maleficiantur, tunc quæritur: Cur potiùs super vnū quàm super aliū. Si dicatur, quòd propter peccata, quæ magis abūdāt in vno quā in altero, hoc videtur esse falsū, quia tūc maiores peccatores ampliùs maleficerētur, cuius cōtrariū apparet, eò quòd minus in mūdo puniūtur. Iuxta illud: Benè est omnibus qui præuaricātur: ita etiam maleficiātur. Patet denique ex eo, quòd innocentes pueri: & alij iusti ampliùs maleficiantur. *Benè est impiis.*

Sed cōtrà, Deus permittit, licèt nō velit malū fieri, & hoc propter perfectionē vniuersi. Dion. 3 c. de diu nom. Erit malū ad omnes, id est perfectionē vniuersi cōferēs. Et Augustin. in Ench. Ex omnibus bonis & malis consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In quātū etiā illud, quod malū dicitur, benè ordinatū, & in loco suo positū, eminētiùs cōmēdat bona, vt illa magis placeāt & laudabiliora sint, dum cōparātur malis. Item S. Thom. improbat opinionē illorū, quòd licèt Deus nō velit mala quia nec; creatura aliqua appetit malū siue appetitu naturali, siue animali, siue intellectuali, quæ est volūtas cuius obiectū est bonū, vult tamen mala esse, vel fieri, hoc dicit esse falsum. Quia Deus neq; vult mala fieri, neq; vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri, & hoc est bonum propter perfectionem vniuersi. *Deus permittit mala, & non vult.* *Bona & mala pulchritudine constituunt.* *Malum fieri est bonum propter perfectionem vniuersi.*

Quare autem sit erroneum dicere, Deus vult mala esse, vel fieri propter bonū vniuersi dicit. Quia nihil est iudicādū bonū, nisi secundum id quod cōpetit ei per se, & nō per accidens: Sicut virtuosus iudicatur bonus in intellectuali creatura, & non animali. Malū autem non ordinatur ad bonū per se, sed per accidens: quia præter intentionem eorum

qui

qui malũ operantur, resultat bonũ: sicut præter intentionẽ maleficorum, aut præter intentionem tyrannorũ, fuit quod ex eorum persecutione clarescceret patientia martyrum.

Responsio. Quæstio quãtò vtilior ad prædicandũ tantò etiam difficilior ad intelligendum existit. Est enim inter argumenta hoc principiũ non tam Laicorum, quàm & quorundam Sapientum: Maleficia tam horrenda vt superius tacta sunt non permitti à Deo: causas Diuinæ permissionis huius ignorantes. Ex qua etiam ignorantia, quia Maleficæ non supprimuntur per vltionem debitam, iam totam Christianitatem depopulare videntur: Vt ergo ad vtramq; viam, iuxta Theologorum sententiam, docto & indocto satisfiat, per discussiones duarum difficultatum est respondendum: & primò. Quòd mundus Diuinæ prouidentiæ ita subiacet, quòd ipse immediatè omnib. prouidet. Secundo quòd vniuersitatem malorum, quæ fiunt siue in malis culpæ, siue pœnæ, siue damni ex duabus primis permissionibus, circa casum Angelorum, & primorum parentum, iustè permittit. Vnde & patebit, quòd in his diffidere pertinaciter hæresim sapit: cum erroribus infidelium talis se implicat.

Quò ad primum notandum, quòd præsupposito illo, ꝙ prouidentia Deo conueniat, iuxta illud Sap. 14. Tu autẽ pater, gubernas omnia prouidentia: oportet etiã asserere, quòd omnia sunt ita subiecta suæ prouidentiæ, ꝙ etiã omnibus immediatè prouideat. Quod vt pateat, ostendamus primò per reprobationẽ cuiusdam contrarij erroris. Nam super illud Iob. 22. Nubes latibulũ eius, & circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Quidam opinati fuerunt iuxta doctrinã S. Tho. 1. p. q. 22. ponere tantũmodo incorruptibilia subiacere Diuinæ prouidentiæ, prout sunt substantiæ separatæ, & corpora cœlestia cum speciebus rerum inferiorum, quæ etiam sunt incorruptibilia: Indiuida verò specierum, quia sunt corruptibilia, dicebant non subiacere. Vnde sic Diuinæ prouidentiæ dicebant subiacere omnia inferiora, quæ in mundo agũtur, in vniuersali tantũ, & non in particulari seu singulari. Sed quia hoc alijs videbatur inconueniens, vt de homine non esset amplior Deo cura quã de alijs animalibus, ideò Rabbi Moses volens medium tenere, dixit, concordando cum primis: Corruptibilia omnia sicut sunt indiuidua rerum, omninò non subiacere Diuinæ

*Incorruptibilia solum subiacere Diuinæ prouidentiæ putantes.*

*Rabbi Mosis mala opinio de prouidẽtia.*

guberna

gubernationi, sed tantummodò vniuersalia, & alia quæ tacta sunt. Hominem verò ab illa generalitate corruptibilium excepit: & hoc propter splendorem intellectus quo participat cum substantiis separatis. Et sic secundum istam opinionem, quidquid hominibus accideret in maleficiis, esset ex permissione Dei: non autem quicquid animalibus, aut aliis terræ frugibus eueniret.

Et hæc opinio, licet veritati propinquior, quàm illa quę omnino prouidentiam Dei de rebus mundi negabat, asserens mundum casu esse factum: sicut fuerunt Democritus & Epicurei: Tamen nõ caret magna falsitate eò q̃ necesse est dicere, omnia diuinæ prouidentiæ subjacere, non in vniuersali tantum, sed in particulari, q̃ non solum maleficio hominum, sed & iumentorum, & terræ frugum, ex Diuina & prouida permissione eueniunt. Quod sic patet. Ad tantum se extendit prouidentia & ordinatio rerũ in finem, quantum ipsa causalitas se extendit: Sicut à simili in rebus alicuius dominio subiectis, quæ in tantum subiacent eius prouidentiæ, in quantũ sibi existunt subjectæ Cùm autem causalitas Dei, quæ est primũ agens, extendit se ad omnia entia, non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad principia indiuidualia, & non solùm incorruptibilium. Ideò sicut omnia habent esse à Deo, ita omnia sunt prouisa ab eo, id est, ad aliquem finem ordinata.

*Prouidentia est ordinatio ad finem aliquem.*

*Omnia creata sunt ordinata.*

Et hoc tangit Apostolus ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt: quasi dicat, Sicut omnia à Deo sunt, ita etiam omnia ab ipso ordinata sunt, & per consequens prouidentiæ eius subjecta. Quia prouidentia Dei nihil aliud noscitur, quàm ratio, id est causa ordinis rerũ in finem. Omnia ergo in quantum participant de esse, in tantum etiam subduntur Diuinæ prouidentiæ. Item Deus omnia cognoscit, non solùm in vniuersali seu vniuersalia, imò & in particulari seu particularia. Et tum Dei cognitio comparatur ad res creatas, sicut cognitio artis ad artificiata: Ideò sicut omnia artificiata subduntur ordini & prouidentiæ artis, ita omnia subduntur & ordini & prouidentiæ Dei.

Sed quia per hoc nõ satis fit, vt intelligatur, q̃ Deus iustè permittat mala fieri, & maleficia in mundo, licet intelligamus hoc, q̃ ipse sit prouisor, omnia gubernans, quod quia cõceditur, ideo etiã deberet omne malum ab his quorum

curam

curã gerit, excludere. Inter homines enim videmus ita fieri, q̃ sapiẽs prouisor excludit defectũ & malũ, quãtũ potest ab his quorum curam gerit: Ideò ad intelligendum ista, cur non omnia mala Deus excludit: Notandum q̃ aliud est loqui de prouisore particulari, & aliud de prouisore vniuersali. Prouisor enim particularis necesse habet malum excludere quantum potest, quia non potest ex malo elicere bonum. Deus autẽ cùm sit vniuersalis prouisor totius mũdi & potest ex particularibus malis plurima bona elicere, sicut ex persecutione Tyrannorum patientiam martyrum, & ex operibus maleficorum purgationem seu probationem fidei iustorum, vt patebit: Ideò non habet Deus omnia mala impedire, ne multa bona deesse cõtingat vniuerso. Vnde Aug. in Ench. Adeò misericors est omnipotens Deus q̃ nõ sineret aliquod malum esse in operibus suis, nisi adeò esset omnipotens & bonus, vnde benefaceret etiam de malo.

*Deus potest ex malis particularibus bona plurima elicere.*

Et huius exemplum etiam habemus in actionibus rerũ naturalium. Nam corruptiones & defectus qui accidunt in rebus naturalibus, licèt sint contra intentionem naturę particularis illius, videlicet, cui talis corruptio contingit, vt q̃ fur suspendatur, vel quod animalia in cibum hominis occidantur: sunt tamen de intentione naturæ vniuersalis, vt videlicet conseruentur homines in vita & in bonis: vt & sic bonũ vniuersi conseruetur. Vt enim species rerum conseruentur oportet vt corruptio vnius sit conseruatio alterius. Occisiones enim animalium conseruant vitam leonum.

*Vt species rerũ conseruentur oportet vt corruptio vnius sit conseruatio alterius.*

### *Declaratur super permissionem diuinam, quòd Deus non potuit conferre creaturæ, vt ex natura esset impeccabilis.*

QVò ad secundum, quòd vniuersitatem malorum, siue in culpis, siue in pœnis iustè Deus permittat, & præsertim iam refrigescente, & mundo ad occasum declinante, declaratur ex duabus propositionibus necessariò præsupponendis. Quarum prima, quòd Deus non potest facere (siue melius, vt cũ timore Dei loquamur) nõ est possibile, vt natura creata, vt est Homo vel Angelus, haberet hoc, q̃ ex cõditione suæ naturæ peccare non posset. Secunda, q̃ Deus iustè permisit hominem peccare, vel tentat. Quibus stantibus cùm

*Deus non potest facere creaturam ex sui natura impeccabilem.*

cùm ad Diuinam prouidentiam pertineret, vt vnaquæque creatura in sua natura relinquatur dicere, oportet ex præmissis impossibile esse, quòd Deus non permittat maleficia fieri virtute Dæmonum.

Et primũ quidem, quòd non fuit possibile creaturæ cõmunicare quòd peccare non posset ex conditione naturæ, ostenditur à Doctore sancto in 2. dist. 25. art. 1. Quia si hoc fuisset communicabile alicui creaturæ, Deus vtiq; cõmunicasset: eò q; omnes aliæ communicabiles bonitates & perfectiones creaturarũ sunt communicatæ, saltem in genere: Vt vnio personalis duarũ naturarum in Christo, maternitatis & virginitatis in Maria, vnio gratuita in viatoribus, vnio beatifica in electis, & sic de aliis. Cur ergo nõ legimus hoc alicui creaturæ communicatũ: Quia nec homini nec Angelo: iuxta illud. Et in Angelis suis reperit prauitatẽ. Certũ est q; homini à Deo non potest cõmunicari hoc quòd ex natura sit impeccabilis, licet hoc per gratiam inueniat. *Omnes cõmunicabiles perfectiones creaturarũ Deus cõmunitauit.*

Secundò ad idem, quòd si esset communicabile, & non communicaretur, vniuersum non esset perfectũ. Cuius perfectio in hoc consistit, vt omnes bonitates creaturarum communicabiles in genere sint communicatæ.

Nec valet argumentum, quòd Deus, cùm sit summè potens, & ad suã similitudinem hẽs & Angelos creauit, quòd etiã hoc conferre potuerit, quòd creatura ex cõditione suæ naturæ haberet quòd peccare nõ posset. Vel etiã quòd faceret, vt habitus ille gratiæ, qui confirmationẽ in bono causat, esset pars essẽtialis naturæ Angeli vel hominis, vt sic secũdũ naturale tãum principium & naturalem conditionem haberet confirmationem in bono, vt peccare non posset.

Nam primum argumentũ non cõcludit, quia licet Deus sit summè potens, sicut & summè bonus, nõ tamen hoc cõferre potest: Nõ ex imperfectione suæ potẽtiæ, sed ex imperfectione creaturæ. Quæ imperfectio consideratur primò, quòd hoc recipere nõ potest, nec potuit homo vel Angelus. Ratio, quia cũ sit creatura, esse tuum dependet à creatore, sicut cautarũ à causa sui esse. Et creare est aliquid ex nihilo facere, ideò si sibi relinquitur, deficit, conseruatur autem quandiu causæ influentiã recipit. Ex. ipsum, si vis, de candela, quæ tamdiu lucet quandiu habet cerã. Quo stante, notum est, quòd Deus creauit hominem, & reliquit, quã *Non derogare potentiæ Dei ipsum quædã non posse.*

ma

*Liberum arbitrium est peccabile.*

in manu consilij sui Eccles. 17. Et similiter Angelũ à principio creationis. Et hoc factum est per liberum arbitrium, cuius sicut propriũ est facere, vel obmittere, ita proprium est à suo casu recedere & nõ recedere. Et quia hoc est posse peccare, posse ex libertate arbitrij à Deo recedere, ideò non potuit hoc homo vel Angelus recipere, nec ei potuit à Deo communicari, vt ex natura haberet libertatem arbitrij, & etiam ex natura haberet non posse peccare.

*Peccare est mutare commutabilia immutabilibus.*

Alia imperfectio, ex qua hoc nõ potuit homini, vel Angelo communicari, est, quia implicat contradictionẽ: quæ quia in se non sunt factibilia, dicimus, Deus non potest illa facere, sed potius dicendum, quòd creaturæ non possunt ista recipere, vt videlicet aliquid sit viuum, & mortuum simul & semel. Ita etiam implicat, vt aliquis habeat liberum arbitrium, ex quo possit causæ suæ inhærere, & quòd possit non peccare: quasi si non potest peccare, non potest causæ suæ inhærere: Cùm peccatum sit spreto incommutabili bono rebus mutabilibus inhærere. Spernere autem, vel non spernere, est ex libertate arbitrij.

Secundum etiam argumentum non valet, puta si gratia confirmationis vteretur creatura in naturam, ita quòd ex principiis essentialibus haberet non posse peccare, tunc nõ haberet ex aliquo dono accidentali & gratia, nõ posse deficere & peccare, sed haberet hoc per naturam, & tunc esset Deus, quòd esset absurdum. Hãc solutionem tangit S. Tho. vbi supra, in solutione vltimi argumenti, cum dicit, quod quandocunque alicui creaturæ conuenit aliquod accidens, quod ex influentia superioris tantummodò inest non potest inferior natura illud accidens per se habere, nisi efficeretur naturæ superioris. Sicut si aër illuminatur in actu per ignem non potest esse, quòd sit de natura sua lucidus in actu, nisi fiat ignis.

*Gratia est quoddam spirituale lumen & similitudo increati luminis.*

Dico ergo, quod cùm confirmatio insit creaturæ rationali solùm per gratiam, quæ est quoddam spirituale lumen, & similitudo increati luminis, non potest esse, quod aliqua creatura ex natura sua cõfirmationem habeat vel gratiam nisi efficeretur Diuinæ naturæ per esse, dicamus eiusdem naturæ. quod est omnino impossibile Concludamus, quòd non posse peccare, per naturam Deo tantummodo conuenit, eò quòd sicut abesse deficere non potest, cùm dat omnibus

ribus esse, ita nec à rectitudine bonitatis deficere, cùm hoc ei conueniat per conditionem suæ naturæ: Omnibus autē aliis, qui hoc habent, vt peccare non possint, confertur ex hoc, quòd confirmantur per gratiam in bono: ex quo filij Dei efficiūtur, & quodammodo Diuinæ naturæ consortes.

*Declaratur quæstio super duas permissiones Diuinas, quas Deus iustè permisit, videlicet, Diabolum auctorem omnis mali peccare, simul & primos parentes cadere ex quibus Maleficorum opera iustè permittuntur.*

## QVÆSTIO XIII.

*De Angelorum & hominum lapsu.*

SECVNDA quæstio simul & propositio, quòd Deus iustè permisit quasdam creaturas Angelicas, quas aliter condere nō potuit, nisi quòd peccare possent, etiam actu peccare. Et quasdam simili modo creatas, per gratiam præseruare, & hoc absque præuia tentatione. Hominem verò iustè permittit & tentare & peccare, quę omnia sic declarantur. Nam ad prouidentiam Diuinam pertinet, vt vnum quoque in sua natura relinquatur, & in suis naturalibus operibus non omnino impediatur, quia vt Dion. dicit in 4. ca. de diuin. no. Prouidentia non est corruptiua naturæ, sed saluatiua. Quo stante, cùm manifestum sit, quòd sicut bonum gentis diuinius est, quàm bonum vnius. 1. Ethic. Ita & bonum vniuersi excedit bonum particulare cuiuscunque naturæ creati in particulari. Ideò etiam attendere oportet, quòd si peccatum hominum impediretur, per hoc multi gradus tollerentur perfectionis: Tollerentur enim natura illa, quæ potest peccare & non peccare: Quod si dicatur, tamen habuisset homo ex conditione naturæ, vt prius tactum est.

*Nisi peccatum veniſſet, lateret gratia.*

Respondetur, si nullū peccatū fuisset subsecutū in actu, sed statim confirmatio, tunc semper lateret quid gratię deberetur in bonis erga Deum, & quid potestas peccandi potuisset, & plura alia, quibus ablatis vtique vniuerso multùm detraheretur. Decuit etiā vt nullo suggerente ab extra peccaret, nempe occasionem peccandi ex seipso suscipere, quòd & fecit, vbi Deo æqualis esse voluit. Quod est intelligendū

*Quomodo Angeli lapsi voluerint Deo æquales esse.*

non similiter & directè, nec indirectè, sed solùm secundum quid & hoc declaratur propter auctoritatem. Esaiæ 34. In cœlo ascendam, & simili ero altissimo. Non enim simpliciter & directè, quia sic habuisset intellectum ligatum & erroneum: appetendo aliquid quod sibi erat impossibile. Cognouit enim se esse creaturam, & à Deo creatum, & ideò æqualem fieri creatori, cognouit hoc sibi esse impossibile. Nec etiam indirectè, quia, cùm totum bonum Angeli & creaturę est in hoc, quòd Deo subest: sicut tota claritas aëris est in hoc quòd subiicitur radiis Solis: ideò hoc ab Angelo nõ potuit appeti, quia appetiisset cõtra bonũ naturæ: Sed appetiit Dei æqualitatem non absolutè, sed secundum quid: Hoc sic est, cùm Deus habet per naturam suam duo, beatitudinem & bonitatem, & aliud, & quòd ab ipso omnis creaturæ beatitudo & bonitas transfunditur. Videns Angelus dignitatem naturæ suæ, quæ à creatutis cunctis præeminebat, voluit & appetiit à se in omnia inferiora beatitudinem & bonitatem deriuari. Et hoc per sua naturalia, ita quod ipse primò illa ex natura haberet, & sic aliæ creaturæ, ex nobilitate suę naturę acciperent. Et quod etiam illa appetiit à Deo, & sub Deo volens esse, dummodò ista haberet. Et ideò nec etiam quantùm ad modũ habendi Deo æquiparari voluit, sed tantummodò secundum quid.

*Diabolus voluit sub Deo esse, sed ipse inferioribus Deus esse.*

Nota insuper, quòd quia suum desiderium attentauit vt ad actum perduceret, ideò subitò suum desiderium aliis exposuit: Et quia subitò etiam fuit aliorum Angelorum visio desiderij, & consensus peruersus sui desiderij: Ideò peccatum primi Angeli aliorum peccata excessit & pręcessit quantitate culpę, & causalitate, non tamen duratione. Ita quòd illud Apoc. 12. Draco de cœlo cędens, traxit tertiam partem stellarum. Et in figura Seuiathan habetur. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Et rex secundùm Philosophũ 5. Meta. dicitur principium, inquantum mouet per suam voluntatem & imperium sibi subiectos. Ideò & suum peccatum aliorum occasio peccandi fuit, ita quod ipse primus à nullo extrinseco tentatus alios extrinsecè tentauit.

*Primi Angeli peccatũ, aliorum Angelorum excessit.*

Et quidẽ quod dictũ est, q̃ instatanea operatio in omnibus illis fuit, exẽplificatur hoc ex sensibilib. Nã simul tẽpore sunt illuminatio aëris, visio coloris, & discretio rei visæ.

Hæc ad longum posui, vt considerando tam stupendam

permissio

permissionem Diuinam super nobilissimas creaturas, propter vnum duntaxat peccatum ambitionis, quomodo non particulares permissiones super Maleficorũ opera, propter maiora peccata, quantum ad aliquas circunstantias admittet? Nam Maleficorum peccata in variis circunstantiis peccatum Angeli, & primorum parentum excedunt, vt in secunda quæstione patebit.

*Maleficorum peccata primorum parẽtum peccata excedunt.*

Sed & hoc quòd prouidentia Dei iustè permisit primum hominem tentari & peccare, ex his quæ dicta sunt de trãsgressoribus Angelis satis patere potest. Sicut enim ad eundem finem homo & Angelus creati fuerunt, & in libertate arbitrij relicti: propterea vt beatitudinis præmium non absque merito perciperent. Ideò sicut Angelus à casu non fuit præseruatus, vt potestas peccandi ex vno & potestas gratiæ confirmationis ex altero ad decorem vniuersi pateseeret, ita & circa hominem seruari oportuit.

*De lapsu Adæ.*

Vnde & S. Tho. in 2. distinct. 20. art. 2. Illud ex quo Deus apparet laudabilis non debet penitus impediri, sed in peccato etiam Deus apparet laudabilis, cùm per misericordiam parcit, & per iustitiam ponit, vt non debuit peccatum impedire. Tantummodò breuiter & recapitulando ad propositum redeamus, dicamus quòd in iusta Dei prouidentia homo in his permissus est multis rationibus. Prima, vt ostendatur Dei potentia, qui solus inuertibilis est, omnis autem creatura mutabilis. Secunda autem ratio, vt declaretur Dei sapientia qui ex malo scit elicere bonum, quòd non potuit fieri nisi Deus creaturam peccare permisisset. Tertia, vt manifestetur Dei clementia, in qua Christus per mortem suã hominem perditum liberauit. Quarta, vt ostẽdatur Dei iustitia, quæ non solùm reddit bonis præmia, sed & malis supplicia: Quinta, vt homo non sit peioris cõditionis quàm aliæ creaturæ, quas omnes sic Deus administrat, vt eas agere propriis moribus sinat. Vnde & hominem proprio arbitrio relinquere debuit. Sexta est laus humana, laus enim viri iusti, quòd potuit, & non est transgressus. Septima est decor vniuersi, quia sicut triplex malum culpæ pœnæ, & damni inueniuntur, ita ex opposito triplex bonum, scilicet honestum bonum, delectabile, & vtile decoratur. Nam culpa decoratur honestas, per pœnam delectabilitas, per damnum summa vtilitas. Et per hæc patet responsio ad argumenta.

*In peccato Deus apparet laudabilis.*

*Iustè à Deo hominem, in peccato permissum esse.*

*Triplex malũ & bonum.*

*Solutiones argumentorum.*

IAm ad primum, vbi dicitur: asserere quòd Diabolo permittatur potestas nocẽdi hominibus sit hæreticum. Oppositum potius patet, quia sicut asserere quòd Deus non permittat hominem ex libertate arbitrij peccare quando vult, est hæreticum. Ita asserere, quòd Deus peccatum dimittat inultum. Hoc autem fit per potestatem nocendi hominibus in vindictam malorum, & decorem vniuersi. Iuxta illud Aug. in lib. Soli loquiorum. Iussisti Domine & ita est, vt nunquam dedecus culpæ sit sine decore vindictæ.

*Nũquam dedecus culpæ, est sine decore vindictæ.*

Probatio denique argumenti non valet de sapiente protisore, qui excludit defectum & malum quantum potest. Quia aliud est de Deo, qui habet curam particularem, & de prouisione vniuersali. Nam prius ex malo non potest elicere bonum, sicut vniuersalis prouisor facit, vt per præcedentia patuit.

Ad secundum patuit, quòd tam potentia quàm bonitas & iustitia Diuina patescunt in hoc, quòd mala permittit. Vnde quando dicitur: Aut Deus potest mala impedire, aut non, dicitur quòd potest impedire, sed non debuit rationibus prætactis.

*Deus permittit mala fieri propter perfectionem vniuersi.*

Neque valet instantia, si dicatur, ergo vult mala fieri, cùm potest impedire, & non vult quia, vt in argumentis pro veritate tactum est, Deus non potest velle mala, neque vult mala fieri, neque vult malum non fieri, sed vult permittere malum fieri, & hoc propter perfectionem vniuersi.

Ad tertium Aug. & Philosoph. loquuntur de cognitione humana cui melius est nõ cognoscere mala & vilia, duplici de causa. Primò, quia per ea empeditur interdum à consideratione malorum, & hoc contingit, quia non possumus simul multa intelligere. Etiam & ea de causa: quòd cogitatio malorum peruertit interdum voluntatem in malum. Hæc autem in Deo locum non habent, quia intelligit omnia opera hominum & Malefi corum absque aliquo defectu.

Ad quartum: Apostolus curam Dei à bobus remouit, vt ostendat quòd quia creatura rationalis habet per liberũ arbitriũ dominium sui actus: vt dictum est: ideò vt ei imputetur aliquid ad culpam, vel ad meritum, & reddatur ei iuxta hoc pœna vel præmium, habet Deus specialem de eo prouidentiam, secundùm quæ irrationabilia non prouidentur.

Velle

Velle autem asserere, quòd indiuidua irrationabilium creaturarum ex illa auctoritate non pertinerent ad Diuinam prouidentiam, esset hæreticum: quia esset asserere: quod non omnia subjecta essent Diuinę prouidentiæ, contra Scripturæ sacræ commendationem super Diuinam sapientiam, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & esset error Rabbi Mosis, vt in argumentis pro veritate patuit.

Ad quintum, quia homo non est institutor naturæ, sed vtitur naturalibus operibus artis & virtutis ad suum vsū. Ideò prouidentia humana non se extendit ad necessaria, quæ ex natura proueniunt, vt quòd cras Sol oriatur. Ad quæ tamen se extendit prouidentia Dei, eò quòd ipse est actor naturæ. Vnde & defectus naturales, etiamsi ex cursu rerum naturalium prouenirent, adhuc Diuinæ prouidentiæ subiacerent. Quare & Democritus, & alij Philosophi naturales erauerunt, attribuentes soli necessitati materiæ, quicquid inferioribus accideret.

*Necessitati materia attribuere prouidentiam.*

Ad vltimum licet omnis pœna infligitur à Deo propter peccata, nō tamē semper maioribus peccatoribus maleficia infliguntur, vel quia Diabolus non vult, vt illos affligat & tentet, quos iustos titulo possidere se cernit, vel ideò vt non ad Deum accelerent. Iuxta illud: Multiplicatæ sunt infirmitates, posteà acceleraverunt, &c. Et quod omnis pœna infligitur à Deo, propter peccata, patet ex sequētib. quia iuxta Hieronymū: Quicquid patimur, peccatis nostris meremur.

*An maioribus peccatoribus maiora maleficia infligantur.*

Nunc declaratur, quòd peccata maleficorum grauiora sunt peccatis malorum Angelorum & primorum parentum. Vnde sicut innocentes puniuntur ex culpis parentum, ita etiam plures innocij damnificantur, & maleficiuntur propter peccata Maleficorum.

*Enormitas Maleficorum consideratur, & est tota materia prædicabilis.*

## QVAESTIO XIV.

QVED super enormitatem criminum quæritur, an Maleficorum flagitia cuncta mala, quæ Deus fieri finit, & vsque in præsens à principio mundi fieri permisit, tam in culpis, quàm in pœnis & damnis excedant. Et videtur quòd non, præcipuè quò ad

culpam. Nam peccatum quod quis committit, quòd facilitet vitare potuisset, excedit peccatum, quod alter committit, quod ita faciliter vitare non potuit. Patet per August. in lib. de ciuit. Dei. Magna est in peccando iniquitas, vbi est tanta in non peccando facilitas. Sed Adam & plures qui ex aliquo statu perfectionis, seu etiam gratiæ peccauerunt, faciliùs propter assistentiam gratiæ, peccata vitare potuissent, præsertim Adam, qui in gratia creatus fuerat: quàm plures Maleficæ, quæ huiusmodi dona non perceperunt, Ergo illorum peccata omnia Maleficorum flagitia excedunt.

Præterea quò ad pœnam, maiori culpæ maior pœna debetur, sed peccatum Adæ grauissimè punitum fuit in hoc, quòd, vt patet, in omnes posteros eius pœna cum culpa ostenditur in transfusione originalis peccati, Ergo eius peccatum grauius est omnibus aliis peccatis.

Præterea quò ad damnum. Nam iuxta August. Ex hoc aliquid est malum, quia adimit bonum. ergo vbi plus de bono amittitur, ibi maior culpa præcessit. Sed peccatum primi parentis maius damnum tam in naturalibus, quàm in gratuitis intulit, vbi nos innocentia & immortalitate priuauit, quòd nullum aliorum frequentium peccata intulit, ergo, &c.

*Probatur Maleficorum peccata, Adæ peccato enormiora.*

Sed econtra, id quod plures rationes mali includit, magis est malum, sed peccata Maleficarum sunt huiusmodi. Nã omnia mala in bonis naturæ & formæ procurare possunt, Deo permittente, vt ex Bulla Papæ deducitur. Præterea Adam peccauit solummodò faciendo illud quod est vtroque modo malũ, quia prohibitum, & quod non erat malum secundùm se: Sed Malefici, & alij peccatores peccant faciendo illud quod est vtroque modo malum & secundum se, & prohibitum, vt homicidia & alia multa prohibita. Vnde eorum peccata grauiora sunt aliis peccatis.

*Inuit, ac si Adam ignorantia peccarit.*

Pretereà peccatũ qđ fit ex certa malitia, est grauius peccato quod est p ignorãtiam. Sed Maleficæ ex magna malitia cõtennũt fidẽ & sacramẽta fidei, prout plures cõfessæ sunt.

Responsio, quòd mala quæ à modernis Maleficis perpetrantur cuncta alia mala, quæ Deus vnquam fieri permisit, secundùm quod in titulo quæstionis tangitur, excedunt. Et hoc quo ad peccata, quæ contingunt in peruersitate eorum, licèt secus sit de peccatis, quæ opponuntur & aliis

virtuti

virtutibus Theologicis. Potest ostendi triplici via. Primò in generali, comparando eorũ opera indifferenter ad quæcunque flagitia mundi. Secundò in speciali, comparando ad species superstitionis, ex quocunque pacto cum Dæmonibus inito. Tertiò, comparando illa ad peccata malorum Angelorum, aut etiam primorum parentum.

*Bona & mala triplicia.*

Primum sic. Nam cùm triplex sit malum, videlicet culpæ, pœnæ, damni: eò quòd triplex sit bonum, cui illa opponuntur, scilicet honestum, delectabile, & vtile. Et culpæ opponitur honestum, pœnæ delectabile, damno vtile.

Quòd culpa Maleficarum excedit cuncta alia peccata; sic apparet. Nã iuxta doctrinam sancti Th. in 2. di. 22. ar. 2. Licet in peccato multæ possint considerari ex quibus peccati grauitas, vel etiam leuitas trahi potest. Vnde & contingit, quòd idem peccatum, quod secundùm vnum eorũ est grauius, secundùm aliud leuius inueniatur: prout dicere possumus, In fornicatione iuuenis peccat, senex insanit. Tamen illa simpliciter grauiora sunt, quæ plures & potentiores habent, non dico circunstantias solùm, sed in specie & quantitate peccati essentiali peccati grauitatem.

*In fornicatione iuuenis peccat, senex insanit.*

Et si dicere possumus, quòd licèt peccatũ Adæ, quantum ad aliquas circunstantias grauius sit omnibus aliis peccatis, quantum ad hoc quòd minori tentatione pulsatus cecidit, quia videlicet tantùm ab intrinseco. Et etiam quia facilius resistere potuisset, propter originalem iustitiam in qua creatus erat? Tamen quantum ad speciem & quantitatem peccati, & etiam quantum ad alias circunstantias, quæ peccatum magis agrauant, sicut multa grauiora peccata sunt secuta, ita & inter illa omnia Maleficorum excedunt: quod etiam clariùs ex duobus deducitur.

*Maleficorum peccata grauiora originali peccato.*

*Quot modis peccatum dicitur maius altero.*

Nam sicut vnũ peccatum dicitur maius altero. Vel carnalitate, vt peccatum Luciferi: Vel generalitate, vt peccatum Adæ. Vel deformitate, vt peccatum Iudæ, vel difficultate remittendi, vt peccatum in Spiritum sanctum: Vel periculo, vt peccatum ignorantiæ: Vel inseparabilitate. Vt peccatum cupiditatis: Vel pronitate vt peccatum carnis. Vel Diuinæ maiestatis offensione, vt peccatum Idololatriæ & infidelitatis. Vel expugnandi difficultate, vt superbia. Vel mẽtis cæcitate, vt ira. Ita & post peccatum Luciferi, omnia, alia peccata, Maleficorũ opera excedunt, tam in deformitate,

*Post peccatum Luciferi nullũ maius Maleficorum peccatum.*

crucifixum abnegantes, quàm & pronitate, spurcitias carnis cum Dæmonibus exercentes, ac mentes cæcitate, in omne nocumentum, tum animarum quàm corporum, hominum & iumentorum, toto malignitatis spiritu debacchantes, prout ex supradictis patuit.

Quod etiam secundum Isidorum nomen ostendit. Dicuntur enim Malefici ob facinorum magnitudinem, &c. vt suprà patuit.

*Quid sit peccatum.*

Deducitur & ex isto. Nam duo sunt in peccato, auersio, & conuersio, iuxta illud August. Peccatum est, spreto incommutabili bono, rebus mutabilibus inhærere. Et ipsa etiam auersio à Deo fit tanquã formale, sicut ipsa cõuersio tanquam materiale. Ideò tantò aliquod peccatum est grauius, quãtò magis homo per ipsũ à Deo separatur. Et quia per infidelitatem homo maximè à Deo elongatur, ideò & maius omnibus peccatis maleficium infidelitatis existit. Et hoc declaratur per nomen Hæresis, quod est etiã Apostasis à fide simul, & quod tota earum vita peccatum est.

*Quomodo Malefica fidem abnegent.*

De primo: nam cùm peccatum infidelitatis consistit in renitendo fidei. Et hoc potest dupliciter fieri, vel quia renititur fidei nondum susceptæ, aut susceptæ. Si primo modo, tunc est infidelitas Paganorum seu Gentilium: Si secũdo modo, tunc iterum dupliciter, quia aut renititur Christianæ fidei susceptæ in figura, aut in ipsa manifestatione veritatis. Primo modo est infidelitas Iudæorum. Secundo modo infidelitas Hæreticorum.

*Tres species infidelitatis.*

Vnde patet, quod hæresis Maleficarum inter tres species infidelitatis grauissima existit, quod etiã ratione & auctoritate comprobatur. Nam 2. Pet. 2. dicitur, Melius erat illis viam veritatis non cognoscere, quàm post cognitam, retrorsum conuerti. Ratio. Nam sicut grauiùs peccat, qui nõ implet quod promisit, quàm ille qui non implet hoc quod nunquam promisit. Ideò infidelitas Hæreticorũ, qui profitentur fidem Euangelij, & tamen ei renituntur, corrumpentes ipsam, grauius peccant quàm Iudæi & Pagani.

Et iterum. Iudæi grauiùs peccant quam Pagani, quia susceperunt fidei Christianę figuram in Veteri Lege, quã malè interpretãtes corrũpũt, quòd Pagani non faciũt: ideò etiã eorum infidelitas est grauius peccatum, quàm infidelitas Gentilium, qui nunquam fidem Euangelij susceperũt. De

secundo

secũdo quòd & Apostatæ, nuncupãtur. Nam secundũ Tho. secunda secundæ, q. 12. Apostasia importat quandam retrocessionem à Deo & religione, quæ fit per diuersos modos, quibus homo coniungitur Deo vel per fidem, vel per subiectam ad obediendum voluntatem, vel per religionem & clericatum. Secundùm quod dicit Raymũ. & Hostien. quòd Apostasia est temerarius à fidei statu, vel obedientiæ vel religionis excessus. Et cum remoto priori, remouetur posterius, sed non è conuerso. Ideò & prima alias duas excedit, scilicet, Apostasia à fide, præcedit à religione, de qua 48. dist. quantumlibet. 16. q. 1. legi non debet.

*Apostasia multiplex.*

Tamen secundùm Raymundum non iudicatur Apostata seu fugitiuus, etiam si ad longinqua diu euagetur, nisi postquàm sic viuit, quòd animũ redeũdi se deposuisse ostẽdit. ff. de re milit. l. desertorem. Et hoc fieret si vxorẽ, duceret, vel simile tale. Similiter & Apostasiam inobedientiæ, vbi quis spontè contemnit præcepta Ecclesiæ, & Prælatorũ. de qua 3. q. 4. alieni. Qui etiam infamis efficitur, repellitur à testimonio, & debet excommunicari, 11. q. 3. Si autẽ.

*Quis Apostata seu fugitiuus habẽdus. Clericus vxorem ducens Apostata est.*

Vnde & Apostasia, de qua loquimur super Apostasiam Maleficarũ. dicitur Apostasia perfidiæ, quæ & tãtò grauior quantò & cum inimico fidei rationis salutis per pactum expressum peragitur. Hoc enim habent facere Maleficæ & hoc inimicus ille exegit in toto vel in parte. Repertæ sunt enim per nos Inquisitores, quæ omnes fidei articulos abnegauerant, quasdam verò certos in numero, sem: per tamẽ confessionem veram & Sacramentalem habebant abnegare. Vnde & Iuliani Apostatæ perfidia non videtur tanta fuisse, licèt in alijs aduersus Ecclesiam maiora exercuisset, de qua & secundo. q. 7. non potest.

*Apostasia perfidiæ Maleficarum.*

*Iuliani Apostatæ perfidia minor Apostasia Maleficarum.*

Si quis verò incidẽtaliter quæreret: Quid si mẽte & corde fidem tenerent, quorum scrutator solùm Deus est, & nõ quæcunq; Angelica creatura, vt suprà patuit: faceret tamẽ reuerentiam & obedientiam Diabolo per actus exteriores. Dicendum videtur, quod cum Apostasia perfidiæ dupliciter potest fieri, per actus infidelitatis exteriores, absq; expresso pactõ cum Dæmone inito, sicut qui in terris infidelium Mahumeticam vitam assumeret: aut in terris Christianorum cum expresso pacto, &c. Primi, vbi mente retinent fidem: facta tamẽ exteriori negãt, licet non sint Apostatæ nec

*Hypocritæ non sunt Apostatæ. Salomon fuit Hypocrita.*

Hæretici, tamen mortaliter peccant. Sic enim Salomõ diis suarum vxorum reuerentiam exhibuit. Nec enim aliquis excusatur, si ex metu hoc faceret, quia secundùm Aug. Sanctius est mori fame, quam vesci idolatricis, (aliqui habent satius) 33. q. 3. Satius Malefici autem quantũcunq; fidẽ retinent corde, & abnegant ore. Apostatæ tamen iudicantur eo ꝙ fœdus cum morte, & pactum cum inferno pepigerũt.

*Malefici pactum cum inferno pangũt.*

Vnde & S. Tho. in 2. dist. 4. art. vlt. Loquens de similibus operibus magicis. Et qui quocunq; modo auxilium petunt à Dæmonibus, dicit: In omnibus est apostasia à fide, propter actum initum cum Dæmone, vel verbotenus si inuocatio interfit, vel, facto aliquo, etiam si sacrificia desint. Non enim potest homo duobus dominis seruire.

*Vtrum magi & astronomi fiat apostata.*

Ad idem Albertus vbi suprà dist. 8. vbi quæritur: Vtrum Magicis, & Mathematicis intendere sit peccatum & apostasia à fide. Ita respondit: In talibus est semper apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes fiant tunc apertum pactum initur cum Dæmone, & tunc est aperta apostasia verborum. Si autem nõ fit nisi operę simplici, tunc est apostasia operis. Et quia in his omnibus semper est fidei contumelia, quia expectatur à Dæmone quod expectandum est à Deo, ideò semper apostasia iudicatur. Ecce quam clarè duplicem apostasiam ponunt, tertiam subintelligentes, scilicet, cordis: quę si desit, tamen Maleficæ verbis & operibus apostatrices iudicantur. Pœnis ergo, vt patebit, & Hęreticorum & Apostatarum subjacere debent.

*Quando expectatur à Dæmone quod expectandum à Deo, est apostasia.*

Et est tertia criminis enormitas præ cunctis aliis hęresibus in eis. Nã si iuxta Aug. omnis infidelium vita peccatũ est. 18. q. 1. §. 2. & est glossa super illud Roman. 14. Omne ꝙ non est ex fide peccatum est. Quid iudicandũ est de tota vita, id est, de omnibus aliis operibus Maleficarum, quæ tamen non ad complacentiam Dæmonum fiant, sicut ieiunare, Ecclesias frequentare, communicare, & sic de aliis. In omnibus enim peccant mortaliter, ꝙ sic declaratur. Tanta est enim labes huius peccati, ꝙ facultatem resurgendi licèt non ex toto amputant eò quòd peccatũ non corrũpit totum bonũ naturę, & lumẽ naturale in eis remanet. Tamẽ propter præstitum homagium, nisi ab illo absoluantur, omnia eorum opera etiam de genere bonorum sunt potiùs de genere malorum, quod in aliis infidelibus non cernitur.

*Peccatum non corrumpit totum bonum naturæ.*

Nam

Nam secundùm Thomam secunda secundæ, quæst. 10. An omnis actio infidelis sit peccatum? dicit q̃ quamuis opera infidelium, quæ sunt de genere bonorum, vt ieiunia, eleemosynæ & huiusmodi non sint eis meritoria, propter infidelitatem, quæ est grauissimum peccatum: tamen quia peccatum non corrumpit totũ bonum naturæ, sed remanet in eis lumen naturale. Ideò non omnis actus eorũ est mortale peccatum, sed actus procedens ex ipsa infidelitate, vel relatus ad ipsam, etiam si sit de genere bonorum: puta, Saracenus ieiunat, vt seruet legem Mahumeti de ieiunio mandantem: Iudæus seruat suas festiuitates, & huiusmodi: in his est mortale. Et sic intelligitur illud Augustini suprà allegatum: Omnis infidelium vita peccatum est.

*An omnis actio infidelis sit peccatum.*

## *Quod Maleficæ grauissimas merentur pœnas vltra omnes flagitiosos mundi.*

DEnique Maleficorum flagitia, cuncta aliorum peccata excedunt: quantum ad demeritum pœnæ, declaratur. Primò quò ad pœnam Hæreticis infligendam. Secundò, quò ad pœnam Apostatis inferendam. Nam Hæretici duplici pœna puniuntur, secundùm Raymun. scilicet excommunicatione, depositione, rerum ablatione & corporali morte. De quibus omnibus lector inueniet super primum de sent. excommunic. Nouerit. & super secundum. 24. q. 1. Qui contra pacem, & tertium, dist. 8. quo iure. 23. q. 7. c. 1. & seq. super 4. eod. tit. scilicet de Hæreticis, Excommunicamus. 1. & 2. Imò & grauissimas incurrunt pœnas credentes, receptatores, fautores & defensores. Nam vltra pœnam excommunicationis illis inflictam. Hæretici cum fauoribus & defensoribus suis, & receptatoribus, & ipsorum filij, vsque ad secundam generationem per lineam paternam, per lineam verò maternam, vsque ad primum gradum, ad nullum beneficium, vel officium Ecclesiasticum admittuntur: vt eodem tit. quicunque, & c. statutum. lib. 6. Sed super tertiam pœnam, si Hæretici habent filios Catholicos, priuantur paterna hæreditate in detestationem criminis, & super quartam pœnam, si post deprehensionem erroris continuò non velit reuerti, & hæresim abiurare, subitè debet comburi, si laicus est. Falsarij. n. pecuniæ statim

*Hæreticorum pœna multiplex.*

*Pœna hæreticorum in hæredes vergit.*

*Processus ad ignem.*

ſtatim morti traduntur, quantò magis falſarij Fidei. Si verò clericus: poſt ſolennem degradationem relinquitur curiæ ſeculari occidendus. Si autem reuertatur ad fidem, detrudi debet in perpetuum carcerem: de hæreticis. Excommunicamus, primo, & ſecundo, & hoc de rigore iuris. Mitiùs tamen agitur cùm eis poſt abiurationem, quàm ad arbitrium Epiſcopi & Inquiſitoris facere debent, prout in tertia parte operis patebit, vbi de variis modis ſententiandi tales tractatur, quis etiam dicatur deprehenſus & conuictus, etiam relapſus.

*Maleficæ auſterius quàm Hæretici puniendæ.*

His autem modis mulctare maleficas non videtur ſufficere, cùm non ſint ſimplices hæreticæ, ſed apoſtatæ, & vltra hoc quòd in ipſa apoſtaſia non hominibus propter metum, carnis oblectamenta fidem abnegant, vt ſuprà tactum eſt: Sed ipſis Dæmonibus vltra abnegationem, homagium, corpora, & animas offerendo præſtant. Ex quibus ſatis probabile videtur, quòd quantumcunque pœniteant, & ac fidē reuertantur, non debent ſicut alij hæretici carceribus perpetuis mancipari, ſed vltimo ſupplicio puniri: & hoc etiam propter damna temporalia, hominibus & iumentis variis modis illata leges imperant, vt patet C. de maleficiis. l. nullus. l. nemo. & l. culpa. Et eſt ſimilis culpa prohibita diſcere & docere. Et loquuntur leges ſuper ſortilegos: quantò magis ſuper maleficos: vbi dicunt, quòd pœna illorum eſt bonorum publicatio & decapitatio. Et ſi quis tali arte mulierem ad luxuriam prouocauerit, vel è conuerſo, beſtiis exponitur, vt dicitur ibidem. l. multi. Et de his in prima quæſtione tactum eſt.

*Declaratur, quòd propter peccata Maleficarum innoxij ſæpè maleficantur, etiam interdum propter peccata propria.*

QVAESTIO XV.

SED hoc, quòd Diuina permiſſione plures innoxij damnificantur & puniuntur in præmiſſis nocumentis, propter aliena peccata Maleficarum, & non propter culpas proprias. Nec alicui hoc videatur inconueniens, oſtendit S. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 64. 8. Hoc fieri iuſtè à Deo: loquendo de pœnis præſentis vitæ triplici ratione. Primò quidem, quòd vnus homo

homo est res alterius, & sicut quis punitur in rebus, ita & in pœnam alterius aliquis puniri potest. Nam filij secundum corpus, sunt quædam res patris, & serui & animalia, res dominorum, & sic filij puniuntur quandoque pro parētibus. Sicut filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit quam citius: Et animalia Amalechitarum iussa sunt interfici. Quamuis & in huiusmodi sit ratio mystica, vt habetur 1.q.4 §. paruulos.

*Triplici modo puniuntur quæ iussè ob aliena peccata.*

Secundò, quia peccatum vnius deriuatur in alterum, & hoc dupliciter. Per imitationem, sicut filij imitantur peccata parentum, & serui & subditi peccata dominorum, vt audacius peccent: vt fit in rebus malè acquisitis, in quibus filij succedunt, serui in latrocinijs & guerris iniustis: vnde sæpius interficiuntur. Et subditi prælatorum audacius peccant, dum eos peccare cernunt. etiamsi eadem peccata nō committunt, vnde & iustè puniuntur.

*Peccatores imitantes puniuntur eam imitatorib⁹.*

Deriuatur etiam peccatum vnius in alterū per modum meriti, vt subditorum in malum prælatum, id est, q̄ peccata subditorum merentur peccatorē prælatum, secundū illud Iob: Regnare facit Hypocrita propter peccata populi.

Deriuatur etiam peccatum, & consequenter pœna per aliquem consensum vel dissimilitudinem. Hoc est, quando superiores peccata non redarguūt, tunc sæpissimè boni cū malis puniuntur, vt dicit Aug. in primo de ciui. Dei. Exemplum: vbi inter nos inquisitores vnius reperit quoddā oppidum mortalitate hominum quasi destitutū, & vbi fama volebat, q̄ quædā mulier sepulta, linteamē, in quo sepulta erat, successiuè deglutiret, & q̄ pestis cessare nō posset, nisi ex integro linteamen deglutiendo ad ventrem consumpsisset. Habito consilio desuper, Scultetus cū præfecto ciuitatis sepulchrum effodientes, inuenerunt quasi dimidietatem linteaminis per os & collum vsque in ventrem immissam & consumptam. Quo viso, motus Scultetus, gladium extraxit, & caput amputando extra foueam proiecit, sicq; subitò pestis cessauit. Ex quibus vtique, diuina permissione, peccata illius vetulæ super innoxios, propter dissimulationem præcedentium punita fuerunt. Nam præhabita inquisitione repertum fuit, ipsam longo tempore vitæ suæ sortilegam & magam fuisse. Exemplum etiam de punitione Dauid in enumeratione populi per pestem.

*De muliere mortua, quæ linteamē deglutiendo, pestem præcauit.*

Tertiò

*Puniuntur coniunctum homines vt videāt eosdem esse omnes.*

Tertio fit Diuina permissione, vt humanæ societatis vnio commendetur, ex qua vnus homo debet pro alio sollicitus esse, vt non peccet, & ad detestationem peccati, dum scilicet pœna vnius redundat in omnes, quasi omnes sint vnum corpus. Exemplum de peccato Achan. Iosue. 7.

Possumus adhuc addere duos modos: prout puniuntur mali interdū per bonos, interdum etiam per alios malos. Nam vt Gratia. dicit 23. q. 5. §. vltim. Aliquādo Deus punit malos, per legitimam potestatem gerentes ex mādato suo & hoc dupliciter. Interdum cum merito punientium, sicut puniuit peccata Chananæorum per populum suum: Interdum absque peccato punientiū, sed etiam in ipsorum pœnam, sicut tribum Beniamin puniuit & deleuit vsque ad paucos. Aliquando punit etiam per populos suos, iussu seu permissione excitatos, non tamē intendentes Deo obsequi, sed suæ satisfacere cupiditati, & ideo cum sui damnatione sicut iam punit populum suum per Turcas, & sæpiùs ante per alienigenas etiam in Veteri lege.

*Pro flagellis vtitur Deus operæ infidelium.*

Sed nota quòd quæcūque de causa quis puniatur, si nō sustinet patienter pœnas, tunc sunt flagella, non ad satisfactionem, sed ad vindictam tantùm, id est, punitionem. Iuxta illud Deuter. 32. Ignis scilicet pœnæ temporalis succensus est in furore meo, id est, in punitione: (cùm tamen in Deo aliàs furor non sit) & ardebit vsque ad inferni nouissima, id est, vindicta hic incipiet & ardebit vsque ad extremam dānationem, vt exponit Aug. & habetur de pœn. dist. 4. §. auctoritas. Sed si patienter ferātur ipsa flagella, & sint patientes in statu gratiæ, habēt locum satisfactionis, vt dicit Th. in 4. Etiamsi quis puniretur à Iudice propter maleficium commissum vel etiā malefica, & hoc secūdùm plus & minus, secundū deuotionem patientis & qualitatem criminis.

*Sustinens patienter pœnas satisfacit pro culpa.*

Mors autem naturalis cùm sit vltimum terribilium non tamen est satisfactoria, quia per naturam inoleuit in pœnam originalis peccati. Licet secundum Scotum etiam voluntariè & cum deuotione expectata, & Deo oblata in sua amaritudine possit fieri aliquo modo satisfactoria. Mors tamen violenta, siue quis eam metuit siue non, semper est satisfactoria, si patiēter sustineatur & in gratia. Et hæc quidem, quò ad pœnas propter aliorum peccata inflictas.

*Mors vltimū terribilium.*

*Mors sit etiam satisfactoria.*

Propter propria autē etiā Dens flagellat in vita præsent

& ipse

& specialiter circa maleficia inferenda, Nam Tobię 7. Super illos qui libidini deseruiunt, Diabolus accipit potestatem: quod etiam ex præcedentibus patuit, declarando maleficia circa membra & potentias generatiuæ potentiæ quæ Deus amplius permittit maleficiari.

Attamen ad prædicandum populo notandū, quòd præmissis punitionibus non obstantibus, secundùm quos Deus pro culpis alienis, siue propriis punit, hanc regulam iuris pro fundamento teneat, & populo proponat, quæ dicit: Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. Extra de reg. iur. Et hæc regula locum habet in iudicio poli, id est, Dei, & in iudicio fori, id est, in foro humano, siue seculari, siue ecclesiastico.

*Sine culpa nisi subsit causa nemo est puniendus.*

Declara de iudicio poli. Nam Deus duplici pœna spirituali & temporali punit. In prima inuenitur, quòd nūquam sine culpa. In secunda inuenitur, quòd interdum benè sine culpa, sed non sine causa. De prima spirituali pœna, quæ cū est triplex, scilicet subtractio gratiæ, vnde sequitur obduratio in præstitis, non fit sine culpa propria. Secunda pœna damni, id est priuationis gloriæ, hæc etiam nunquam infligitur sine culpa propria, vt in adultis, vel contracta, vt in paruulis in originali decedentibus. Tertia pœna sensus, id est, cruciatio ignis infernalis, etiam patet. Vnde quod dicitur Exo. 20. Ego dominus zelotes, visitans peccata patrū in filios vsque in tertiam & quartam generationem, intelligitur de imitatoribus paternorum scelerum, vt exponit Gratianus, 1. quæst. 4 §. quibus. Vbi etiam dat alias expositiones, De secunda autem pœna temporali punit Deus.

*Pœna subtractionis gratiæ, pœna priuationis gloriæ.*

Primò propter culpam alterius, vt suprà tactū est, triplici ratione, vel etiam sine culpa aliena & propria, sed nō sine causa, vel etiam ex culpa propria & non aliena: Quòd si vis scire causas propter quas Deus punit, & tamen, absque culpa aliena & propria, videas quinque modos, quos ponit magister in 4. dist. 17. c. 2. Et recipe tres primas causas: Reliquas duas accipe, pro culpis propriis.

Nam dicit, quinque de causis Deus hominem flagellat in vita præsenti, siue pœnas infert. Primo, vt Deus glorificetur. Et hoc fit, quando miraculosè remouetur pœna siue flagellum. Exemplum de cæco nato. Ioan. 9. de Lazaro resuscitato. Ioan. 11.

*Quinque causæ cur Deus flagellet.*

Secun

*Deus punit vt meritum cumuletur per exercitium patientiæ.*

Secundò, si primum desit, immittitur tamen vt meritum cumuletur per exercitium patientiæ, ac etiam vt virtus latès intus, alijs manifestetur. Exemplũ in Iob 1. & Tobiæ 2.

Tertiò, vt virtus conseruetur per humiliationem flagellorum. Exemplũ in Paulo, qui de se dicit 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. Angelus Satanæ: Qui stimulus, secundũ Remi, fuit hæc infirmitas corporalis. Hæ sunt causæ sine culpa.

Quartò, vt æterna damnatio hic inchoëtur, vt scilicet aliqualiter ostẽdatur, quid in inferno patietur. Exemplum in Herode, Act. 12. & in Antiocho 2. Macha. 9.

Quintò, vt homo purificetur, vel per expulsionem culpæ, cùm scilicet, ea flagellis conteritur. Exemplum de Maria sorore Aaron, Num. 13. lepra infecta, & Israëlitis prostratis in deserto, secundùm Hieron. 23. q. 4. quid ergo. Vel ad satisfactionem pœnæ. Exemplum in Dauid, qui post remissionem adulterij commissi, quò ad culpam in pœnam fuit expulsus de regno, vt patet in 2. Regum. Quod notat Gregor. de pœn. dist. 1. si peccatum Dauid. Posset etiam dici, omnem pœnam quam patimur procedere ex culpa nostra; saltem originali, cum qua nascimur, quia ipsa est causa omnium causalitatum. ar. distin. 5. ad eius.

*Originale est causa omniũ causalitatũ.*

Sed & tertia pœna, quæ & damni, loquendo de illa quò ad æternam damnationem, quam in futuro sustinebunt nemo ambigat, quin super omnes damnatos in pœnis super sensibilibus cruciabuntur. Sicut enim gratiæ visio in patria ita mortali culpæ pœna in inferno succedit. Et sicut gradus beatitudinis in patria commensurantur iuxta gradus charitatis, & gratiæ in via, ita & mensura suppliciorum in inferno iuxta mensuram criminum in via. Hoc est, quòd Deutero. 25. dicitur: Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Et sic hoc in aliis peccatis omnibus, tamen in speciali Maleficis hoc conuenit, quòd ad Heb. 10. tangitur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. Hæc sunt propria Maleficarum, fidem abnegantium, & per diuinissimum sacramentum plurima maleficia, vt iam in secunda parte patebit exercentium.

Declara

*Declaratur in speciali Veritas præmissa: comparando opera maleficarum ad alias superstitionis species.*

## QVÆSTIO XVI.

PRæmissa denique veritas, quò ad enormitatem criminum in maleficiis probatur per comparationem ad alia opera Magorum & Diuinatorum. Nam cùm quatuordecim sint species circa opera superstitiosa, ex triplici genere Diuinationum. Quorum primũ fit per manifestam Dæmonum inuocationem. Secundum per tacitam solam considerationẽ dispositionis, vel motus alicuius rei, vt syderum, dierum, horarum & huiusmodi. Tertium per considerationem alicuius factus humani ad inquirendum aliquid occultum, quæ Sortium nomen habent.

Et species primi generis diuinationis, quæ fit per expressam Dæmonũ inuocationẽ, sint Præstigiũ, Diuinatio somniorum, Necromantia, Diuinatio pythonica, Geomantia, Hydromancia, Aeromantia, Piromantia, & Ariolorum cultus. Thom. secunda secundæ. q. 95. & 26. q. 5. igitur. & q. 5. nec mirum. Species denique secundi generis Genethliaci, Aruspices, Augures, Omen obseruantes, Chiromantia, & Spatulamantia.

*Species expressæ inuocationis Dæmonũ.*

*Spatulamãtia.*

Species etiam tertij generis variantur, secundum omnia illa quæ Sortium nomen habent, ad inquirendum aliquid occultum, scilicet, per considerationem punctorum, festucarum, figurarum in plumbo liquefactarum. Et de his Tho. vbi suprà, & 26. quæst. 2. & q. 4. per totum.

*Figura in plumbo liquefacta.*

Tamen hæc omnia crimina, maleficarum flagitia excedunt: quod de præstantioribus speciebus deducitur: Vnde & de minoribus non difficultatur.

Nam in prima specie, vbi aliqui præstigiosi quibusdam apparitionibus sensus humanos decipiunt, vt res corporalis aliter sentiatur per sensum visus aut tactus, vt in præcedentibus tactum est de modo præstringendi. Maleficæ his non contentæ circa membra generatiuæ potentiæ, illa interdum præstigiosa apparitione auferendo, licet non in rerum veritate, etiam ipsam generatiuam potentiam pluries auferũt,

*Quod maleficiet etiam sint Præstigiatores.*

ne mulier concipere aut vir actum exercere valeat, etiam remanente membro: absq; præstigiosa illusione potest cõceptum, etiam abortum procurant, sæpéque procurant cum innumeris aliis malis: in diuersis etiam formis bestiarum apparent, vt in superioribus patuit.

*Maleficos esse Necromanticos.*

In secunda denique specie, quæ & Necromantia dicitur, & fit per mortuorum apparitionem, vel locutionem, cùm vt dicitur 3. libr. Ethi. Nekros Græcè, mors dicitur Latinè, mantia verò diuinatio. Faciunt autem talia per sanguinem hominis, aut alicuius animalis, super quibusdam characteribus scientes Dęmonem sanguinem amare, id est, eius effusionem, & peccata. Vnde fit vbi mortuos ab inferis se vocare putant, ad respondendum ad interrogata, Dęmones in eorum similitudinibus apparentes, talia exercent. Et huiusmodi artis erat illa magna Pythonissa, de qua 1. Reg. 28. quæ ad instantiam Saulis Samuelem suscitauit.

*De Phythonissa Saulu.*

Nec ex hoc putet quis talia esse licita, quòd Scriptura commemorat animam iusti Prophetæ ab inferis vocatam, Sauli euentum futuri belli, etiam per mulierẽ Pythonissam apparuisse. Quia vt Aug. dicit ad Simplicianum: Non est absurdum credere aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica, vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam & Saulem latebat, se iusti spiritus ostenderet regis aspectibus, diuina cum sentẽtia percussurus. Vel non verè spiritus Samuelis à sua requie est excitatus, sed aliquod phantasma, & illusio Dæmonum imaginaria Diaboli machinationibus est facta, quam appellat Samuelem scriptura, sicut imagines solẽt suarum rerũ nominibus appellari. Hæc ex respõsione cuiusdã argumẽti, super quęstionẽ. An diuinatio, quę fit inuocatione Dęmonũ, sit illicita 2. secund. q. 95. ar. 4. Ad secundũ. Sed si lectori placet, videat responsionem super vltimum argumentum quæstionis, An gradus prophetiæ, sint in beatis in eadem summa. q. 174. Inspiciat etiam dictum Augustini. 26. q. 5. Nec mirum. Sed hæc parum ad maleficarum opera, quæ nullam in se retinent speciem pietatis, vt intuenti eorum opera patet, sanguinem innocentem fũdere non cessantes, occulta quæque Diabolicis instructionibus manifestantes, nec viuis aut mortuis parcũt, vbi animas cum corporibus interimunt.

*De apparitione Spiritus Samuelis.*

In tertia denique specie, quæ & somniorum diuinatio dicitur

dicitur, dupliciter obſeruatus. Primò, quando quis vtitur ſomnis, vt valeat aliquid occultũ inueſtigare ex reuelatione malorum ſpirituũ, cũ quibus habentur pacta expreſſa, quando ſcilicet ad hoc inuocãtur. Secũdò verò, quãdo quis vtitur ſomnis ad cognoſcendũ futura, ſecundũ quòd ſomnia procedũt ex reuelatione diuina, vel ex cauſa naturali intrinſeca, vel extrinſeca, quantum poteſt ſe extendere talis virtus, non erit illicita diuinatio. Hæc Thomas vbi ſuprà.

*Angelica reuelationes.*

Pro cuius intelligentia, vt Prædicatores nucleum ad minus habeant, nõtandum ad primum de Angelis: quòd cùm Angelus ſit limitatæ virtutis efficacius reuelare poteſt aliquid futurorũ animę diſpoſitæ quàm indiſpoſitæ. Diſpoſitio *De anima diſpoſita ad reuelationes.* aũt fit poſt ſedationem motuũ exteriorũ & interiorum, vt quando ſilentes ſunt noctes, & ſedati ſunt motus fumoſitatum, & hoc fit circa auroram, quando digeſtio eſt completa: & hoc dico de nobis peccatoribus ſimilibus quibus Angeli ex diuina pietate ad proſecutionem officij aliqua reuelant, aut tempore ſtudij in aurora intellectũ de occultis ſcripturarum informante. Præſidet enim Angelus bonus intellectui, ſicut Deus voluntati, & corpora cœleſtia noſtris corporibus, alijs autem perfectioribus quibuſcũque poteſt & quacũq; hora reuelare vigilando & dormiendo. Quamuis & iuxta Philoſophum in lib. de ſom. & vigil. ſunt magis aptæ recipere reuelationes, vt dictum eſt, vno tempore, quàm altero, prout cæteri Magi facere conſueuerunt.

*Naturales reuelationes.*

Ad ſecundũ nota, quòd ex naturali ſolicitudice naturæ de regimine corporis contingit, quòd quædam futura habent cauſam naturalem in homine ſomniante: & tunc illa ſomnia ſeu viſiones, ſunt tantummodò ſigna, & non cauſæ ſicut ex parte Angeli dictũ eſt, & hoc accidentium futurorũ in homine, vt ſanitatis, vel ægritudinis, vel periculi, &c. Et hæc eſt ſententia Ariſtot. vbi ſupr. Quia natura repręſentat in ſomniis animæ aliquas diſpoſitiones quæ ſunt in corde: ex quib⁹ poſteà cõtingit infirmitas, vel aliud, vt ſi quis ſomniat de occupationibus igneis, ſignũ eſt quòd in eo prędominatur cholera: ſi de aëris, vt de volatu & huiuſmodi, ſignũ eſt ſanguinis: ſi aquę, vel alterius liquoris aquei, ſignũ eſt phlegmatis: ſi de terrenis ſignũ eſt melancholię. Et ideò per ſomnia quandoq; iuuatur Medici, ad cognoſcẽdum diſpoſitiones corporis: (vt etiam dicit Philoſophus in eodem libro.)

*Somnia ſecũdum complexiones.*

*Somnia Maleficarum.*

Sed hæc iterum leuia sunt, per comparationem ad somnia à maleficis superstitiosè obseruata. Nam si corporaliter, vt sup. tactum est, nolunt transferre, sed tantum imaginariè cernere, quæ à consodalibus maleficis perpetrantur, reponere se habèt ad sinistrum latus in nomine sui Diaboli & omnium Dæmoniorum. Vnde fit, vt eis singula imaginaria visione repræsententur à simili. Si aliqua occulta scire pro se vel aliis hominibus volunt à Dæmonibus, per somnia instruũtur, nõ per tacita, sed per expressa cum eis pacta inita. Nec iterũ per quodcunque pactũ, quocunque modo per aliquod sacrificium alicuius animalis, seu sacrilegæ deprecationis, aut cultus etiam latriæ exhibitionis, sed se ipsas in anima, & corpore Dæmonibus offerentes, fidem penitùs sacrilego ore abnegantes. Nec his contentæ, etiam proprios aut alienos infantes Dæmonibus offerunt, aut interimunt, de quibus suprà habitum est.

*Oracula.*

In quarta denique specie quæ per Pythones, à Python, Apolline, iuxta Isidorum, qui auctor diuinandi dicitur fuisse, exercetur, non per somnia, aut per mortuorum allocutionem, sed per viuos, vt in arreptitiis, qui sic arrepti à Dæmonibus, vel voluntariè, aut inuoluntariè, ad prędicendum tantummodò futura, & non ad alia flagitia perpetranda agitantur, qualis fuit illa puella de qua Acto. 16. clamando post Apostolos, quòd essent veri serui Dei. Vnde indignatus Paulus, impetrauit spiritui exire ab ea: Patet quòd modica sit comparatio per respectum ad maleficas & eorũ opera, quæ vtiq; sic ob magnitudinem facinorum, & enormitatem criminum, iuxta Isidor. vt suprà habitum est, nuncupantur.

*Pythonissa in actis Apostolorum.*

Vnde causa breuitatis de aliis minoribus speciebus diuinationum hæc probare non expedit, vbi maiores excedere noscuntur. Nam vbi prædicatori placet applicare alias species, potest, vt Geomantiam, quæ fit circa corpus terrestre, vt in ferro vel lapide polito. Hydromantiam, quæ fit in aqua vel crystallo Æromantiam, quæ fit in aëre. Pyromantiam, quæ fit in igne. Ariolorum, quæ fit in viscеribus animaliũ immolatorũ in aris Dæmonuum. Licet hę omnes per expressã Dęmonũ inuocationem fiant, nulla tamen est comparatio ad maleficia Maleficarum, cùm ad nullum nocumentum hominum, iumentorũ & terrę frugum tendunt directè, sed ad futurorum prę cognitionem. De aliis etiam

*Geomantia.*
*Hydromantia.*
*Æromantia.*
*Pyromantia.*
*Arioli.*

specie

speciebus diuinationum, quæ cum tacita inuocatione, & etiam per tacitum, vt sic pactum erga Dæmones practicantur, vt sunt Genethliaci, seu Astrologi, sic dicti propter natalium considerationes. Aurispices, qui dies & horas obseruant. Augures, qui gustus & garritus auium & Omen, quo verba hominum obseruant. Et Chyromantici, qui ex lineamentis manum aut spatulis animalium diuinant. Si cui placet, inspiciat præceptorem Nider, circa secundum præceptum, & plura inueniet, quomodo sint licita, & quomodo non. Maleficarum verò opera nunquam sunt licita.

*Genethalici.*
*Aurispices.*
*Augures.*
*Omina.*
*Chiromantici.*

*Declaratiua quartæ decimæ, grauitatem criminis ad peccata quæcunque Dæmonum comparando.*

## QVAESTIO XVII.

SED & tanta est earum facinorum magnitudò, quòd etiam malorum Angelorum peccata & ruinam excedunt. Et si in culpis, quomodo non & in infernalibus suppliciis. Et hoc quidem ad culpas demonstrare, non est difficilè variis rationibus. Primò: nam licet coram peccatum sit irremissibile, hoc tamen non est propter magnitudinem criminis, habendo respectum ad eorũ naturalia, & præcipue secũdum opinionem illorũ, qui dicunt, eos tantùm in naturalibus & nunquam in gratuitis fuisse creatos. Et quia bonum gratiæ, excedit bonum naturæ, ideò illorũ peccata, qui à statu gratiæ cadunt, prout maleficæ fidem susceptam in baptismo abnegantes exstũt, eorum vtique peccata excedunt. Si verò dicamus eos in gratia fuisse creatos, licet non confirmatos, sic etiam maleficæ, licet non creatæ in gratia tamen à gratia sponte ceciderunt, sicut & illi volentes peccauerunt.

*Maleficas peccato Diabolus pares.*

*Diabolos solùm in naturalibus, non in gratuitis fuisse creatos.*

Secundò demonstratur, nam licet eorum peccatum sit irremissibile variis de causis aliis puta secũdum Aug. quia nullo suggerente peccauerunt, ideò nullo reparente redire debẽt. Vel secundum Damasc. contra Dei formã intellectu peccauerunt: & cognitio, quantò est nobilior, tantò peior est error. Seruus enim sciens voluntatem domini sui, &c. Vel

*Cur Diaboli peccatum irremissibile.*

*Diabolus semel tantùm vertibilis.*

iterum secundum eundem Damasc. quia Angelus malus nõ est susceptibilis pœnitentiæ, ideò nec veniæ, & hoc ex natura sua, quæ quia spiritualis, tantummodò semel est vertibilis, eò quòd se totam conuertit: quod in homine non fit, vbi caro semper repugnat spiritui. Vel iterum, quia excelso loco peccauit, vt in cœlo, homo autem in terra.

*Diabolus nullo metu pœnæ peccauit.*

His tamen non obstantibus eius culpa in multis aliis minoratur comparatiuè ad maleficarum flagitia. Primò, in hoc, quòd ille iuxta Anselmum, in quadam oratione nulla, præcedente delicti vindicta superbiens peccauit. Maleficæ verò post tantas pœnas sæpè multis aliis Maleficis inflicta, imò & post pœnas, quas percipiunt in Ecclesia, Diabolo occasione suę ruinæ inflictas, omnia hæc contemnũt, & nõ ad minima peccata mortalia, vt cæteri peccatores, qui ex infirmitate aut malitia absque habitu malitiæ peccant, sed ex profunda cordis malitia ad horrenda flagitia properant.

Secundò, quia licet triplex sit status mali Angeli, innocentiæ culpæ, & miseriæ seu pœnæ, ipse tamen sic ab innocentia semel tantùm cecidit, vt ad illam nunquam restitutus fuit. Peccator autem ad innocentiam per baptismum restitutus iterum ab illo cadens multum profundatur. Et super omnes ipsæ maleficæ, vt earum flagitia demonstrant.

*Quam non peccauit in redemptionem.*

Tertiò ille contra creatorem, nos autem, & super omnes ipsæ maleficæ contra creatorem & redemptorem, &c.

Quartò ille dereliquit Deum permittentem, videlicet eum peccare, & non pietate eum prosequentem, nos autem, & super omnes ipsæ maleficæ, peccatis elongamur, à Deo permittente, & ex pietate nos continuò prosequente, & beneficiis plurimis nos præueniente.

Quintò ille præstat in malitia Deo reprobante, & suam gratiam non apponente, nos miseri currimus in illam malitiam, Deo continuè reuocante.

Sextò, ille manet obduratus ad punientem, nos obdurati ad blandientem. Et si ambo contra Deum, tamen ille contra se requirentem, nos contra pro nobis morientem, quem vt pręnimus, super omnes maleficæ dehonestantes offendunt.

Solu

*Solutiones argumentorum etiam declarant veritatem per comparationem.*

AD argumenta. Ad primum patet reſponſio per ea, quæ in principio quæſtionis tacta ſunt. Vnde videlicet aliquod peccatũ debet cenſeri grauiùs altero, & quomodo peccata Maleficarum grauiora cunctis, quò ad culpã exiſtunt. Et aliud quò ad pœnam. Dicendum, quòd ſicut culpa Adæ, ita & eius pœna dupliciter conſideratur. Vel quò ad perſonam, vel quò ad naturam totam, videlicet poſteritatẽ ex eo ſequutam. Primo modo ſicut maiora peccata fuerũt poſt eum perpetrata, quia videlicet ipſe ſolummodò peccauit, faciendo illud quod erat malum, non ſecundum ſe, ſed quia prohibitum. Fornicationes verò, adulteria, & homicidia, vtroque modo mala ſunt, ſcilicet ſecundum ſe, & quia prohibita, ideò etiam grauior pœna eis debetur.

*Cur Adæ peccatum maximum.*

Secundo verò modo, licet maxima pœna primum peccatum ſequuta eſt, hoc tamen eſt per indirectum, inquantũ videlicet per eũ tota poſteritas originali peccato fuit infecta, eò quòd ipſe primus parens omniũ, pro quibus omnibus ſolus filius Dei ſatisfacere potuit potentia ordinata. Pro ſuo autem perſonali medietate diuina gratia pœnituit & ſaluatus per ſolutionem factam per Chriſtũ. Incomparabiliter aut peccata Maleficarum excedunt in grauitate, nõ contẽtæ de ſuis perſonalibus peccatis, & perditionibus, cùm etiam innumeras alias poſt ſe continuè trahunt.

Ad tertium dicendum ex præhibitis, q̃ hoc fuit per accidẽs in peccato Adæ quod maiorẽ læſionẽ intulit: hoc videlicet, quòd naturam integram inuenit, & quòd corruptam neceſſariò non voluntariè transfundere habuit, vnde non ſequitur, quòd ipſius peccatum ſimpliciter grauius cæteris fuit. Tum etiam, quia hæc idem etiam ſequentia peccata feciſſent, ſi talem naturam inueniſſent: ſicut & ſecundum mortale peccatum non grauat gratiam, eò quòd illã non inuenit, priuaret, autem ſi illam inueniret. Hæc eſt ſolutio S. Tho. in 2. d. 21. ar. 2. in ſolutione ſecundi argumenti, quã ſolutionem ſi quis ad plenum vult intelligere, habet conſiderare, quòd Adam originalem iuſtitiam ſi præſtitiſſet, non transfudiſſet in poſteros, prout Anſelm. opinabatur: quia etiam aliquis eum peccare potuiſſet. Videantur dicta Doct. diſt. 20. An pueri mox nati: fuiſſent in gratia confirmati. Item quoli. 10.

*Adæ peccatũ non excedit maleficarum crimen.*

*Adam ſi non peccaſſet, an qui nunc ſaluantur, ſaluati fuiſſet.*

An iidem qui nunc saluantur homines, saluati fuissent si Adam non peccasset.

*Sequitur modus Prædicandi, contra quinque argumenta laicorum, quibus probare videntur sparsim quòd Deus non permittat tantam potestatem Diabolo & maleficis, circa huiusmodi maleficia inferenda.*

## QVAESTIO XVIII.

SIT denique prædicator prouidus super certa argumenta laicorũ, vel etiã peritorũ quorundam, qui in tantum Maleficas esse negant quòd licet malitiã & potentiã Dæmonis, ad inferendũ ex suo desiderio huiusmodi mala, concedant, diuinam tamen permissionẽ non condescentẽ negant, nec volũt quòd Deus tanta fieri permittat. Et licet modũ arguendi non habeãt, & in tenebris sicut cæci palpitant, iam vnum, iam alterum mediũ tangendo, opus tamen est eorũ assertiones ad quinque argumenta reducere. Ex quibus vtique omnes eorum cauillationes procedere possunt. Et primò, quòd Deus non permittat Diabolo sub tanta potestate sæuire in homines.

Vtrum ad maleficialem effectum à Dæmone per Maleficam procurandum, semper habet concurrere diuina permissio. Et arguitur quinq; argumentis quòd Deus nõ permittit, vnde etiam maleficium nihil est in mundo. Et primum sumitur ex parte Dei. Secundum ex parte Diaboli. Tertium ex parte Maleficæ. Quartũ ex parte morbi. Quintum ex parte Prædicatorũ & Iudicum, quòd qui talia contra eas prædicant & iudicant, vtiq; nunquam securi essent.

*Impossibilitas ex parte Dei*

Primò sic, Deus punire potest hominem propter peccata, & punit gladio, fame, & mortalitate. Item diuersis alijs infirmitatibus varijs & innumeris, quibus humana conditio subiacet, vnde quia opus ei non est adiungere alias punitiones, ideò non permittit.

*Ex parte Satanæ.*

Secundò sic. Ex parte Diaboli, si vera essent quæ prædicãtur, quod videlicèt vim generatiuam impedire posset, vt videlicet mulier non concipiat, vel si cõcipiat, ꝙ abortum faciat

faciat vel si non abortum, quòd etiã post natos interficiãt vtique sic perimere possent per totũ mundum,& iterũ posset dici quòd opera Diaboli essent fortiora operibus Dei,scilicet sacramento matrimonij quod est opus Dei.

Tertiò ex parte hominis nã videmus si maleficium debet esse aliquid mundo,tũc aliquid homines plus aliis maleficientur. De quo si quæritur,vtique dicitur,hoc esse propter punitionẽ peccatorũ,sed hoc est falsum,ergo & illud quod maleficia sint in mũdo. Falsitas autẽ probatur ex eo,quia tunc maiores peccatores amplius punirentur,hoc est falsũ, cùm minus puniantur quam alij interdũ iusti:quod etiam cernitur in pueris innocẽtibus:qui asseruntur maleficiati. *Ex parte Maleficæ.*

Quartò potest addi & aliud argumentum ex parte Dei hoc quod quis impedire posset,& nõ impedit,sed fieri permittit, vtique iudicatur ex sua voluntate processisse. Sed Deus cùm sit summè bonus nõ potest velle malũ,ergo nõ potest permittere vt fiat malum,quòd ipse impedire potest.

Item ex parte morbi:defectus & infirmitates quæ dicuntur maleficiales,similes etiam sunt defectibus & infirmitatibus naturalibus,id est,quæ ex naturæ defectu procedunt. Quòd enim aliquis claudicat,excæcatur,vel rationem perdit,vel etiam moritur,ex defectu naturę contingere possũt. Vnde non possunt securè maleficis ascribi. *Ex parte Maleficiorum.*

Vltimò ex parte iudicum & prædicatorum,qui cùm talia aduersus Maleficas prædicant & practicant; vtique propter ingens odium à Maleficis contra eos cõceptum,nunquam essent securi. *Ex parte Iudicũ & prædicatorum.*

Sed contra argumenta sumantur ex quæstione prima; super tertium principale primæ partis tractatus, & proponãtur illa quę sunt magis ad populum,quomodo videlicet Deus permittit mala fieri,licet non velit malũ fieri,permittit autem propter admirabilẽ perfectionem vniuersi, quæ cõsideratur in hoc,quòd bona commendãtur eminẽtius & magis placent,& sunt laudabiliora, dum comparãtur malis,inducentur ibi auctoritates.Item,profunda Dei diuinæ sapientiæ, iustitiæ & bonitatis relucent, quæ aliàs essent occulta. *Quomodo Deus sinat malum fieri.*

Breuiter pro decisione quæstionis possunt colligi ex his, quę tractantur varia documenta, pro informatione populi,videlicet,quòd Deus iustè duos casus permisit, scilicet *Deus iustè permissi Angelos & primum hominẽ cadere.*

Angelorum, & primorum parentum: qui cùm sint maiores omnibus alij casibus non mirum si aliis minores permittãtur. Qualiter autem sint maiores, quò ad causalitatem, non quò ad alias circumstantias, secundum quas peccata Maleficarum. vt in quæstione tangitur, & malorum Angelorum & primorũ parentũ peccata excedunt, & quare Deus iustè permisit illos primos casus, tangitur in 2. q ex quibus plura colligere & dilatare potest ad suum placitum.

*Deo non conuenit Diaboli malitiam impedire.*

Sed ad respondendum super argumenta. Nam ad primũ cùm dicitur: Deus sufficienter punit per naturales infirmitates mortales, gladio & fame. Respondetur ex tribus. Primò, quòd Deus nõ limitauit suam virtutem ad naturalem processum aut etiam ad influentias corporum cœlestium, vt videlicet præter illa agere non possit, ideò & præter illa sæpissimè egit in punitionem peccaminum, mortalitates & alia inferendo, præter omnem influentium corporum, sicut in punitione peccati superbiæ in Dauid super mortalitatem inflictam populo, propter populi numerationem, &c.

Secundò hoc vtique congruit diuinæ sapientiæ, quæ cum rebus omnibus sic administrat, vt eas propriis motibus agere sinat. Ideò sicut nõ cõuenit malitiam Dæmonis omninò impedire, sed potiùs decet ipsam permittere, vt agat quantum ad bonum vniuersi spectare potest, licèt cõtinuò etiam refrenatur per bonos Angelos, vt non tãtum noceat, quantum nocere vellet. Ita etiam non conuenit malitiam humanam refrenare super ea, ad quæ ex libertate arbitrij potest, vt est fidem abnegare, & seipsum Dæmoni deuouere, quæ vtiq; facere in potestate sunt voluntatis humanæ. Ex quibus etiam duobus, cùm Deus maximè offenditur, iustè permittit ea quæ à Malefica desiderantur, & propter quæ fidem abnegauit, & ad quæ Diaboli potentia se extendit, vt est hominib. iumẽtis, & terræ frugibus posse nocere.

*Etiam malis Diabolus torqueter.*

Tertiò Deus iustè permittit illa mala fieri, per quæ Diabolus etiam per indirectum maximè torquetur, & summã recipit displicẽtiam. Sed per illa mala, quæ à Maleficis virtute Dæmonum fiunt per indirectũ Diabolus maximè torquetur, dum contra suam voluntatem Deus omnibus malis ad gloriam sui nominis, ad fidei commendationem, ad electorum purgationẽ, & cumulum meritorum vtitur. Certũ est enim, q̃ inter omnes displicẽtias, quas Diabolus ex su-

ſuperbia, quæ ſemper contra Deum exigit, iuxta illud, Superbia eorum qui te oderũt aſcẽdit ſemper) hæc præcipua eſt, quia ſibi diſplicet, q̃ Deus omnia ſua machinamẽta in ſui gloriã, &c. conuertit. Iuſtè ergo Deus cuncta permittit.

Ad ſecundũ ſuperiùs reſponſum eſt: & debet reſpondere ad duo, quæ includuntur in argumento ſcilicet, quòd nõ dicitur Diabolus fortior Deo, nec eius factura, imò cernitur quod minimæ virtutis exiſtit, cùm nihil poſſit niſi permiſſione diuina, vnde eius virtus poteſt dici minima, comparãdo ad diuinam permiſſionem, licet ſit maxima comparãdo ad virtutes corporales, quas naturaliter excedit, iuxta illud ſæpè allegatum, Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari. Iob 41.

*Cur generatiuã vim Deus permittat impedire.*

Alterum ad quod reſpondendum. Cur videlicet Deus potiùs ſuper vim generatiuam permittit maleficia fieri quam ſuper alios actus humanos. De quibus etiam ſuprà tactum eſt in materia de permiſſione diuina, ſub titulo, Quomodo Maleficæ vim generatiuam, & actum, Venereum impedire poſſunt: Eſt enim hoc propter fœditatem illius actus. Et quia originale peccatum inflictum ex culpa primorum parentum, per illum actum transfunditur: & exemplificatur etiam de ſerpente, qui primũ inſtrumentũ Diaboli fuit, &c.

*Cur Diabolus plus affectat lædere bonos quàm malos.*

Ad tertium dicendum, quòd ſicut intentio & appetitus Diaboli maior eſt ad tentandum bonos quàm malos, licet ex parte tẽtati magis tentat malos quàm bonos, id eſt, quòd amplior habilitas eſt in malis, ad recipiendum tẽtationem Dæmonis, quàm ſit in bonis. Ita etiam plus affectat lædere bonos, quàm malos, licet maiorem habilitatem lædendi inueniret in malis quàm in bonis. Et huius eſt ratio, quia ſecundum Greg. quãtò crebrius quis Diabolo ſe ſubijcit, tãtò intollerabiliorem ſibi facit, vt ei reluctari nõ poſſit. Sed cum mali crebrius ſe ſubijciant Diabolo, eis fit tentatio magis intollerabilis & frequentior, cùm non habeant ſcutum fidei formatæ, quo ſe tueantur. De quo ſcuto Apoſt. Eph. 6. In omnibus ſumẽtes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Sed ex alia parte, magis poſſidentes terrã impugnat bonos, quã malos. Et ratio, quia cũ iã malos, nõ ſunt bonos, ideò magis conatur per tribulationẽ trahere ad ſui dominiũ iuſtos, quos nõ habeat, quã peccatores poſſeſſionẽ habent alienus princeps terrenus magis inſurgit

*Scutum fidei formata.*

contra

contra illum, qui plus aufert de iure ſuo, vel qui plus nocet regno, quàm contra illos, qui non ſibi contrariantur.

*Quomodo Deus nolit & permittat mala.*

Ad quartum, quòd Deus permittit mala fieri, non vult tamen mala fieri, vltra præmiſſa, quæ tacta ſunt: Prædicator declarare poteſt per quinque ſigna voluntatis diuinæ, quæ ſunt, præceptum, prohibitio, conſilium, operatio, & permiſſio. Vide S. Thomam præcipuè in prima parte quia ibi planius declarat. q. 19. art. 12. Nam licet vna ſit voluntas in Deo quæ eſt ipſe Deus, ſicut & vna eius eſſentia: tamen per reſpectum ad eius opera, iudicatur & ſignificatur nobis eius voluntas multipliciter, ſecũdum quod Pſalmus dicit: Magna opera Domini, exquiſita in omnes volũtates eius. Vnde volũtas in Deo diſtinguitur non ex parte rei, ſed ex parte ſuorũ effectuum, ita vt voluntas propriè dicta, dicatur voluntas beneplaciti: & voluntas metaphoricè dicta, dicatur voluntas ſigni: inquantum videlicet per ſigna & metaphora iudicatur nobis Deum hoc vellet.

*In Deo volũtas beneplaciti & ſigni.*

A ſimili. Sicut paterfamilias vnam habens in ſe voluntatem, demõſtrat illam quinque modis, ſcilicet per ſe, & per alium. Per ſe dupliciter, directè, & indirectè. Directè, cùm aliud operatur, & tunc eſt operatio. Indirectè autẽ, quando non impedit operantem, ſicut & in 4. Phyſic. dicitur. Remouens & prohibens, eſt mouens per accidens Et quantum ad hoc, dicitur ſignum permiſſio. Per aliud aũt declarat ſe paterfamilias aliquid velle tripliciter. Vel inquantum ordinat aliquem ad aliquid faciendum neceſſariò, & prohibẽdo contrarium, & ſic ſunt præceptio in præceptis, & prohibitio in affirmatiuis & negatiuis præceptis. Vel inquantũ ordinat aliquem perſuaſiue, ad aliqua conſiliatiuè, & hoc pertinet ad conſilium. Et ſicut voluntas humana manifeſtatur per hæc quinque, ſic & ipſius Dei. Quòd. n. præceptum prohibitio & conſiliũ dicatur voluntas Dei, patet per illud Mat. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, id eſt, vt in terra impleamus eius præcepta, vitemus prohibita, & impleamus pro poſſe conſilia. Et ſimiliter quòd permiſſio & operatio dicatur Dei voluntas. Patet per Auguſt. qui dicit in Ench. Nihil fit niſi omnipotens Deus fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel faciendo.

*Quinque modis declarat homo voluntatem.*

Ad propoſitum, cùm dicitur illud, quòd quis impedire poſſet, & nõ impedit, iudicatur ex ſua voluntate proceſſiſſe

verum

verum est. Sed cũ infertur, Deus est summè bonus, ergo non potest velle mala fieri: verum est, voluntate beneplaciti, & per quatuor signa huius voluntatis, quia non potest operari mala, nec percipere mala, nec vt non prohibeat mala, & persuadeat bona supererogationis, potest autem velle permittere mala fieri.

Ad aliud, quomodò cernuntur infirmitates ab inuicem, vt vna sit maleficialis, altera naturalis, puta ex defectu naturæ. Respondetur quòd variis modis. Primò medicorum iudicio. 26. q. 5. Non licet. & q. 2. c. illud. vbi verba Augustini ex secundo de doctrina Christi. Ad hoc genus superstitionis, pertinent omnes ligaturæ & remedia, quæ medicorum disciplina contẽnat, in quibuscũq; rebꝰ suspendẽdis atq; ligãdis. A simili: vbi medici ex circunstãtiis, videlicet ætate, cõplexione sana, & subitò quasi in actu oculi immutata, & ꝙ nõ ex defectu sanguinis, stomachi, aut labe, infirmitas acciderit. Indicãt illã non ex defectu naturæ, sed ab extrinseco accidisse. Et ab extrinseco, vbi nõ ex venenosa infectione quia sic sãguis & stomachus malis humoribꝰ esset repletus tũc ex sufficiẽti diuisione iudicant effectũ esse maleficalem.

*Quomodo dignoscantur morbi maleficiales & naturales.*

*Medicorum iudicia.*

Item secũdo, cum eis existit incurabilis, vt nullis medicaminibus æger potest releuari, imò potiùs cernunt ipsum aggrauari. Tertio, quia sic subitò interdum accidit, quòd iudicium infirmi super hoc contingit.

Res gesta vni ex nobis innotuit. Nam quidã de optimatibus ciuitatis Spirensis, nimis ceruicosæ voluntatis, vxorẽ habuit intantum, vt cùm ipse libens in omnib. complacere studeret, tamẽ in cũctis ferè suis effectionib. ei recalcitrabat, & verbis cõtumeliosis semper ipsum molestare satagebat. Accidit inde vt domũ ingressus quadã die cùm mulier solito more contra se rixanti verbis opprobriosis, & iræ locum dare, & domo exire volebat, ipsa ostium per quod exire habebat, cursu veloci anticipando obseruauit, & vociferando cõtestabatur, ꝙ nisi eã verberaret, nulla probitas aut honestas sibi inesset. Ad quæ verba grauia, ille manum non animo lædendi extendit, & ipsam expansis digitis, super spatulam leuiter tangendo, subito ad terram collisus, omnem sensum perdidit, & per plures septimanas in lecto decunbẽs grauissima infirmitate detentus fuit: Qua in re videri potest, illam infirmitatem non ex naturali defectu, sed per maleficium

*Alias habet Briganti.*

leficium mulieris sibi accidisse. Plura imò quasi innumera consimilia acta sunt, & multis innotuerunt.

*Practica cognoscendi morbos maleficiales.*

Sunt quidam qui per certam practicam experientiam rei capiunt per hũc modum. Nam plumbum liquefactum super infirmum tenent,& in scutellam plenam aquę infundũt & si imago aliqua condensata cernitur, tunc infirmitatem ex maleficio accidisse iudicant. Et quidam an talis imago opere Dæmonum an naturali virtute erumpat vbi interrogantur talia practicantes, respondere solent quod virtute Saturni super plumbum,quia alias malus existit, sicut Sol super aurum maleficium sua virtute ostendere solet. Sed quid de his sentiendum sit an videlicet practica licita sit an non, circa tertium principale huius tractatus tractabitur: Canonistis enim videtur licitum,vt vana vanis confundantur,licet Theologis omninò contrarium videatur,cùm non sint facienda mala, vt eueniant bona.

Ad vltimum vbi diuersa quęruntur. Primò cur maleficę non ditantur. Secundò, cur principibus eis fauentibus, ad perniciem omnium inimicorum ipsorum non cooperantur. Tertiò, cur Prædicatoribus & aliis eos persequentibus non nocere valeant. Ad primum dicendũ quòd ideò vt plurimũ Maleficę nõ ditãtur,vt iuxta complacentiam Dęmonis,in contumeliam creatoris,quantum possibile est,pro vilissimo precio emantur. Et secundo ne in diuitiis notentur.

*Cur Maleficæ non ditentur.*

*Cur Maleficæ principibus nõ noceant.*

Ad secundum cur principibus non nocent, causa est manifesta, quia quantum in ipsis est, hoc fit, vt ipsos in amicitia retineant. Et si quæritur, cur eorum inimicis non noceant. Respondetur,quia bonus Angelus ex altera parte hoc maleficium impedit. Iuxta illud Danielis: Princeps Persarum restitit mihi vigenti vna diebus. Vide Doctorem in secundo sententiarum An inter bonos Angelos sit pugna & qualiter. Ad tertium dicitur quòd ideo nec inquisitoribus, aut aliis officialibus nocere possunt,quia publica iustitia vtuntur. Exempla varia ad hoc possunt adduci, sed temporis prolixitas non patitur.

SECVN

# SECVNDA PARS MALLEI MALEFICARVM, MODVM IN MALEFICIIS INFERENDIS, ATQVE amouendis fœliciter pertractans.

*Duabus ſolum quæſtionibus, multis tamen capitibus diuiſis, abſoluta.*

## QVÆSTIO PRIMA.

*Quibus maleficus nocere non poteſt.*

SEcunda pars principalis huius operis, quia eſt de modo procedendi, qui à maleficis pro maleficiis inferendis obſeruatur. Et per decem & octo capitula diſtinguuntur: cum duabus duntaxat difficultatibus: Quarum vna in principio ſuper remedia præſeruatiua, vt videlicet quis maleficiari non poſſit, altera ni fine ſuper remedia mouentia maleficia, & per quæ maleficiati curari poſſunt. Cum ſecundum Philoſophum in 4. Phyſic. remouens & prohibens concidunt & ſunt cauſæ per accidens, ideo vt per hæc totale fundamentum huius horrendæ hæreſis habeatur.

*Partitio ſubſequentis ſecundæ huius partis.*

Circa duo principaliter inſiſtendum erit. Primo circa introitum earum, & profeſſionem ſacrilegam. Secundò, circa progreſſum in modum operandi, & horrendam obſeruantiam. Tertiò, impedimenta ſalubria, contra earum maleficia, & remedia præſeruatiua. Et quia in mortali iam laboramus materia, vnde argumentis variis & declarationi-

bus

bique insistere opus non est, cùm ea quæ per capitula sequentur, sint per præcedentes quæstiones sufficienter discussa. Ideò præcamur in Deo lectorem, ne demonstrationē in omnibus quærat vbi accommodata sufficit probabilitas, ea deducendo, quæ constant, aut visus vel auditus propria experientia, aut fide dignorum relatibus esse vera.

Circa primū autem duo principaliter tangentur. Primò diuersi modi ipsius Dæmonis alliciendi. Secundò diuersi modi ipsarum hęresim profitendi. Circa secundum vero sex per ordinem tangentur, quò ad modum procedendi & curandi. Quia primo de his, quę à maleficis prosę & suis corporibus practicantur. Secundo de his, quę erga alios homines operantur. Tertio de his quæ erga bestias. Et quarto de his quibus terræ frugibus nocent. Quinto de maleficio tantummodo virorum, quibus videlicet maleficiis tantummodo viri, & nō mulieres insistūt. Sextò de quæstione super maleficia amouēda, & quibus modis curātur maleficiati. Est ergo prima quęstio, per decē & octo capitula distincta, cùm totidem modis in suis ritibus variantur & multiplicantur.

*De custodia Angelorum.*

Vtrū quis possit per bonos Angelos ita beneficiari, quòd à Maleficis per quoscunque infrà scriptos modos non valeant maleficiari, Et videtur quòd non. eo quòd per præcedentia declaratum est, etiam innoxios & innocentes, & iustos, pluries à Dæmonibus affligi, vt Iob, & plures pueri innocentes, qui cernuntur maleficiari, cum aliis multis iustis licet non æqualiter vt peccatores, eo quòd non in perditionem suarū animarū quamuis bonis fortunæ, & corporum affligātur. In cōtrariū est maleficarū fassio, quòd videlicet nō omnes lædere valeāt, sed tātūmodò illos, quos cernūt ex informatione Dęmonū, diuino auxilio destitutos. Respōsio.

*Tria genera hominum tuti à maleficis Cæremonias Ecclesiæ obseruantes tuti.*

Tria sunt genera hominum beneficiati à Deo, quibus illud pessimum genus suis maleficiis nocere non potest. Et primi sunt qui publicam contra eos iustitiam exercent, aut officio aliquo publico aduersus eos insistunt. Secundi, qui de ritibus Ecclesię seruatis & veneratis, vt per aquę benedictæ aspersionem, per salis consecrati sumptionem, per candelabrum in die purificationis, & frondium, in die palmarum consecratorum, vsum licitū, cùm ad hoc talia Ecclesia exorcizat vt vires Dæmonis imminuant, se muniunt, de quibus modis patebit. Tertij sunt, qui per sanctos Angelos

los variis & infinitis modis beneficiantur.

*Cur magistratus à maleficiis tutus.*

De primis ratio datur,& per varia acta & gesta comprobatur,quia enim omnis potestas à Deo est, & gladiū tenet iuxta Apostolum,in vindictam malorum & retributionem bonorum,non mirum,quod tunc Angelica potestate Dæmones arcentur,quando iustitia in vindictam illius horrendi criminis exercetur.

*Præfixa potestas Diaboli.*

Notant ad idem Doctores, quòd quia potestas Dæmonis quinq; modis impeditur,in toto vel in parte.Primò per terminum suæ potestatis à Deo impositum, de quo Iob. 1. & 2.tangitur.Et de illo,de quo in Formic.Nider legitur,qui Iudici fassus fuerat,quòd cū quidā ipsū inuocasset, vt inimicū suū vita priuaret aut in corpore læderet: vel ictu fulminis interimeret,cū vocassē Dæmonē,ait, vt eius auxilio talia perpetrarem.Respōdit mihi quòd neutrū facere posset,habet,inquit,fidem bonam,& diligenter se signo crucis munit,idcirco nō in corpore, sed in vndecima parte fructuum suorum in campo, si libet ei nocere possum.

*Fide muniti, sūt signo crucis muniti.*

Secūdò impeditur per impedimētū exterius adhibitū, vt in Asina Balaam.Nu.22. Tertiò per miraculū possibilitatis exterius factum.Et sunt qui ex singulari priuilegio beneficiantur:De quo tertiū genus hominū,quòd & maleficiari nō potest,iā inferius patebit.Quartò per Dei iudiciū,singulariter disponentis per obstaculū boni Angeli, vnde Asmodeo interficiente sponsos Saræ virginis,nō autem Tobiam.

Quintò interdum per cautelam sui ipsius:quia non vult interdum Diabolus lædere vt pe ius inde sequatur, vt cùm excommunicatos vexare posset,sicut & Corinthum,quem vexauit excommunicatum. 1.Cor.5.tamen non facit,vt fidem Ecclesiæ in clauium potestate eneruet.Ideò à simili etiam dicere possumus, quòd etiamsi diuina virtute non arcerentur, quando publica iustitia exercetur, adhuc tamen sæpè manum seu protectionem à maleficis voluntariè retrahunt,quia vel timent earum conuersionem,vel quia desiderant & accelerant earum damnationem.

*Maleficarum artes eneruātur,quam primum à magistratu capiūtur.*

Actis deniq; & gestis hęc cōprobātur. Nam & præfatus Doctor refert,quòd malefici verbo & experiētia testimoniū dederūt,q; eò ipso,quo per Reipublicę iustitiæ officiales capiuntur,statim omnis maleficorum eneruatur potestas. Vnde & quidam Iudex Petrus nomine,de quo & suprà

mẽtio facta est, cùm quẽdam maleficum Staldin nomine, per suos famulos capere voluisset, tantus tremor eorum manibus incussus fuit, & naribus tã malus fœror illapsus, vt ferè desperarent an maleficum inuadere auderent. Quibus dum Iudex imperasset, securè miserum inuadite, quia publica tactus iustitia, omnes vires perdet suæ nequitiæ: & ita rei probauit euentus: nam captus & incineratus fuit propter plurima ab eo perpetrata maleficia, quæ sparsim, hinc inde posita sunt & accommodata diuersis materiis.

*Inquisitoribus maleficæ non possunt nocere*

Sed & plura, quæ nobis inquisitoribus in officio inquisitionis laborantibus contigerunt, si recitare expediret, vtiq; animum lectoris in admirationem verterent. Sed quia laus in ore proprio sordescit, potiùs expedit silentio præterire, quàm notam inanis gloriæ incurrere: illis duntaxat exceptis, quæ adeò in lucem prodierunt, quod celari nõ possunt.

In oppido nempè Rauenspurg. dum à consulibus maleficæ incinerandæ interrogarentur, cur nobis inquisitoribus aliqua maleficia, sicut aliis hominibus non intuliissent. Responderunt: Licet pluries hoc facere attentassent, non tamen potuerunt. Et de causa inquirentibus respondebant se nescire, nisi quòd à Dæmonibus informatæ fuissent. Quoties enim nocturnis & diurnis temporibus nobis infesti fuerũt enarrare nõ sufficimus, iam vt simiæ, cum iam vt canes, aut capræ suis clamoribus & insultibus nos inquietarẽt de nocte, ad orationes, licet indeuotas, surgentibus, extra fenestrã loci, quæ tamen in tanta altitudine erat, quòd nisi per longissimas scalas quis adire potuisset: ictu validissimo quasi ad caput de directo percutiebat, acus linteo, quo caput regebatur inferẽtes: sic etiã à nobis surgentibus reperiebantur, quasi illos capiti nostro immittere voluissent. Sed laus altissimo, qui sua pietate, absque meritis nostris, nos tãquã publicos iustitiæ fidei indignos famulos præseruauit.

*Indeuotæ orationes Claustralium.*

De secundis verò, ratio in se patet. Nam ad hoc exorcizantur ab Ecclesia, & omnino sunt efficacissima remedia ad præseruandum se ab insultibus Maleficorum.

Quod si quæritur, per quem modum quis se munire debeat, dicendũ primò de his quæ absq; allegationibus sacrorum verborũ fuerint, & demum de ipsis sacris carminibus. Nam de primis licitum est aqua benedicta etiam quæcunque honesta loca hominũ & iumentorum cũ inuocatione

Sancti-

Sanctissimæ Trinitatis,& Oratione Dominica, in saluationem hominum & iumẽtorum aspergere. Sic enim in Exorcismo dicitur, vt vbicunque aspersa fuerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic resideat spiritus pestilens,&c. Homines enim & iumenta saluat Dominus, iuxta Prophetam, vnumquodque pro modulo suo. *Aqua benedicta ad quid ordinetur.*

Secundò, sicut primum de necessitate, ita hoc secundũ, licet cereũ benedictum accendere est de cõgruitate aspergere, videlicet cũ tali cereo loca inhabitantia. Tertiò herbas cõsecratas adiungere, vel fumicare, cum illis habitaculis in aliquo loco occulto coniunge plurimum expedit. *Cereum benedictum.*

Sic enim in ciuitate Spirensi, anno eodem, quo hic liber est inchoatus, contigit, quòd cum quadam deuota mulier, cum quadam suspecta malefica verba habuisset, iuxta morem mulierculatum mutuo rixantium rixosa, de nocte tamẽ, cum paruulũ lactantẽ cunis imponere voluisset, & mẽte reuoluens ea quæ de die cũ suspecta malefica peregisset timens de periculo pueri, herbas benedictas puero supposuit, aqua similia aspersit, sal exorcizatũ ori parum immisit, cúmq; signo crucis munuit, & cunabulum diligenter alligauit. Et ecce circa medium noctis vagientẽ puerum audiuit, & dum iuxta morem, puerum contrectare & cunabulũ in altum prope lectum positum mouere voluisset, cunabulum quidem mouit, sed puerum contrectare, quia aberat, non potuit, tremens parpercula, & de puerili iactatione vehementer dolens, lumine accenso, paruulum vagientem sub lectica & in angulo, sine tamen lasione reperit. *Herba consecrata.*

Qua in re perpendi potest, quanta insit exorcismis Ecclesiæ aduersus insidias Diaboli virtus. Liquet insuper omnipotentis Dei clementia & sapientia, quæ attingit à fine vsque ad finem, fortiter disponit etiam, istorum pessimorũ hominum & Dæmonum malefícia suauiter, vt vbi quarunt fidem imminuere & infirmare, eandem in multorum cordibus firment, & radicent validius. Vtilitates enim plurimæ fidelibus ex huiusmodi malis prouenient: vbi sic fides roboratur, Damonis malitia inspicitur, Dei misericordia & potestas manifestatur, homines ad sui custodiam actuãtur, & ad reuerendum Christi passionem, & cæremonias Ecclesiæ accenduntur.

Illis etiam diebus Scultetus cuiusdam villæ *vieſenthal*

*Vis salis benedicta.*

dū grauissimis doloribus & torsionibus corporis esset maleficiatus,& quòd per maleficia sibi contigisset,non tam ab aliis Maleficis, quantum & per experientiam edoctus fuit. Dixit enim quòd singulis Dominicis diebus se munire cum sumptione salis,& aquæ benedictæ solebat,& quia vno die propter cuiusdam celebrandas obmiserat nuptias, eodem etiam die maleficiatus fuit.

Quid denique de illo in Rauenspurg.cùm à Diabolo in forma vnius mulieris, ad carnalē actum sollicitaretur,ille plurimū anxius, dum desistere nollet Diabolus,illi pauperi,in mentem venit,vt sumptione salis prout in prædicatione audierat,se munire deberet: vnde cum ad introitum stubę sal benedictū sumpsisset mulier toruo vultu eum inspexit: & quis Diabolorum ipsum de hoc docuisset improperando,subito disparuit.Vbi diabolus per se in effigie Maleficæ, aut cum præsentia corporali maleficæ affuerat, tum vtrunque facere,Deo permittente,potest.

*Stubam hypocaustum intelligi.*

*Missa operatio*

Sed & illi tres socij per viam ambulantes, duo eorum ictu fulminis percussi fuerant,& tertius territus,cùm voces in aëre clamantes audisset.Percutiamus & illum,altera vox cùm respondisset,Non possumus quia hodiè Verbum caro factum est audiuit:intellexerat ea de causa, quòd Missā audierat,& in fine Missæ,Euangelium Ioan.In principio erat Verbum,&c.audiuisset ideò præseruatus fuisset.

Sed & per sacra verba corpori alligata,quod miro modo sunt præseruatiua,dūmodo septē cōditiones in ipsis seruentur.De quibus & in vltima quæstione huius secundę partis mentio fiet:eo qbibi de remediis sanatiuis,sicut hic de remediis præseruatiuis tractabitur.Et illa sacra verba nō solū ad præseruādum,sed etiam ad curandum maleficiatos tendāt.

Plurimum autem sunt præseruatiua locorum hominū & iumentorum,verba tituli triumphalis nostri Saluatoris,

*Vis tituli crucis.*

dum scilicet per quatuor partes loci,in modum crucis inscribuntur:Iesus † Nazarenus † ,Rex † Iudeorum † ,vel etiam iungendo nomem virginis Mariæ, aut Euangelistarū aut verba Ioannis,Verbum caro factum est.

*Custoditi ab Angelis.*

Tertium vero genus quod à maleficis lædi nō potest,est singularissimū,vt pote præcipua angelica custodia munitū interius & exterius.Interius,per gratiæ infusionē,exterius per cœlestium virtutum, id est, per motores orbium cœlestium

cœlestiũ protectionẽ. Et hoc quidẽ genus in duabus speciebus Electorũ diuersificatur: quia vel minuitur contra omnia genera Maleficorũ, ita ꝙ in nullo lędi possũt vel ꝙ prędipuè circa generatiuam potentiam, ita castificẽtur ab ipsis bonis Angelis, sicut mali spiritus quosdã malos homines vel inflãmant circa vnam vel infrigidant circa aliã, per sua maleficia.

Primum de interiori & exteriori protectione quò ad gratiam, & quò ad influentias corporum cœlestium sic declaratur. Nam licet Deus per se gratiam infundat menti nostræ, ita quòd nulli creaturæ potestas ad talem infusionem se extendere potest, iuxta illud: Gratiam & gloriam dabit Dominus: tamen dispositiuè, vt tradit S. Tho. in quodam loco, super tertium sent. quando Deus aliquam notabilem gratiam vult infundere Angelus bonus cooperatur. *Angeli cooperantur ad gratiæ infusionem.*

Et hoc est id quod Dionysius prætendit, 4. cap. de Diuinis nominibus. Hæc est lex Diuinitatis immutabiliter stabilita, vt ima à summis per media perficiantur, ita quòd quicquid boni, à fonte totius bonitatis in nos emanat, totũ per ministeriũ bonorũ Angelorũ. Habemus exempla cũ rationabibus. Nam licet ad verbi Dei conceptionem, in virgine beatissima per quam Deus homo factus est, sola diuina virtus efficienter affuerit, tamen Angelico ministerio mens virginis per salutationẽ, & per intellectus conformationem & informationẽm multùm exercitata, & ad bonum prędisposita fuit. Rationem: nam & prędicti Doctoris sententia est, ꝙ in homine sunt tria, vt videmus, vt scilicet, voluntas, intellectus, & potentiæ, aliæ interiores & exteriores affixæ membris & organis corporalibus. In primũ solus Deus agere valeat: quia cor Regis in manu Domini dispositione Angelus bonus, inquantum intellectum ad veri & boni agnitionem amplius illuminat, ita quòd in secũdum & Deus & Angelus bonus agere possunt illuminando. Et in tertium similiter bonus Angelus ad bonum, & malus Angelus licet Deo permittente, immissiones malas imprimere potest. Tamen in potestate humanæ voluntatis est, tales immissiones factas acceptare, vel refutare, quas etiam semper homo cum Dei inuocata gratia potest propulsare. *Angelus prædisposuit S. Mariam in conceptionem Christi.*

De exteriori etiam custodia, quæ per motores orbium à Deo cõmunicatur, est cõmunis traditio, & magis consona, tã sacræ paginę, quàm Philosophiæ naturali, ꝙ omnia cor- *Custodia exterior Angelorum.*

*Quid ſint motores orbium & virtutes cœlorum.*

pora cœleſtia mouẽtur virtute Angelica, & dicuntur motores orbium à Chriſto, & ab Eccleſia Virtutes cœlorum vocantur, & conſequenter à cœleſtibus influentiis, omnia huius mundi corporalia reguntur, teſte Philo. 1. metaph. Quare & dicere poſſimus, cùm Deus ſingularem habet prouidentiam de ſuis electis, licet quoſdam malis huius vitæ, ſcilicet pœnalitatib. ſubiicit, quoſdam tamen ita præſeruat, q̃ in nullo læſi poſſunt. Et hoc donũ recipiunt vel ab Angelis bonis, ipſis ad cuſtodiam à Deo deputatis, vel ex influentiis cœleſtium corporum, ſeu à motoribus ipſorum orbiũ.

*Caſtificat i ab Angelis.*

Inſuper notandum, q̃ licet aliqui cõtra omnia maleficia muniãtur, aliqui verò contra aliqua, & non contra omnia, ſunt tamẽ aliqui, qui ſingulariter à bonis Angelis ſuper vim generatiuam ita caſtificãtur, quòd nullo modo à malis maleficiari circa illam potentiam poſſunt: Sed de his ſcribere videtur in parte ſuperfluum, licet in parte foret neceſſariũ, propter hoc, quòd iſti qui circa potentiam generatiuam maleficiuntur, ideò deſtituuntur Angelica cuſtodia, quòd vel ſemper ſunt in mortali peccato, vel nimis libidinoſo affectu illis ſpurcitiis inſiſtunt. Vnde etiam in prima parte operis tactum eſt, quòd Deus amplius permittit potentiam illam maleficiari, vedum propter eius turpitudinem, quantum etiam propter hoc, quòd corruptio primi parentis ſub originali contagione, in totum genus humanũ traducitur.

*De S. Sereno ab Angelo caſtificato.*

Dicamus tamẽ pauca, qualiter bonus angelus interdum viros iuſtos & ſanctos beneficiet, & præcipuè circa vim generatiuam. Nam ita factum eſt de S. Sereno Abbate, de quo refert Caſſianus in collatione patrũ, collatione abbatis Sereni prima. Hic, inquit, pro interna cordis atq; animæ caſtitate, nocturnis diuiniſq; precibus, ieiuniis quoque atque vigiliis infatigabiliter inſiſtens, cunctos æſtus carnalis concupiſcentiæ, tandem per diuinam gratiam, ſe extinxiſſe percepit. Deinde, maiori Zelo caſtitatis ſuccenſus, præfatis vſus remediis à Deo Optimo Maximo petiit, nimirũ, vt interioris hominis caſtitas in ſuũ corpus redũdaret. Dei dono. Poſtremò autẽ veniens ad eũ Angelus Domini in viſione nocturna, eiuſq; velut aperiens ventrem, quandã iguitã carnis ſtrumã de eius viſceribus euellens, ſuiſq; omnia vt fuerant locis inteſtina reſtituens. Ecce, inquit, incertina caroris tuæ abſciſſa ſunt, & obtinuiſſe te noueris hodierna die perpe-

tuam

tuam corporis puritatem, iuxta votum, quo popoſciſti, vt ne ipſe quidem naturali motu, qui etiam in paruulis atque lactentibus excitatur, vlterius pungaris.

*De S. Equitio ab angelo eunuchato.*

Sic etiam de beato Equitio abbate, dicit beatus Gregor. 1. lib. dialog. Hunc, inquit, cùm iuuentutis ſuæ tempore ac re certamen carnis incentiua fatigaret, ipſum ſuæ tentationis anguſtiæ, ad orationis ſtudium ſolertiorem fecerunt. Cumque hac in re ab omnipotenti Deo remediũ cõtinuis precibus quęreret, nocte quadã adſiſtente Angelo eunuchari ſe vidit, eiusq; viſione, apparuit, quòd hominem motũ ex genitalibus membris abſcinderet: atque ex eo tempore ita fuit alienus à tentatione, ac ſi ſexum non haberet in corpore. Ecce, quale beneficium caſtificationis, qua virtute fretus, ex Dei omnipotentis auxilio, vt vitis antè præerat: ita cœpit poſtmodum fœminis præeſſe.

S. *Heraclidis Paradiſus.*

Ita in vitis patrum eorum, quos S. Heraclides vir religioſiſſimus collegit, in libro ſuo quem Paradiſum nominat, meminit cuiuſdã S. Patris, & monachi quẽ Heliam vocat, hic miſericordia motus, trecẽtas fœminas in monaſterium collegit, & regere cœpit. Tranſacto autem biennio, iã triginta annos habens vitæ, tentatus à carne in eremũ fugit, vbi biduò ieiunus orans, ait: Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tentatione. Veſpere igitur ſomnus ei irrepſit, & tres Angelos ad ſe venire vidit, quibus, quærentibus, cur à monaſterio virginum fugiſſet, nec ille præ verecundia reſpondere auderet, dixerunt Angeli. Si liberaberis, non redibis curam fœminarũ gerẽdo? Reſpõdit ille quòd lubens. Tunc illi iuramentum ab eo excipientes, quod exegerant, eum eunucharunt. Nam vnus manus, alter pedes, tertius nouacula, teſticulos eius viſus eſt abſcindere: non quòd ita verè eſſet, ſed quia ita eſſe videbatur, quærẽtibúsque an remedium ſentiret, reſpondit ille ſe plurimum exoneratum. Vnde quinta die ad fugẽtes fœminas rediit, & per quadraginta annos quibus ſuperuixit, nec priſtinæ tentationis deinceps ſcintillam ſenſit.

*Abbas trecentarũ monialiũ caſtratur ab Angelis.*

Non minus beneficiũ collatum eſſe legimus beato Thomæ Doctori noſtri ordinis, qui à conſanguineis propter ingreſſum dicti ordinis incarceratus, vt per meretricẽ ſeduceretur, ad ſeculũ tẽtatus eſt, quæ per cõſanguineos immiſſa veſte, & ornatu cõptiſſimo, cùm Doctor eã intuitus ſuiſſet,

*S. Thomas Doctor cingulo caſtitatis ab Angelis inducitur.*

ad materialem ignem concurrit, titionem ignitum arripuit & suggestricem ignitæ libidinis è carcere fugauit, & oratione statim pro castitatis dono prostratus, obdormiuit, vbi duo Angeli ei apparuerunt, dicētes: Ecce Dei ex parte te cingimus cingulo castitatis, quod nulla possit de cætero impugnatione dissolui, & quod humana virtute meritis non acquiritur, ex parte Dei confertur ex dono: Sensit igitur cincturam, scilicet, tactus cincturæ, & exclamando euigilauit. Deincepsq; tanto munere castitatis se dotarum sensiit, vt ab eodem tempore omnem abhorreret luxuriam, vt nec sine necessitate fœminis colloqui posset, sed perfectæ castitate polleret. Hæc ex Formicario Nider.

*Distributio eorum quæ sequentur.*

His igitur tribus generibus hominum redemptis nemo securus à maleficis: quin ex decem & octo modis infrà scriptis, aut maleficiatur, aut ad maleficium tentatur & incitatur, de quibus per ordinem primò est differendum, vt post clarius, quibus remediis maleficiati possint reuelari discutiatur, & vt eò clarius pateat ipsi decem & octo modi, per totidem capitula deducentur: vt primo circa maleficatū introitum pateant diuersi modi, per quos ipsæ maleficæ innoxias iuuenculas in augmentū illius perfidiæ attrahūt. Secūdò, de modo sacrilegæ professionis earum, vbi & quædam declaratio homagij præstādi ipsi diabolo inducitur. Tertiò, de modo quo localiter trāsferuntur in corpore, vel in spiritu. Et quarto quomodo se incubis Dæmonibus subiiciunt. Quictò de modo generali prout per Sacramenta Ecclesiæ sua maleficia exercent, & in speciali de modo, quo demptis corporibus cœlestibus, quascūq; creaturas, Deo permittēte, inficere solēt. Sextò, de modo quo vim generatiuā impedire solēt. Septimò, super modū, quo mēbra virilia auferre prestigiosa arte solēt. Octauò, super modū quo homines in bestiales formas trāsmutare solēt. Nonò, super modū quo Dæmones intra capita sine læsione existunt, quando præstigiosas apparitiones operātur. Decimò, super modum quo Dæmones operatione maleficarū, homines interdum substantialiter inhabitant. Vndecimò, q̄ omne genus infirmitatis inferre solent, & hoc in generalia. Duodecimo, de quibusdā infirmitatib⁹ in speciali. Decimo tertio, super modū quo obstetrices maleficæ, maiora damna inferunt, dum infantes aut interimunt, aut Dæmonibus execrando offerunt. Decimo quarto

moquartò, super modum quo iumentis varia nocumenta inferunt. Decimoquintò super modum quo grandines & fulgura fulminare & super homines, iumenta solent. Decimo sextò, decimoseptimo, & decimooctauo, super tres modos quo tantùm viri, & non mulieres maleficiis sunt intenti. Post hæc sequetur quæstio super modos tollendi huiusmodi maleficia.

Nec æstimat, quis funditus horum notitiam capere, pro eò quòd varij modi super varia maleficia inferenda recitantur. Hoc enim & modicum vtile, imò fortassis & nocere posset: neque enim prohibiti libri Necromantiæ hic inferuntur, cùm hoc genus superstitionis, non libris aut à doctis, sed omninò ab imperitis practicentur: vnum habens fundamentum, dum illud non exprimitur, aut practicatur, impossibile sit aliquem maleficis vt maleficum insistere. *Libri Necromantici.*

Recitantur autem hic modi in superficie, vt eorum opera non incredibilia videantur, sicut hucusq; in magnam fidei contumeliam, & ipsorum maleficorum augmentum actum est. Quòd si aliquis ex præhabitis, cum dictum est, aliquos præseruari per influentias corporum cœlestiũ, vt maleficiari nullo modo possint, velit hoc etiam attribuere illis influentiis, dũ aliqui maleficiantur, quasi quædam necessitas ibi sit, siue ad præseruandum à maleficiis, siue ad inferendum ab illis talis non rectè mentem Doctorum saperet variis respectibus. *An influentiæ astrorum præseruent à maleficiis.*

Primò, quia enim tria sunt, quæ à tribus cœlestibus causis dirigi possunt, scilicet, volũtatis, intellectus actus, & corporalia. Et primum, vt suprà tactum est, à solo Deo, & immediatè dirigitur. Secundùm verò ab Angelo. Tertium à cœlesti corpore licèt dirigitur, non tamen necessitatur.

Secũdò, quia ex dictis manifestum est, quòd electiones & voluntates immediatè à Deo, diriguntur iuxa Apostolum: Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate: & cognitio humana intellectiua, à Deo, mediantibus Angelis ordinatur. Ideò etiã corporalia quæcunque, siue sint interiora, vt virtutes & scientię acquisitę per corporales potẽtias interiores siue sint exteriores, vt sanitates & ęgritudines à cœlestibus corporibus, mediãtib. Angelis dispẽsatur: Quod Dionysi⁹ tãgit in quarto capite de diuin. nominibus q̃ corpora cœlestia sũt causæ eorum, quæ in hoc

do fiũt, tamẽ hæc tunt intelligenda quo ad sanitates, & ægritudines naturales. Hæ autẽ ægritudines, cùm fiat super naturales, propter Dæmonis potẽtiam, quæ illas Deo permittẽte infert, ideò nõ possumus dicere, quòd ex influentiis corporum cœlestium contingat, quòd aliquis maleficiatur, sicut benè dici potest, quòd ex influentiis corporum cœlestium est, quòd aliquis maleficiari non potest.

Et si dicitur, quòd opposita habent fieri circa idem & sicut propositum in proposito, ita oppositũ in opposito. Respondetur quòd vbi aliquis præseruatur virtute corporum cœlestium ab infirmitatibus his super naturalibus, hoc nõ fit virtute corporum cœlestium immediatè, sed virtute Angelica, quæ illam influentiam confortare potest, vt inimicus suis maleficiis non possit super eam prævalere: & virtus illa angelica potest deriuari, vel à motore orbis cœlestis: vt si iam in puncto quis mori deberet super periodo naturali, Deus sua potentia, qui semper per medias causas huiusmodi operatur, hoc immutare potest, virtutem conseruatiuam pro defectu naturæ immittendo, & eius influentiẽ: Ita & dicere possumus de eo qui maleficari posset, quòd etiam tali modo à maleficiis præseruatur, vel fit talis præseruatio ab Angelo ad custodiendum deputato, quæ etiam præcipua est inter omnes custodias.

*Iustus sterilis quis.* Et quod dicitur Hierem. 22. Scribe virum iustum sterilẽ, qui in diebus suis non prosperatur. Hoc intelligitur quantum ad electiones voluntatis, in quibus homo vnus prosperatur, alius non: quòd etiam cõdingere potest ex influentiis corporum cœlestium. Verbi gratia, Aliquis inclinatur ex impressione corporum cœlestium ad aliquas electiones vtiles, vt de ingressu religionis vel huius. Et cum ex lumine illuminatur eius intellectus ad eadem agenda, & ex diuina operatione inclinatur eius voluntas ad hoc prosequẽdum, talis dicitur bene prosperari: vel etiam quãdo quis inclinatur ad aliquã artem vel ad aliquid vtile practicandum. Econtrà dicetur malè fortunatus, quando ex superioribus causis ad contraria eius electio inclinatur.

De quibus sentẽtiis & multis aliis loquitur sanctus Thomas, in sum. contra Gentil. libro tertio, & in plerisque aliis locis, quomodo differt dicere aliquem esse benè, vel malè natũ, benè vel malè fortunatũ, benè vel malè gubernatũ & custo

coſtoditum, Quia ex diſpoſitione relicta à corpore cœleſti, dicitur aliquis benè vel malè natus, & ſic etiam fortunatus ſecundum verò q̃ ab Angelo illuminatur, dicitur benè cuſtoditus, & non malè, vbi ſequuntur illuminationes. Sed ſecundum quòd à Deo in bonum, & illud proſequitur, dicitur benè gubernatus. Quæ tamen electiones hic non habẽt locum, quia, de ipſis non intendimus, ſicut de præſeruatione à maleficis inferendis. De qua ad præſens ſufficiat, aggrediendo earum cæremonialia, quæ ab eis practicantur, & primò quibus modis innoxios ad earum perfidiã alliciunt.

## *De diuerſis modis, quibus Dæmones attrahunt & alliciunt innoxios per maleficas ad augmentum illius perfidiæ.*

### CAP I.

*Tædio damni accepti fiunt quædam Maleficæ.*

SVnt autem tres modi præ cæteris quibus Dæmones per maleficas innoxios ſubuertũt Et ex quibus continuè illa perfidia augmentatur. Et primus eſt per tædium ex importuna temporalium damnificatione. Nã ſicut S. Gregorius dicit: Diabolus frequenter tentat, vt ſaltem tædium vincat. Intelligas hoc tamen infra vires tentati. Vt ſuper diuinam permiſſionem declara quòd Deus permittit ne homines ignauia torpeant. In cuius figura iudicum 2. Has gentes non dereliquit Deus vt erudiret Iſrael in eis & loquitur de finitimis nationibus Chananæorum, Iebuſæis & alijs. Et iam Huſſitę; & alij Hæretici permittuntur, vt deleri non valeant: Ita & Dæmones per maleficas tantis afficiunt damnis in temporalibus, vicinos & innoxios vt quaſi coacti, maleficarum ſuffragia primò habeant implorare & demum earum conſiliis ſe ſubmittere, experientia ſæpè nos edocuit.

*Huſſitæ Chananæis comparati.*

Nouimus in diœceſi Auguſtenſi hoſpitem, cui infra annum 44. qui ſucceſſiuè dum fuiſſent maleficiati, vxor tædio affecta, maleficas conſulit, & iuxta eorum conſilia vtique non ſalubria, alios quos ex poſt emerat, quia vector erat à maleficijs præſeruauit.

Quãdoque denique mulieres in officio inquiſitionis nobis exiſtentes ſæpiſſimè fuerunt, quòd dum propter damna vecti-

cis,

cis, ex priuatione lactis, & aliis iumentis illata, suspectas maleficas consuluissent, etiã remedia oblata percepissent, dummodò aliquid vni spiritui promittere voluissent, & illis inquirentibus, quinam promittendum foret, respondebant parum hoc esse, dummodò informationibus illius magistri assensirent, super certas obseruantias, tempore diuinorum in Ecclesia aut in confessionibus faciendas sacerdotibus aliqua subticendo assentirent.

Vbi notandum, quòd vt suprà tactum est, ille artifex, à minimis & paucis inchoat, vt quòd tempore eleuationis corporis Christi, in terram spuant aut oculos claudant, quòd aliqua verba inutilia proferant, sicut & nouimus eam, quæ adhuc supersest, seculari brachio defensa, quando infra Missarum solemnia, sacerdos populum salutat, dicendo Dominus vobiscum, ita semper subiungit, vulgari sermone, kehr mir die zunge im arss vmb. Aut quòd in confessione post absolutionem factam etiam similia proferant, aut quòd nunquam ex integro confiteatur, præcipuè mortalia peccata, sícque ad omnimodam fidei abnegationem, & sacrilegam, professionem paulatim perducuntur.

Et hic modus, seu etiam quicunque consimilis obseruatur à maleficis, erga honestas matronas, vitiis carnalibus minus deditas, magis autem terrenis cõmodis inhiantibus. Sed erga iuuenculas, ambitioni & voluptatibus corporis magis deditas alium modum obseruant, scilicet, per carnalia desideria, & voluptates corporis.

*Bonis Diabolus magis insidiatur.*

Vbi notandum, quòd sicut intentio & appetitus Diaboli maior est ad tentandum bonos quàm malos, licet ex parte tentatorum magis tentat malos quàm bonos, id est, quòd amplior habilitas reperitur in malis, ad recipiendum tentationem Dæmonis quàm sit in bonis. Ita & Diabolus sanctiores quasque virgines & puellas, magis seducere conatur: cui experientia supersest, & etiam ratio.

Nam cùm malos iam possideat, non autem bonos, ideò magis conatur seducere ad sui dominium iustos quos nõ habet, quàm possessos malos. Sicut etiam aliquis princeps terrenus magis insurgit cõtra illum, qui plus aufert de iure suo, quàm contra quosuis alios, qui non sibi contrarientur.

Experientia. Nam in oppido Rauenspurg ex duabus incineratis

neratis, prout etiam inferius patebit, vbi de modo quē obseruant, concitando tempestates tangetur, vna illa balneatrix inter alia, quæ fassa fuerat, hoc etiam recitauit, se multas à Diabolo fuisse perpessam iniurias, ea de causa, quòd virginem quandam deuotam, & filiam cuiusdam prædiuitis, (quem nominare non opus est cùm & ipsa iam defuncta sit, disponēte diuina clemētia, ne malitia deprauaret cor eius,) seducere deberet. taliter vt ipsam festiuo aliquo die inuitaret, vt ipse Dæmon in specie iuuenis, cum ea sua colloquia habere posset. Addiderat etiam quòd licet sępissimè hoc facere attentasset, semper tamen vbi inuenculam fuisset allocuta illa signo sanctę crucis se muniuit. Et hoc vtique ex instinctu sancti Angeli, ad effugandum opera Diaboli processisse nemo dubitat.

*De Balneatrice Rauenspurgensi seductrice filiarum.*

Est & alia virgo in diœcesi Argentinensi constituta, quæ vni ex nostris confessa, asseruit, quòd die quadam Dominica dum solitaria in domo paterna incederet, vetula quædam illius oppidi ipsam visitandi gratia accessit, & inter alia scurrilia verba quæ protulerat, hæc vltimatim subintulit, vt eam si placeret, ad locum vbi iuuenes omnibus hominibus oppidi incogniti morarentur, deduceret. Et dum, ait virgo, assensum præbuissem & ipsam subsequuta ad domum veniissem, vetula subintulit, Ecce per gradus ad cameram superiorem ascendimus, vbi iuuenes morantur, sed caueas ne signo crucis te munias quod dum me facturam asseruissem, illa præcedente, ego per gradus sequendo, occultè me signo crucis muniui. Vnde contigit, quòd in summitate graduum, & ante cameram pariter constitutæ, illa vetula horribili vultu, & stomachato animo se vertendo, & me aspiciendo dixit: En maledicaris, cur signo crucis te signasti? abihinc, in nomine Diaboli recedas: sicque ad propria rediit illæsa.

Qua ex re colligitur quantis versutiis antiquus ille hostis in seductionem animarum debacchatur. Præfata denique balneatrix incinerata, per hunc modum asseruit, ab aliqua quadam vetula se seductam, cum tamen eius consodalis differenti modo: quia videlicet Dæmonem in via in specie humana inuenisset, cùm & ipsa intentionis fuisset, amasium suum fornicationis causa visitare: & vbi à Dæmone Incubo cognita fuisset, & interrogata, an eam agnosceret, & ipsam se cum

eum minimè agnoscere assereret. Ille respondit. Dæmon sum,& si volueris ad tuum beneplacitum semper ero paratus,nec in quibuscunque necessitatibus te deseram. Ad quæ illa dum annuisset, decem & octo annis vsque videlicet ad vltimum vitæ,spurcitiis illis diabolicis inseruiuit, cum fidei tamen omnimoda abnegatione.

*Modus alliciẽdi per mœstitiam & paupertatem.*

Et est tertius modus alliciendi per viam mœstitię, & paupertatis. Nã corruptis iuuenculis, & spretis ab amatoribus, quibus se nubendi gratia,ad eorũ prona ista impudicitiæ copulauerant, vt iã omni frustrantur confidentia, & se vndiq; infamatas considerant,etiam ad quęcunque diabolica præsidia se cõuertũt,aut ratione virdictę,illũ maleficiando amatorem,seu illã cui se coniunxit,aut alias omnibus spurcitiis se submittendo machinantur. Et sicut talium iuuenculariũ non est numerus, vt heu experientia docet:ita nec numerus maleficarũ,ex eis insurgentiũ.Pauca ex multis referamus.

Est locus in diœcesi Brixin.vbi iuuenis super vxorem sibi maleficatam, talem casum deposuit: Me enim tempore iuuentutis,quandam ait adamando,dum ipsa iugiter instaret,vt eam matrimonio copularem,& ego eam spernendo, aliam ex alio dominio duxissem in vxorem,volens tamen amicitiæ gratia ei complacere,ipsam ad nuptias inuitabam. Qua veniente, dum aliæ mulieres honestæ suas propinas, seu oblationes præsentarent,illa quæ inuitata fuerat, manũ eleuans, cæteris mulieribus, quæ circumstabant audientibus,dixit:Paucos dies sanos post hanc diẽ habebis. Et ista territa,cùm eam nõ cognosceret cè,vt præmissum est,quòd ex alio dominio copulata fuerat duæ interrogaret circumstantes, quænam esset, quæ ei huiusmodi minas intulisset. Aliæ ipsam vagam & dissolutam mulierem existere affirmabant: non minùs tamen ea quæ prædixit, & eo ordine subsequuta fuerunt Nam post paucos dies adeò maleficata fuit, & omnibus membris destituta, quòd etiam vsque in præsens,vltra annos decem,in suo corpore maleficia cernãtur Si ea quæ in vno duntaxat oppido illius diœcesis reperta sunt, inferenda essent, liber integer foret conficiendus, cõscripta autem & reposita sunt apud eũdem Episcopũ Brixin.& vtique stupenda & inaudita, vt testis idem existit.

*De Comite in Vuestreich maleficato & post triennium sanato.*

Nec silentio prætereundum putamus rem stupendam & inauditam. Nam Comes quidam præclarus genere,

Vuestra

Vuestrasiensis territorij in confinibus Argentinensis diœcesis iuuenculam simili genere præclaram, duxit vxorem, quam tamen post celebratas nuptias, vsque ad tertium annum, carnaliter cognoscere non poterat, maleficiali impedimento, vt rei probauit euentus præpedius: anxius, & quid agere ignorans, & Sanctos Dei iugiter interpellans, Accidit vt ad ciuitatem Metensem, ob negotiorum quorũdam expeditionem applicaret: In qua dum per vicos & plateas, seruis & familia vallatus incederet, quandam mulierem, quæ ante illos annos concubina sua fuerat, obuiam haberet, qua visa, dum super maleficia sibi illata minimè cogitaret, improuisè eam blandè ex antiqua amicitia contracta alloquitur, & qualiter se haberet, vt valeret inuestigat. At illa cernens Comitis pietatem, vice versa Comitem de valetudine sui corporis & statu, diligenter inuestigauit, quo respondente, quod benè, & prospera cuncta sibi succederent: Illa attonita paululum siluit. Et Comes cernens eã attonitam, amplius verbis blandis, eam aggreditur, ad collationẽ inuitando. At illa de statu vxoris inuestigando, simile responsum accipit, quòd benè in omnibus se haberet. Tunc illa an ne pueros generasset inquisiuit. Et Comes: tres mihi, ait, sunt pueri masculi, qrolibet anno vnum genuit. Tunc amplius illa stupefacta paululum siluit, Et Comes, rogo te chatissima, cur tam diligenter inquiris indica, nec enim dubito, quin meæ felicitatis congratuleris. Tũc illa, Verè cõgratulor, sed maledicatur illa vetula, quæ obtulit se corpus vestrum velle maleficiare, vt carnalem actum cum vxore vestra exercere minimè haberetis. In cuius signum puteus qui est in medio curiæ vestræ, cõtinet in fundo ollam, certas res maleficiales continentem, quæ ea de causa ibidem posita fuit, vt quãdiu ibidẽ contineretur, tãdiu cocundi impotentia vobis adesset, sed ecce omnia vana sunt de quibus gaudeo, &c. Nec Comes diu distulit, ad domum regressus, putẽ exhauriri fecit, ollã reperit, & cur ecta cõcremãdo, potẽtiã illã perditã subitò recuperauit. Vnde Comitissa denuò nobiles quasq; ad nuptias nouas inuitauit, affirmãs se iã dominã illius castri & dominij, quę tãto tẽpore virgo permãsisset. Castrũ & dominiũ, propter honorẽ Comitis nõ expedit, nominatim exprimere: hoc enim ipsũ recta ratio pſuadet & vt habitatia facti in detestationẽ tãti criminis detegatur.

Ex

Ex quibus patent varij modi a maleficis visitati, in augmentum suæ perfidiæ. Præfata enim mulier, quia ab vxore Comitis expulsa, hoc maleficium Comiti ex alterius maleficæ informatione tulerat, qua de causa innumeri effectus maleficiales sequuntur.

*Sequitur de modo sacrilegæ professionis.*

## CAP. II.

MOdus autem sacrilegæ professionis, super expressum pactum fidelitatis cùm Dæmonibus varius existit, vt potè cùm & ipsę maleficę variis exercitiis circa maleficia inferenda insistunt. Pro cuius intellectu est primò aduertendum, quòd sicut in genere triplices apparent Maleficæ, vt in 1. par. tractus tactum est, scilicet lædentes, sed curare non valentes. Curantes & ex aliquo singulari pacto cum Dæmone inito non lædentes & curantes. Ita & inter lædentes vnum genus existit supremum, in quo genere existentes, omnia alia maleficia, quæ aliæ sparsim exercent perpetrare valent. Vnde profitendi vbi describitur, satis, declarat de aliis speciebus. Sunt autem hæ, quæ contra humanæ naturæ inclinationem, imò omnium ferarum, propriæ speciei infantes vorant, & comedere solent.

*Triplices maleficæ.*

*Summe maleficæ & earũ opera.*

Et hæc est suprema species in maleficis exercendis: sunt enim quæ ad innumera nocumenta alia tendunt. Hæ enim grādines & auras læsiuas cum fulminibus exagitant, sterilitatem in hominibus & iumentis procurant. Infantes quos non deuorant, Dæmonibus (vt suprà patuit) offerunt, aut aliàs occidunt. Sed Hoc circa infantes, non renatos fonte baptismatis, quos autem deuorant renati sunt vt patebit, sed non nisi Deo permittente. Sciunt & infantes, prope aquas ambulantes, in ipsas, nullo vidente, in aspectu parentum, proiicere: equos sub incessoribus freneticos facere, de loco ad locum per aëra, vel corporaliter, vel imaginariè transmeare, Iudicum & præsidentium animos ne eis nocere valeant immutare taciturnitatem sibi & aliis in tormentis procurare in se capientium manus & animos tremorem magnum incutere, occulta aliis manifestare, & quędam fu-

*Baptisati infantes non vorantur.*

*Maleficæ animos immutant.*

tura.

tura ex Dæmonum informatione, quæ videlicet aliquam causam possunt habere naturalem prædicere. Vide quęstionem, an Dæmones valeant futura præcognoscere, in 2. sen. distin. 12. absentia velut præsentia conspicere, ad amorem vel odium inordinatũ mentes hominũ immutare, ictu fulminis nonnunquã quem volunt, seu etiã aliquos homines & iumenta interimere: vim geueratiuã, aut etiam potentiã coëũdi auferre, aborsum procurare, infantes in vtero matris solùm exteriori tactu interimere, solo etiã visu absque tactu interdũ homines & iumenta maleficiare & mortẽ inferre, proprios infantes Dęmonib. dedicare, & breuiter omnia vt præmissũ est, pestifera, quæ aliæ Maleficę sparsim procurare sciũt, qñ Dei iustitia talia fieri permittit. Hęc in illo genere supremo existẽtes perpetrare sciunt, nõ autẽ è cõuerso.

Hoc tamen est commune omnium, spurcitias carnales cum Dæmonibus exercere, idcò & ex illorum modo profitendi, qui in supremo genere existunt, aliarum maleficarum modum faciliter quis capere potest.

Fuerunt autem tales, dudum, ante triginta annos in cõfinibus Sabaudiæ, versus dominium Bernensium vt recitat Nider in suo Formicario: Nunc autem in confinibus Lombardiæ, versus dominium ducis Austriæ: vbi & inquisitor Cumanus, vt in præcedẽte parte tactum est, vno anno quadraginta & vnam Maleficam incinerari fecit, & fuit anno domini, 1485. qui etiam adhuc continuè inquirẽdo laborat. 41. *Maleficæ incinerata.*

Modus autem profitendi duplex est. Vnus solẽnis persimile ad votum solenne. Alius priuatus, qui seorsim Dæmoni quacũq; hora fieri potest Solẽnis inter eos fit, vbi maleficę in certam concionẽ statuto die veniunt: & Dæmonẽ in assumpta effigie vident hominis, qui, dũ super seruandã sibi fidelitatẽ, cum temporalium prosperitate, & lõgitudine vitæ hortatur, illæ quæ adsunt nouitiam suscipiendam sibi cõmendant. Et Dæmon si de abneganda fide, & cultu Christianissimo, & de extensa muliere, (sic enim & beatissimam virginem Mariam nuncupant,) & si de sacramentis nunquam venerandis: inuenerit nouitiam seu discipulum voluntarium, tunc Dæmon manum extendit, & vice versa discipulus seu nouitia, stipulata manu illa seruare promittit & Dæmon habitis præmissis, statim subiungit hæc *Modus profitendi duplex.*

*Extensam mulierem vocant Mariam.*

non sufficere:& vbi discipulus quænam alterius sint facienda inquirit,Dæmon homagium petit,quòd continet, vt in anima & corpore, sibi æternaliter pertineat, & pro posse alios quoscunque vtriusque sexus sibi associare velit. Adiungit denique, vt certa vnguenta ex ossibus & membris puerorum,& præcipuè renatorum fonte baptismatis, sibi conficiant per quæ cunctas suas voluntates explere cum sua assistentia poterunt.

Hunc modum nos inquisitores (experientia teste) percepimus in oppido Brisaco Basilien sis diœcesis, plenam informationem capiendo ab vna iuuencula malefica, sed conuersa cuius & matertera in diœcesi Argentinensi incinerata fuerat,quæ etiam addiderat quòd postmodum, quo eius matertera ipsam primitus seducere tentasset,talis erat.

Quadam enim die secum per gradus ascendere iubebat, & eius iussu cameram intrare, vbi cum vidisset quindecim iuuenes in vestimentis viridis coloris, ad modũ quo Reutheri incedere solent, materterea sibi dixit:Elige ex his iuuenibus,& eum quem volueris, tibi tradam, & ipse te sibi in sponsam assumet:& cum illa nullum se velle habere asseruisset,grauiter vulnerata tandem acquieuit,modum exprimens præmissum:Asseruit etiam quòd sæpiùs per longa terrarum spacia,de nocte secum translata fuerat, etiam ab Argentina vsque Coloniam.

*Equites Germani.*

*An veneræ maleficæ de loco ad locum transferantur.*

Hæc est illa,cuius occasione in prima quæstione præmissum est,nos velle declarare,an Maleficæ verè & corporaliter à Dæmonibus transferantur de loco ad locum: & hoc propter verba Canonis.6.q.5.Episcopi.vbi textus sentit quòd solummodo imaginariè, cum tamen interdum etiam verè & corporaliter tranferantur.

Interrogata enim an solũ imaginariè & phantasticè sic incederent per Dæmones illusæ Respondit quòd vtroque modo :prout etiam veritas se habet, vt inferius de modo transferẽdi localiter declarabitur. Asseruit ẽt quòd maiora damna ab obstetricibus inferũtur, quia vt plurimum infantes,aut habent interimere:aut Dæmonibus offerre, ab ipsa etiam matertera asseruit se grauiter fuisse verberatam, eo quod ollam quandam occultatam discooperiendo plurimorum infantium capita reperisset. Et plura alia retulit prius præstito pro dicenda veritate iuramento, vt dicuit.

*Olla plena capitum infantium.*

Eius

Eius deniq; verbis super modum profitẽdi fides indubia accommodatur, etiam per ea quæ in suo Formicario præfatur Ioan. Nider Doctor præcipuus, qui etiam nostris temporibus nimis claruit scripturis recitat, hoc ex relatu inquisitoris Eduensis Diœcesis, qui etiã in ipsa Diœcesi multos de Maleficiis reos inquisierat & incinerari fecerat.

*Formicarium Doctoris Nider.*

Dicit enim, prædicto Inquisitore mihi referente, percepi quòd in Lausanẽsi ducatu quidam malefici proprios natos infantes coxerant, & comederant. Modus autem discendi talem fuit, vt dixit, quòd Malefici in certam conclavem venerunt, & opere eorum verisimiliter Dæmonem in assumpta imagine viderunt hominis, cui discipulus habebat necessario dare fidem de abnegando Christianissimo & de Eucharistia nunquam adoranda, & de calcando super crucem ibi latenter valeret.

*Insidiantur malefica infantibus.*

Sequitur aliud exemplum ab eodem. Fuit insuper fama communis Petro Iudice in Botilgem referente, quòd in terra Bernensi tredecim infantes devorati essent à Maleficis: quamobrem etiam publica iustitia satis durè exerceatur in tales parricidias. Cùm autem Petrus quæsiuisset a quadam capta Malefica, per quem modum infantes comederent: Illa respondit, Modus iste est: nam infantibus nondum baptizatis præcipuè insidiamur vel etiam baptizatis præsertim quando signo crucis non muniuntur, & orationibus (lector aduerte quòd ideo nõ baptizatis) præcipuè insidiãtur instinctu Diaboli, vt nõ baptizentur, hos in cunabulis, vel ad latera iacẽtes parẽtũ, caremoniis nostris occidimus: quos postquàm putantur oppressi esse, vel alunde mortui, & de tumulo etiam furto recipimus, & in caldari decoquimus, quousque exulsis ossibus tota caro efficitur benè potabilis, de solidiore materia vnguentum facimus, nostris voluntatibus & artibus, ac transuectionibus accommodis: de liquidiore vero humore flasconem vt vtrem replemus dẽ quo is qui potatus fuerit, additis paucis cæremoniis, statim conscius efficitur & magister nostræ sectæ.

*Alij habent Boltingen.*

*Esus infantium qualis apud maleficas.*

Sequitur adhuc modus alius magis distinctus & clarus. Nam inuenis quidam cum vxore malefica captus, in Bernensi iudicio, seorsim ab eadem & in distincta turri repositus, dixit: Si meorũ facinorũ veniã consequi possem, omnia quæ de Maleficis scio libens patefacerẽ, mori enim video

me oportebit. Cumque per literatos circunstantes audisset omnimodam posse consequi veniam, si verè pœniteret, tunc lætè se morte obtulit, & modos primæue infectionis deseruit, Ordo inquit, talis est, quo etiam seductus sum. Oportet primò vt Dominico die antequam aqua benedicta cõsecratur, discipulum futurum cum magistris Ecclesiam introire, & ibidem abnegare coram eis Christum, eius fidem baptisma & vniuersalem Ecclesiam. Deinde homagium præstare magisterulo, id est, paruo magistro, ita enim Dæmonem & nõ aliter vocant. Vbi notandũ, quòd iste modus cũ aliis recitatis cõcordat. Nec obstat, quòd Dæmõ interdũ præsens est, vbi homagiũ sibi præstatur interdũ verò non: dolosè. n. tũc operatur, cernẽs dispositionẽ futuri discipuli, quem fortassis ob suam præsentiam tanquam nouitium retraheret timoris causa, cùm tamẽ aliàs per sibi notos & familiares facilius æstimat eum assentire. Ideóq; eum & tũc magisterulũ vocant, cùm absens est, vt minore terrore, ex parua æstimatione magistri concutiatur. Sequitur postremò: de vtre bibit supradicto quo facto, statim se in interioribus sentit imagines nostræ artis concipere & retinere super principales ritus huius sectæ. In hunc modum ait, seductus sum. Et vxor mea: quam tantæ pertinaciæ esse credo, vt potius incendium sustineat, quam minimam fateri velit veritatem: sed heu ambo rei sumus. Sicut dixit iuuenis, ita veritas per omnia reperta est, nam præconfessus iuuenis in magna contritione mori visus est. Vxor verò testibus cõuicta, nihil veritatis, nec in ipsa tortura fateri voluit, nec in morte: sed incendio præparato per lictorem, eidem verbis pessimis maledixit, & sic incinerata fuit. Ex quibus liquet modus profitendi earum earum solemnis.

*Vis aquæ benedictæ.*

*Diabolus vocatur magisterulus.*

*Priuatus modus profitendi maleficarum.*

Alius verò modus priuatus sit diuersis mediis. Interdum enim viris aut mulieribus, aut aliqua alia corporali seu tẽporali afflictione inuolutus Dæmon astat interdum visibiliter, interdum per medias alloquitur personas: & si secundũ sua consilia agere velint, omnia profutura pollicetur ad nutum: à paruis tamen, vt in primo capitulo tactum est inchoando, vt ad maiora paulatim perducat. Varia possent adhuc deduci acta & gesta, per nos in inquisitione reperta, sed quia difficultatem hæc materia non patitur, breuitati studendum est cum vlteriori declaratione.

Pro

*Pro declaratione homagij præstandi aliqua sunt aduertenda.*

VErùm super hoc, quòd Diabolus homagium recipit, aliqua sũt aduertẽda, qua videlicet de causa & quàm differenter hoc faciat,& primò. Nam licet hoc faciat principaliter ad maiorem offensionem Diuinæ maiestatis, creaturam ei dicatam sibi vsurpando, & ob maiorem certitudinem futuræ illius damnationis, quam summè affectat. Tamen sæpè repertum est à nobis, tale homagium ad certos accepisse annos simul cum professione. Interdum professionem tantùm & homagium ad certos annos distuliſſe.

*Dæmon differt homagiũ.*

Et dicamus professionem consistere in fidei totali, aut partiali abnegatione. Totali, vt suprà tactum est, cùm fides ex integro abnegatur. Partiali, cum ex pacto inito, habet cæremonialia quædam contra statuta Ecclesiæ obseruare, vt Dominicis diebus ieiunare, aut sextis feriis carnibus vesci, aut certa crimina in confessione celare, vel aliquid simile perpetrare. Homagium verò dicamus consistere in corporis & animæ traditione.

*Dominica die ieiunare est diabolicum.*

Qua de causa autẽ talia practicantur, possumus assignare quatuor casus ex parte Dæmonis. Cùm enim, vt suprà in prima parte tractatus declaratur, circa secundum principale: An Dæmones ad odium vel amorem, mentes hominum possint immutare, patuit, quòd intima cordis non possint penetrare, cùm hoc soli Deo conueniat. Et coniecturis tamen in illorum cognitionẽ deuenit, vt etiam iam inferius patebit. Ideò versutus ille hostis, si considerabit nouitiam in aggressu difficilem ad consensum, tunc blandè eã aggreditur, pauca exigens, vt paulatim ad maiora perducat.

Secunda causa, nam cùm inter abnegantes fidem, diuersitas credenda est, cùm quędam ore, sed non corde, quædam ore & corde: Diabolus experiri volens an corde sicut ore sibi profiteantur, certos annos deputat, vt eo in tempore ex operibus & conuersatione mentem eorum inuestiget.

Tertia causa, nam si per tantum temporis spacium, cognoscet ipsam ad quæcũq; exequenda minus voluntariam, & quòd iam ore, & non corde sibi adhæreat: præsumitque diuinã misericordiam ei propter Angeli boni custodiã, quã Dæmon in multis experiri potest profuturam: tunc ipsam abiicere, & tẽporalibus afflictionibus exponere conatur, vt

*Cur quidam in tormentis nihil fateantur.*

vel sic ex desperatione eius lucrum habere valeat.

Huius veritas patet: nã si causa quæritur, vnde est, quòd certæ maleficæ, sub quibuscunque tormentis etiam maximis, nec minimam veritatem fateri volunt, vbi tamen aliæ facilitèr ad quæcunque interrogata, sua crimina fatentur. Item, vnde hoc, quod sibi ipsi, postquam factæ sunt, vitam auferre suspendio conãtur. Reuera enim dici potest, quòd vbi diuina coactio per sanctũ Angelum ad hoc non cõcurrit, vt malefica cogatur fateri veritatẽ, & maleficiũ taciturnitatis abscedere, quòd tũc opere Dæmonum fit quodcũque euenit, siue taciturnitas, siue criminum confessio. Primum fit super illas, quas ore & corde nouit fidem abnegasse, & simili modo homagium præstitisse: de quarum etiam perseuerantia certus est, vbi per oppositũ alias relinqueret non tuendo, eò quòd nouit illas sibi minimè proficuas.

*Laqueo gulã tangentes.*

Experientia nos sæpè docuit, cùm omnes quas incinerari fecimus ex earum confessionibus patuit, ipsas fuisse inuolũtarias circa maleficia inferenda. Nec hoc sub spe euadendi dicebant, cùm ex plagis & verberibus eis à Dæmonibus illatis, vbi ad eorum nutum non seruiebant, veritas constabat, sæpissimè visæ cũ facicbus tumidis & luinidis. Et similiter, quòd post confessionem criminum sub tortura, semper seipsas vita priuare laqueo satagunt: veritas ex nostra practica habetur: tũ sẽper post criminũ cõfessionẽ, custodes deputãtur singulis horis, super talia attẽdẽs: vbi etiã ex negligentia interdum custodum ad corrigias vel pepla repetiebantur suspensę: inimico vtique, vt dictum est, hoc procurante, nec per contritionem, aut sacramentalem confessionem veniam consequerentur. Et quas corde allicere nũquam poterat, quo etiam facillimè gratiam apud Deum inuenissent: iam vltimò per temporalem confessionem & horribilem mortem, in desperationem deducere conatur. Quibus & per Dei gratiã maiorẽ, vt piè est credẽdũ, veniã per veram cõritionem, & puram confessionem consequuta sit vbi non voluntariè illis spurcitiis inhæserunt.

*Quomodo maleficæ taciturnitatem procurent.*

Patent ex his quæ per diœceses Argentinensem, Constantiensem, & oppidum Haganoæ Rauenspurg acta sunt, vix annis tribus euolutis. In primo namque oppido, vna vili peplo & fragili se suspẽdit. Altera nomine Vualtpurgis, de maleficio taciturnitatis miro modo fuit notata, alias mulier

culas

calas informando, qualiter talem taciturnitatem per puerum masculum, & primogenitum, in fornace decoctum, procurare deberent. Acta & gesta adhuc præ manibus habentur: & similiter de aliis in secundo oppido incineratis, sparsim hinc inde deducentur.

Et est quarta causa, cur Dæmones homagium recipere super certas differunt, super alias verò minimè, eò videlicet quòd cùm periodum hominis cognoscere subtiliùs, quàm Astronomi possunt, facilius eis terminum vitæ vel præfigere, vel terminum naturalem per casualem, modo quo dictum est, præuenire potest.

Hęc breuiter per acta & gesta maleficarum declarantur. Primò Dæmonis astutiâ in talibus deducendo. Nam quia secundum Aug. in lib. de na. Dæm. assignantur. VII. causæ, vnde etiam probabiliter coniecturant futura contingentia non quòd illa scire certitudinaliter valeant. Prima est quia vigent subtilitate naturali, quò ad operationem intellectus ipsorum: Vnde & sine discursu, qui necessarius est in nobis, rationis intelligunt. Secunda quia propter experientiam temporum, & reuelationem supernorum spirituum plura sciunt quàm nos. Vnde ex Isid. allegatur sæpiùs à Doctoribus triplici accumine scire vigẽt Dæmones, Subtilitate naturæ. Experientia temporum, & Reuelatione supernorum spirituũ. Tertia est propter celeritatem motus, vnde quæ in Oriente fieri habent, præcedere possunt mira celeritate ad Occidentẽ. Quarta, quia sicut sua potentia, cùm Deus permittit, possunt inducere morbos, aërẽ inficere, & famẽ inducere, ita possũt & illa prædicere. Quinta, quia per signa possunt subtilius prædicere mortẽ, quàm Medicus videndo vrinã & pulsum. Nã sicut ille per signa videt aliqua in infirmo, quæ simplex non considerat, ita & Dæmon ea quæ nullus homo videt naturaliter. Sexta, quia ex signis quæ præcedũt ab animo hominis, coniecturãt ea quæ sunt, vel erũt in anima, astutius prudẽti viro. Sciũt n. qui instincti sunt verisimiliter secuturi, & cõsequenter cuiusmodi opera. Septima, quia acta Prophetarũ, & scripta noscunt melius quàm homines, & ex illis multa futura dependẽt, ideò ex illis multa futura prædicere possunt. Hæc etiã tanguntur 26. q. 4. sciẽdum. Vnde non mirũ si periodũ hominis scire possit naturalẽ, licet secùs sit de termino casuali, q fieret per incinera-

*Causæ vnde futura sciant Dæmones.*

*Dæmones: ex Prophetis prædicere possunt futura.*

tionem, quam, Dæmõ finaliter procurat, quando vt dictum est ipsas inuoluntarias reperit, timens de earum reditu & conuersione: cùm tamen alias, quas nouit voluntarias, etiam ad naturalem, & sic vsque ad mortem defendit.

Demus ex vtraque parte exempla, quæ à nobis reperta sunt, & acta. Nam in Basilienſi diœcesi, villa super Rhenum situata, nomine *Vberwil er* plebanum conuersatione honestum habuit, illius tamen opinionis seu potiùs erroris, maleficiũ nihil esse in mundo, sed tantùm in opinione hominum, qui eiusmodi effectus mulierculis attribuebant, quẽ taliter à suo errore Deus purgare voluit, quòd etiam & alia Dæmonum super præfigendis terminis vitæ maleficis cõmercia pate fierẽt. Nam dum festinè pontem, ob cuiusdã negotij expeditionẽ pertransire vellet, obuiã sibi importunitate quandam vetulam habuit, cui dum in pontis accessu locum vt præiret dare noluisset, sed importunè incederet casu vetulam luto intrusit, vnde indignata, in verba contumelioſa prorupit, eíq; dixit *Pfaff* impune non transibis. Sed ille licet verba parum aduerteret, de nocte infra cingulum, vbi surgere è lecto volebat, se maleficiatum sensit, ita vt brachiis hominum aliorum sustentari semper habuit, vbi Ecclesiam visitare volebat, sicque per triennium mansit sub cura tamen domestica matris carnalis. Quibus expletis, dũ vetula illa ęgrotaret, quam etiam propter verba contumelioſa, quibus minata fuerat, semper suspectam de maleficio sibi illato habuerat, accidit tamẽ, vt pro confessionis audientia, infirmata ad eum mitteret. Et sacerdos licet importunè diceret: confiteatur Diabolo, suo magistro: ad instantiam tamen matris per duos villanos sustentatus inter brachia domum accessit, & ad caput lecti in qua maleſica iacebat, sedit. Duo illi villani ab extra auscultare volebant prope fenestram, sic enim stuba in plano erat situata, an maleficium illatum plebano cõfiteretur: vnde cõtigit, vt licet intra confessionem mentionem nullam de maleficio illato feciſſet, ipsa tamen confessione peracta, dixit: Scis ne tu *Pfaff* quis te maleficiauit? Et dum blandè ille respondere, se nescire, illa subintulit: Tu habes me suspectam, & benè, scias me tibi intuliſſe tali de causa, vt sup à tactum est. Et dum ille pro sua liberatione instaret, dixit: Ecce tempus statutum aduenit, & mori habeo, sed ita

ita disponam, vt paucis diebus euolutis post mortem meam sanctis, ita & euenit. Nam illa iuxta statutum à Dæmone terminum obijt, & infra 30. dies quadam nocte sacerdos ex integro se sanum reperit, Nomen sacerdotis dicitur *Pfaff Hæfflin*, iam in diœcesi Argentinen.

Simile in diœcesi Basilien si, villa *Buchel* prope oppidum *Gervel* contingit. Mulier quædam capta & tandem incinerata, sex annis lucubum Dæmonem habuerat, etiam in latere viri dormientis in lecto. Et hoc ter in septimana sabbatis, quintis & tertiis feriis, aut aliis noctibus sacratioribus. Tale autem homagium præstiterat Diabolo, vt post septimum annum, in corpore & anima perpetuò sibi dedicata esset. Piè tamen dispensauit Deus. Nam in sexto capta, & igni adiudicata, verè & integrè cõfessa, veniam creditur à Deo percepisse. Plurimũ enim voluntaria ad mortem extitit asserens, ꝙ & si liberari posset, mortẽ tamẽ amplius præeligeret dummodò potestatem Dæmonis euadere.

## *De modo, quo localiter transferuntur de loco ad locum.*

### CAP. III.

NVnc autem aggrediendum est de earum cæremoniis, & quibus in suis operibus procedunt modis. Et primò de his, quæ erga se & proprias personas operantur. Et quia transferri de loco ad locum corporaliter, est de præcipuis earum actionibus, carnalibus etiam spurcitiis cum Incubis Dæmonibus insistere. De singulis aliqua deducemus, & primo de earum corporali transuectione. Vbi notandum est, quòd hæc transuectio patitur difficultatem, vt sæpiùs tactum est, ex vno duntaxat processu scripturæ, puta 26. q. 5. Episcopi. vbi dicitur, ex consilio acquirendi. Illud non est admittendum, ꝙ quædam sceleratæ mulieres post Satan retrò cõuersę, Dæmonũ illusionibus, & phantasmatibus seductæ, credũt se & profitentur cum Diana horis nocturnis, Dea paganorũ, vel, cum Herodiade & innumera multitudine mulierem æquitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia in tempe-

*Contra transuectionẽ maleficarũ, quòd sit impossibilis*

ſtare noctis ſilentio pertranſire, eíque tanquam Dominæ in omnibus obedire, &c. Qui propter ſacerdotes Dei prædicare debent populo, vt nouerint omninò hæc eſſe falſa, & non à Diuino, ſed maligno Spiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipſe Satanas transformat ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies atque ſimilitudines: Et mentem quam captiuam, in ſomnis deludendo, per deuia quæque deducit, &c.

Et ad hoc prædicantur interdum à quibuſdam exempla publicè de S. Germano, & de quodam alio, qui filiam ſuam ſuper hoc obſeruauit, quaſi omninò hæc ſint impoſſibilia fieri: Et indiſcretè applicãtur ad maleficas & earũ opera, tãquã vt & ſingula earũ facta in læſionib⁹ hominũ, iumẽtorũ, terræ frugũ, nõ ſint eis applicanda, eò q̃ ſicut phãtaſticè in trãſuectionibus ita & circa creaturarũ læſiones illudantur.

*Probatur quòd poſſint malef. corporaliter transferri.*

Quæ quidem opinio, cùm in prima quæſtione tanquam hæretica ſit reprobata: vt potè contra Diuinam permiſſionẽ ſuper Diaboli potentiam quæ ad maiora vt ſic ſe extendere poteſt: militans ſimiliter, & contra ſactæ ſcripturæ intenſionem, & ad Eccleſiæ ſanctæ intollerabile damnum, vbi iam multis annis impunè ex hac peſtifera opinione permanſerunt, ſeculari brachio puniendo facultatem amputando. Vnde & in immenſum ſic creuerunt, vt iam non ſit poſſibile eas eradicare. Ideò diligens lector, ea quæ ibi poſita ſunt in deſtructionẽ illius opinionis conſiderabit, & ad præſens qualiter transferantur, & quibus modis hoc ſit: poſſibile aduertet, cum reſponſionibus ſuper exempla quæ ab eis ita medium deducuntur.

*Campſiones intelligit permutationes Dei mechs ſtinder ſelt.*

Quòd igitur corporaliter poſſint transferri, variis modis oſtenditur. Et primò ex aliis magorum operationibus. Nam ſi non poſſent transferri, hoc eſſet, vel quia Deus non permitteret, aut quòd Diabolus hoc facere non poſſet, eò quòd creaturæ repugnaret. Non primum quia vbi maiora, vtique & minora Dei permiſſione fieri poſſunt: Sed maiora tam in pueris quam in hominibus ſæpiſſimè facta ſunt vt potè iuſtis & in gratia conſtitutis patet.

Nam vbi quærunt: An campſiones puerorum opere Dæmonũ fieri poſſint, & an Dæmon localiter poſſit transferre aliquem hominem de loco ad locũ, etiam inuitum. Ad primum reſpondet q̃ ſic, nam & Guilielmus Pariſienſis in vltima

vltima parte de vniuerso dicit: Campsiones puerorum fieri possunt, ita quòd Deo permittẽte, Dæmon vicẽ infãtis gerere poteſt, vel etiã trãslationẽ facere: Tales enim pueri sẽper sunt miseri eiulantes. Et licet quatuor aut quinque matres vix sufficerent ad lactandum, nunquam tamen impinguantur, sed vltra modum ponderosi existunt. Mulieribus tamen propter nimium terrorem, quem concipere possent, nec affirmanda sunt nec neganda, instruendæ sunt vt literatorum iudicia quærãt. Permittit. n. Deus propter peccata parẽtũ, cũ interdũ viri imprægnantibus vxoribus maledicũt: Vellẽ inquiẽtes vt Diaboli portar es, vel similia. Et similiter impatiẽtes mulieres sæpè similia proferũt: De aliis etiã hominibus, interdũ iustis, exẽpla plurima reperiuntur.

Nã Vincen. in spec. hist. lib. 26. c. 43. ex recitatione Petri Damiani, refert de puero quinquẽnij cuiusdam nobilissimi viri, qui puer pro tunc monachus factus, à monasterio noctu illatus est pistrino clauso, vbi maximè repertus, & interrogatus, dixit se per quosdam ad magnum conuiuium delatum & vt comederet iussum: Et pòst per superiora pristino immissum.

Quid deniq; de his magis qui vsitato vocabulo à nobis Necromantici nuncupãtur, & per aëra sæpè à Dæmonibus ad longinqua terrarum spacia quandoque vehuntur. Qui etiam aliis interdum hoc idem suadentes eos secum super caballum qui vtique non verus equus, sed Dæmon in tali forma existit, vehunt, & vt loquuntur nec vt signo crucis se muniant, hortantur. *Magi caballo per aëra equitantes.*

Et licet duo simus hunc tractatũ scribentes, vnus tamen ex nostris sæpissimè tales vidit & reperit. Nã scholaris quidam pro tunc, nunc verò sacerdos Frisyngensis diœcesis adhuc superesse creditur, qui & referre solitus est semel, se corporaliter à Dæmone fuisse per aëra subuectum, & ad remotas partes illatum.

Supereſt sacerdos alius *Vuerdorff* oppido prope Lantzhutam, qui pro tunc consodalis illius existens, oculis propriis illam subuectionem vidit: Et qualiter extensis brachiis, in altum clamando, & non eiulãdo translatus fuit. Causã autẽ vt idem retulit, hæc erat: Nam conuenientibus quadam die multis scholaribus, in potagiis ceruisię, omnes in hoc cõsẽserant vt ille qui ceruisiam afferret, nil exponere haberet: *Scholaris ex potagio ceruisię apportatus*

& sic

& sic vnus ex sociis dum pro ceruisia apportanda exire velebat, ostiũ aperiendo, nebulam densã ante ostium intuitus fuit, vnde territus rediit, & quòd potũ adferre nollet causã apperiendo, eis insinuauit. Tunc idem qui illatus fuerat, indignatus dixit: Et si Diabolus adesset potũ apportabo. Et he exiẽs, aliis omnibus tũc videntibus, per aëra subuectus fuit.

*Dormientes etiam transferuntur.*

Verùm quidẽ, quòd nõ solùm vigilantibus, sed dormientibus talia accidere possint, fateri necesse est: vt videlicet dormiendo per aëra localiter & corporaliter transferãtur.

*Quin sõno tecta scandant.*

Patet & de quibusdã, qui super tegulas domorũ & ædificia altissima somniãdo incedunt: nec quicquã eis obstare potest ad eorum transitum, tam in altum, quàm in profundum: Et si propriis nominibus ab aliis circumstantibus vocantur, statim ad terram quasi collisi ruunt.

*Diaboli ex inferiori choro.*

Hæc vtiq; opere Dæmonum fieri plures arbitrãtur, & nõ absq; ratione. Nam cùm Dæmones sint in multiplici differentia: Aliqui de inferiori choro Angelorum, qui etiam exiguis pœnis vltra pœnam dãni, quam æternaliter patientur, tanquam pro paruis delictis cruciantur: qui etiam neminem possunt lædere, saltem grauiter, sed solùm principaliter ioculationes exercere. Vbi etiã alij Incubi sunt vel Succubi punientes nocturno tempore homines, vel peccato luxuriæ coinquinantes eos. Nõ mirum, si etiam his trufis insistunt.

*speculatores Dæmones.*

Potest deduci veritas ex dictis Cassiani. colla. 7. vbi dicit, tot esse immundos spiritus, quot in hominibus studia non dubiè comprobatur. Nam nonnullos eorum quos etiã Paganos vulgus appellat, nos verò *Grollen*: & abundant in regno Norwegiæ, aut *Schretel* ita seductores & ioculatores esse manifestum est, vt certa quæq; loca, vias iugiter obsidentes, nequaquam tormentis prætereuntes lædere possunt derisu tantummodò & illusione contenti, fatigare eos potiùs studeant, quàm nocere. Quosdam verò solummodò innocuis incubationibus hominũ pernoctare. Alios itaque esse furori ac truculentiæ deditos, vt non sint contenti illorum tãtummodo corpora, quos supleuerint, atroci dilatione vexare, sed etiam irruere supereminus transeuntes, atque affligere illos sæuissima cæde festinent. Vult dicere, quod non tantùm obsident, imò etiam horribiliter cruciant, quales illi in Euangelio, Matth. 8. describuntur.

*Schretel Grollen in Nordnegia quas aliàs. Paganos vocant.*

Ex

Ex quibus concludere possumus primum quod non est dicendum maleficas non transferri localiter, eò quòd Deus non permittat. Si enim super iustos & innocentes, aut etiã super Magos permittit, quomodo non super illas ex toto se Diabolo deuouentes? Et vt cùm timore loquamur: Nónne Diabolus Saluatorem nostrum sustulit, & duxit & statuit hinc inde, vt Euangelium testatur.

*Christus à Diabolo in primam templi sublatus.*

Nec etiã secundum suffragatur aduersariis, qua si Diabolus hoc facere nõ possit: cui, vt in supradictis patuit, tanta inest virtus naturalis, omnia corporalia exeedens, quòd nulla virtus terrena ei comparari potest. Iuxta illud: Non est potestas super terram, &c. Imò ipsi Lucifero tanta naturalis inest potestas seu vtrtus, qua maior etiam inter Angelos bonos in cœlo non existit. Sicut enim omnes Angelos in naturalibus exceſſit: & naturalia per casum non sunt imminuta, sed tantummodò gratuita, ideò adhuc in eo remanent, licet obscurata & ligata. Vnde glossa ibidem super illud: Non est potestas super terram, &c. Et si omnia superat, meritis tamen sanctorum subiacet.

*Luciferi potestas æqualis potestati bonorum Angelorum.*

*Diabolus meritis subiacet sanctorum.*

Nec valet si quis duo obijceret. Primo, quòd anima hominis posset resistere, & quòd textus videtur sentire de vno in singulari, scilicet, Lucifero, cùm in singulari loquatur. Et quia hic fuit, qui Christum in deserto tentauit, & primum hominem seduxit, iam autem resigatus sit, & alij Angeli non sint tantæ virtutis, cùm ipse omnes excedat. Ideò alij malos homines trãnsferre localiter per aëra non possunt.

Non valent instantiæ. Primò dicamus de Angelis. Nam minimus Angelus omnẽ humanã virtutẽ incõparabiliter excedit. Rationes sumuntur ex pluribus. Primò, quia virtus spiritualis fortior virtute corporali, sicut virtus Angeli, aut etiam animæ superior quàm virtus corporalis. Secundò quò ad animam: Quia cùm omnis forma corporalis est forma individua per materiam, & determinata per hæc, & nunc prout iam anima nostra existit: formæ autem immateriales sunt absolutæ & intelligibiles. Vnde etiã potestatem habent absolutam & vniuersaliorem. Ideò anima coniuncta non potest ita subitò transferre corpus suum localiter, nec in altum eleuare. Benè autem faceret, cùm esset separata Deo permittente: quæ omnia à fortiori potest spiritus omnino immaterialis: prout est Angelus tã bonus quã malus.

malus. Sicut etiam Angelus bonus transtulit Abachuc in momento à Iudæa in Chaldæam. Et ex hac ratione etiam concluditur, quòd illi qui de nocte in somnis per alia a dificia vehuntur, non feruntur à propriis animalibus, nec ex influentiis corporum cœlestium, sed ab aliqua excellentiori virtute, vt suprà patuit.

*Translatio Abachuc.*

Tertiò, quòd sicut natura corporalis, nata est moueri immediatè natura spirituali, secundum locum: tum quia motus localis est primus motuum. 8. Physic. tum quia perfectior est inter omnes motus corporeos, vt ibidem probat Philosophus ea ratione, quia mobile secundum locum, non est in potentia ad aliquid extrinsecum; inquantum huius, sed solùm ad aliquid extrinsecum.

Vnde etiam non tam à Doctoribus sanctis, quàm & Philosophis concluditur, quòd suprema corpora, supple cœlestia, mouentur à substantiis spiritualibus, & separatis bonis & secũdum naturam & voluntatem. Tum etiam quia videmus quòd anima primò & principaliter mouet corpus mõtu locali.

*Corpora cœlestia mouentur ab intelligentiis.*

Ideò dicere oportet, q; ratio corporis humani, nec quantũ ad ipsum corpus, nec quãtũ ad ipsam animã obstare potest, quin vtrunq; moueri possit subitò, Deo permittente, de loco ad locum à spirituali substantia bona secundum volũtatem & naturã, quãdu boni & in gratia constituti transferuntur, aut bona secundum naturã, non autẽ secundum voluntatẽ, quãdo mali transferuntur. Si cui placet videre S. Tho. in 1. parte. q. 90. per tres ibidem artitulos, aut etiam q. de malo. seu etiam in 2. sent. dist. 7. de potestate Dæmonum super effectus corporales.

*Vnguenta ad transferendum præparata.*

Modus autẽ trãsferẽdi talis est: Nã vt ex præcedẽtibus patuit, vnguẽtũ ex mẽbris puerorũ, præcipuè interẽptorũ abeis ante baptismũ, cõficere habẽt ad Dæmonis instrũctionẽ, sed de aliquod, aut lignũ murgere, quo facto, statim in aëra feruntur, & hoc siue de die, siue de nocte, visibiliter, seu etiã, si id volũt, inuisibiliter, secundũ quòd Dæmõ & obstaculũ alicuius corporis, alterũ corpus occultare potest, vt in prima parte tractatus, de præstigiosa apparitione operum Dæmonũ patuit. Verũ licet Dæmõ per tale vnguẽti vt plurimũ huiusmodi practicat, in finẽ, vt baptismi gratia infantes priuet & saluatione, tamen & absque his pluries effice-

re

re visus est vbi per animalia, quę vtique non animalia vera, sed Dæmones sub formis illis existentes, ipsas transfuexerunt: aut etiam aliquo sine exteriori adminiculo, solūmodò Dęmonis virtute visibiliter operante, interdū transferūtur.

*Exemplum de Vualdhutēsi Venefica, quæ visibiliter trāsflata fuit.*

Res Gest de visibili & diurna transuectione: In oppido *Baldshut* super flumen Rhenum, Constantiensis diœcesis, malefica quædam oppidanis cùm esset plurimùm odiosa, & ad quasdam celebrandas nuptias non fuisset inuitata cùm tamē benè omnes oppidani illis interessent, ipsa indignata, vindicare se æstimans, Dæmonem aduocat, & suæ tristitiæ causam aperit, vt grādinē excitare vellet, & cunctos de clotea dispergere petit: quo annuente, ipsam subleuauit, & per cētra ad montem prope oppidum, videntibus certis pastoribus transuexit, & vt postmodum fassa fuerat, cùm aqua sibi deesset ad fundendum in foueam, (quem modum, vt patebit, vbi grādines excitant, obseruant,) ipsa in foueam, quā paruam fecerat, vrinam loco aquæ immisit, & cum digito, more suo, astante Dæmone mouit, & Dæmon subitò illum humorem sursum eleuans grandinem vehementem in lapidibus super chorizantes tantummodò & oppidanos immisit. Vnde ipsis dispersis, & de causa illius mutuò conferentibus, malefica oppidum postea ingreditur, vnde suspicio magis aggrauatur. Ad verò, cùm pastores ea quæ viderant recitassent, suspicio vehemens in violentam creuit. Vnde capta, & fassa, quòd ea de causa, nimirum quia inuitata non fuerat, talia perpetrasset: ob multa etiam alia maleficia ab ea perpetrata, incinerata fuit.

Et quia publica fama de huiusmodi transuectionibus etiam apud vulgares continuè volat, non expedit plura ad hoc probandum de his hic inferere. Tantummodò hæc sufficiant aduersus illos, qui huiusmodi corporales trāsuectiones aut omninò negant, aut quòd solummodò imaginariè & phantasticè fiant, affirmare conantur. Qui vtique in suo errore si relinquerentur, patum esset, imò nec aduertendum, dummodò in fidei contumeliam ipsorum error nō vergeret. Atento autem, quòd illo errore non contenti, etiam alios inferere & publicare in maleficarum augmentationem, & fidei detrimentum nō verentur: dū asserūt quòd omnia maleficia, quæ eis iussè, tanquam instrumentis Dæmonum, verè & realiter imperantur, eis tantummodò

imagina

imaginariè & illusoriè, tanquam innoxiis esse imputanda, sicuti & ipsa transuectio phantastica. Vnde & pluries impunè in magnam creatoris contumeliam, & grauissimum iam ipsorum augmentum remanserunt.

*Transformatio in deterius.*

Nec argumenta etiam à principio adducta eis suffragari possunt. Nam primum cùm allegant capitulum Episcopi. 26. q. 5. Vbi asseritur, ꝙ tantùm phantasticè & imaginariè transferantur, quis tam insipiens, qui velit cõcludere, quòd non possint etiam corporaliter transferre. Sicut enim ex fine illius capituli, vbi ponitur, ꝙ qui credit posse hominem in melius vel in deterius transmutari, aut in aliam speciem transformari, infideli & pagano deterior sit censendus: quis possit concludere quòd non possint homines in bestias præstigiosa illusione transformari, aut etiam de sanitate in infirmitates tanquam meliori in deterius transmutari. Iam talis, qui sic in cortice verborũ canonis laboraret, vtique contra mentem omnium Doctorum Sanctorum, imò & contra Scripturæ Sacræ processum sentiret.

Ex quibus multipliciter oppositum apparet, vt ex supradictis in plerisque locis circa primam partem tractatus deductum est. Oportet ergo ad nucleum verborum attendere. iuxta quod in prima quæstione primæ partis tractatus tactum est hoc circa solutionem secundi erroris inter tres, qui ibi reprobantur: quòd quatuor iniunguntur prædicatoribus populo ad prædicandum, transferuntur enim & corporaliter, & phantasticè, Iuxta quòd ex earum propriis confessionibus patet, non tam illarum quæ incineratæ fuerunt, quàm etiam aliarum, quæ ad fidem & pœnitentiam redierunt.

*Vtroque modo & illusoriè & verè trãsferuntur.*

Inter quas & illa in oppido Brisiaco interrogata à nobis, an ne phantasticè & illusoriè aut corporaliter possent trãsferri: respondit quòd vtroque modo. Si enim casu aliquo nollent corporaliter transferri, scire tamen vellent omnia quæ in concione illa ab earum cõsodalibus agerentur, tũc talis ab eis seruaretur modus, vt illa in nomine omnium Diabolorum ad latus sinistrum se reponeret ad cubitum: ex tũc quasi vapor quidam glaucus ex eius ore procederet. Vnde singula quæ ibi agerentur perlucidè considerarent, si verò corporaliter transferri vellent, modum supradictum seruare necesse esset.

Præ

Præterea in casu, quo Canon ille nudè absque omni declaratione intelligendus esset, quis tam stolidus, vt propter eà omnia eorum maleficia & nocumenta esse phantastica & imaginaria affirmaret, cùm ad sēum omnibus appareat contrarium? Eo præcipuè, quòd plures sint superstitionum species: vt pote quatuordecim: inter quas maleficarum species, supremum in maleficiis & nocumentis continet gradum: & species Pythonum, ad quam reduci possunt, qui phantasticè vehuntur minimum gradum.

Demum nec exempla ex Legenda Sancti Germani, aut aliorum quorumcunque eis suffragantur. Vtique quia possibile erat Dæmonibus, vt seipsos ad latera, viri dormientis, tempore intermedio, quo scrutinium de vxoribus fiebat, applicarent, quasi viris condormirent quod tamen factum fuisse propter honorem Sancti non asseritur: census tamen ponitur, vt non credatur esse impossibile: oppositum illius quòd in Legenda ponitur. *Legenda S. Germani.*

A simili responderi potest ad quascunque alias obiectiones, quia sicut inueniūtur, quòd quædam tantùmodò imaginariè, ita etiam reperiuntur in scriptis Doctorum, plures fuisse corporaliter translatas. Si cui placet, Thomam Brabantinum in libro suo de Apibus inspicere, mira inueniet, tam de imaginaria, quàm etiam corporali hominum transuectione. *Tho. Brabātini Apiarium.*

*Sequitur de modo, quo se Incubis Dæmonibus subijciunt.*

## CAP. IIII.

Eā quantum ad modum, quo maleficæ Dæmonibus Incubis se subiiciunt, sex sunt videnda. Aliqua ex parte Dæmonis & corporis ab eo assumpti ex quo elemento sit illud formatum. Secundo ex parte actus, an semper cum infusione seminis ab altero recepto. Tertiò, ex parte temporis & loci, an potius vno quam altero tempore se exerceat. Quartò, an visibiliter se agitet ex parte mulieris, & an tantummodo illæ, quæ ex huiusmodi spureitiis procreantur à Dæmonibus frequententur. Quinto, an illæ quæ ab obstetricibus

tempore partus Dæmonib. inferātur. Sextò, an remissior vel intentior sit in talibus ipla Venerea delectatio: & primò super assumpti corporis materia & qualitate.

*Ex quo elemento incubi formentur.*

Dicendum quòd aëreum corpus assumit, & quod aliquo modo est terrestre, in quantum habet terræ proprietatem per condensationem, quòd sic declaratur. Nā quia aër in se nō est figurabilis, nisi secūdū figurationē corporis alterius in quo includitur: vnde etiā minimè suis terminis terminatur, sed tātūmodò alienis, & vna pars aëris alteri cōtinuatur. Ideò simpliciter, vt sic, nō potest corpus aëreum assumere.

*Nitentes Dæmones vulnerare.*

Attento autem, quòd aër est maximè tranſmutabilis & vertibilis in quodcūque: cuius signum est, quòd quidam nitentes corpus à Dæmone assumptū scindere gladio, vel per fodere, id efficere non valuerūt: quia partes aëris diuīsi statim continuantur de nouo: Ex quo patet, quòd in se aër benè est competens materia, sed quia non potest figurari, nisi aliquid aliud terrestre sibi adiungatur, ideò oportet quòd aër ille sit aliquo modo inspissatus, & ad proprietatem terræ accedēs, seruata tamē aëris veritate. Et hanc cōdēsationē facere possunt Dæmones, & animæ separatæ per vapores grossos ex terra eleuatos & per eorum motum localē eos congregando & figurando, in quibus manent tāquam motores tantùm, & non vt informatores, vitam illi corpori formaliter influentes: quia sic fluit ab anima in corpus cōiunctum. Sunt autem in suis sic assumptis & figuratis corporibus, sicut natura in naui, quem ventus mouit.

*Anima est vt nauta in naui.*

Vnde quando quæritur, quale sit corpus? Quantum ad materiam à Dæmone assumptum. Dicendum, quòd de eo aliud est loqui quantū ad principiū assumptionis, & aliud quantum ad terminum. Quia quò ad principium, sic est aër, quantum ad terminum, est aër inspissatus, ad proprietatē terræ accedēs. Hæc autē omnia possunt Dæmones, Deo permittēte, ex natura, cùm natura spiritualis sit superior natura corporali. Vnde & necesse habet sibi obedire, quò ad motum localem, non autem quò ad formarum naturalium, tam accidentalium quam & substantialiū susceptionem, nisi in aliquibus paruis creaturis: & hoc adminiculo alicuius alterius agentis, vt suprà tactum est. Per motum autem localem, nulla forma ponitur in remota: vnde sic ad nutum mouere possunt cum aliis circumstantiis.

Ex qui

Ex quibus tamen si quis incidentaliter quæreret, quid sentiendum vbi angelus bonus vel malus aliqua opera vitæ exerceret per corpora vera naturalia, & non aërea, sicut in asina Balaam, per quam Angelus loquebatur & vbi. Dæmones in obsessis corporibus agitantur. Dicendum, quòd illa corpora non dicuntur esse assumpta, licet tamen occupata. Inspiciantur dicta Doctoris in 2. distinctio. 8. An Angeli corpora assumant. Sed maneamus in proposito. *De corporibus Angelorum assumptis naturaliter.*

Dæmones in assumptis corporibus, cum Maleficis loquuntur, vident, audiunt comedunt & generant, quomodo hæc sunt intelligenda: & hæc est secunda pars huius primæ difficultatis.

Dicendum ad primum, quòd ad veram locutionem tria requiruntur, scilicet pulmo cum retractione aëris, quæ non solùm propter vocem, sed propter refrigerium est cordis, vnde & muti habent attractionem necessariam. *Ad vocem quæ requiruntur.*

Secundò requiritur, quòd formetur ex percussione corporis in aëre, cum quis ligno percutit in aëre vel campana sonum facit magnum vel paruum: quia materia in se sonorabilis, cùm percutitur cum sonabili instrumento, redditur sonus secundum quantitatem corporis & recipitur in aëre, & multiplicatur vsque ad aures audientis, qui si est remote post spatium, vt videtur præuenire habet.

Tertiò requiritur vox: & dici potest quòd sonus in corporibus inanimatis, dicitur vox in animatis corporibus: & ibi est lingua, quæ aërem respitatũ & iterum emissum percutit in instrumento & vase fuso à Deo & viuo naturaliter, quod non est cãpana: Ideo quia ibi sonus, hic vox dicitur. Et hoc tertiũ põt exẽplificari per secundũ, vt patet, & hæc ideò posui, vt prædicatores habeãt modũ tradendi populo.

Quartò requiritur, vt ille qui vocem format, conceptũ mentis vult alteri per vocẽ exprimere, vt ipse intelligat, ideò illã vocẽ organizat, id est, distinguit successiuè in ore per linguam dentes percutiendo & per labia claudendo & aperiendo, percussum aërem in ore ad aërem extrinsecum emittendo, vt sic multiplicando successiuè vsque ad aures audientis, qui tunc intelligit conceptum mentis.

Ad propositum. Dæmones carent pulmone & lingua, quã tamen artificiãlã ostendere possunt, iuxta corporis cõditionem, sicut & dentes & labia: vnde non verè & proprie *Quomodo Dæmones loqui possint.*

loqui possunt. Sed quia intelligunt, & intellectum mentis vbi exprimere volunt, tunc non per voces, sed per sonos, qui habent quandam similitudinem vocum, aërem non respiratum, & attractum, vt in hominibus, sed inclusum in corpore assumpto percutiunt & ad aërem extrinsecum articulatim emittunt vsque ad aures audientis. Et quòd absque aëre attracto & non respirato possit fieri vocis similitudo, patet per cætera animalia non respirantia, quæ dicuntur vocare, & certa alia instrumenta, vt dicit Philos. in 2. de Anima. Halec enim dum capitur, extra aquam subitò vocem emittit, & moritur.

Possunt hæc applicari ad ea quæ sequuntur vsque ad vim generatiuam, exclusiuè tamen ad bonos Angelos: Si quis velit vlterius speculari de locutione Dæmonum in obsessis corporibus: Ibi enim vtuntur corporalibus instrumentis veri corporis obsessi: quia illis illabuntur sic intelligendo infra terminos corporalis quantitatis, & non infra terminos essentiæ, neque corporis, neque animæ. Da differentiam inter substantiam, & quantitatẽ seu accidens: sed de his nihil ad propositum. Si cui autem placet, inspiciat Sanctum Tho. in 2. senten. dist. 8. art. 5.

*Dæmones in obsessis quomodo loquantur.*

*Quomodo Angeli & Dæmones videant.*

Consequenter autem qualiter vident & audiunt: dicẽdũ quòd quia duplex est visio, Spiritualis & Corporalis. Et prima in infinitum excedit alterã, tũ quia penetrat, tũ quia per distantiã nõ impeditur, iuxta luminis facultatẽ quod sibi deseruit. Ideò dicẽdũ, ꝙ nullo modo videt Angelus, siue bonꝰ, siue malꝰ per oculos corporis assũpti, nec aliquid corporale sibi deseruit sicut tamẽ in locutione deseruit sibi aër, & percussio aëris ad sonũ procurandũ, & vlterius ad multiplicãdũ vsq; ad aures audientis. Vnde oculi corũ sunt oculi depicti. Libenter autem sub his similitudinibus hominibus se offerunt, vt eis eorum proprietates, quas naturaliter habent, & loqui, spiritualiter per huiusmodi opera manifestent.

*Angelorum oculi sunt oculi picti.*

Ideò enim & Patribus sancti Angeli sæpè apparuerunt ex Dei ordinatione & eius permissione. Malis hominibus sese manifestant, vt homines eorum proprietates cognoscentes, illis se associent, hic in culpis & alibi in pœnis.

*Cur Angeli impiis appareant.*

Vnde Dionysiꝰ Cœlestis Hierarchiç in fine dicit: Ex omnibus partibus humani corporis docet Angelus suas proprietates considerare: cõcluendo, quòd corporalis visitò, cùm sit operatio

operatio corporis viuentis per organum corporale, quibus Dæmones in se carent, ideò in assumptis corporibus, sicut similitudines membrorum habent, ita & similitudines operationum.

*Auditus Angelorum.*

Et similiter dicere possumus de eius auditu, qui multùm nobilior corporali, eò quòd conceptum mentis & animæ locutionem subtiliùs cognoscere potest quam homo audiendo conceptum mentis per verba corporalia expressum. Vide Sanctum Thomam in 2. senten. distinctione 8. Si enim in vultu hominis legitur secreta eius voluntas, & ex motu cordis & qualitate pulsus, à Medicis passiones animæ cognoscuntur, à fortiori per Dæmones.

*Comestio Angelorum quals.*

Sed quò ad comestionem dicamus, quod completa ratio comestionis quatuor debet. Diuisionem cibi in ore, & traiectionẽ in corpus, virtus corporis potentis digerere: & quartum, conuertere necessarium nutrimentum, & superfluum eijcere. Angeli, quicunque prima duo in assumptis corporibus comedendo faciunt, tertium & quartum non possunt, sed loco virtutis digestiuæ & iectiuæ, adest eis virtus alia, quæ cibis dissoluitur subitò in præiacentem materiam. In Christo etiam fuit vera comestio in omnibus, quia habuit virtutem nutritiuam & conuersiuam, non autem conuertendo in suum corpus quia illæ virtutes fuerunt glorificatæ, sicut & corpus: vnde etiam resoluebatur cibus in corpore subitò, sicut qui aq[illegible] ignem proijceret.

*Christus quomodo comederit.*

*Quomodo, maleficæ actus carnales cum Incubis Dæmonibus exercent, & qualiter ex his multiplicantur.*

SED quò ad actus carnales de quibus principaliter intenditur, quos etiam cum maleficis tanquam Incubi, in assumptis corporibus exercent, nulla subest difficultas ex præmissis, nisi fortasis, quis dubitaret, An præsentes maleficæ huiusmodi spurcitiis intenderent: & an originem maleficæ ex his spurcitiis sumpserunt.

*Vetus familia maleficarum.*

Ad has duas dubitationes respondendo: dicamus ad primam quicquid de præcedentibus Maleficis ante annos incarnationis Dominicæ mille & quadringentos, Vel circa iter actum sit. An videlicet his spurcitus inseruiebant sicut ab illo tempore modernæ maleficæ hoc ignoratur, eo quòd

nusquā hoc, quod experientia iā edocuit, historia disseruit. maleficos enim semper fuisse, & ex eorum prauis operibus plurima nocumenta hominibus iumentis, & terræ frugibus euenisse, sicut & Incubos & Succubos Dæmones, nemo qui historias peragrat dubitare potest, cùm traditiones Canonum & Sactorum Doctorum plurima à multis centenis annorum de ipsis in posterum reliquerunt & tradiderunt, Licet in hoc sit differentia, quòd Incubi Dæmones in retroactis temporibus infesti fuerunt mulierculis contra ipsarum voluntatem, prout Nider in suo Formicario, & in libro de vniuersali bono, siue de Apibus Thomas Brabantinus plurima recitat.

*Thomas Brabantinus de Apibus.*

Huic autem positioni, qui asseritur, præsentes maleficas huiusmodi spurcitiis Diabolicis esse infectas, non nostra sententia in tantum adhæret, quantum ipsarum maleficarum experta testimonia, quæ cuncta illa reddiderunt credibilia non iam, vt hactenus, inuitis animis, sed sponte pro voluntate fœtidissima miserabili seruituti se subijcientes. Quot quot enim à nobis seculari brachio ad puniendum relictæ fuerunt in variis Diocœsibus, præcipuè in Constantiensi, & in oppido Rauenspurg, multis annis his inhæserunt spurcitiis certis sub vigesimo, aliis sub duodecimo, aut sub trigesimo anno, & semper cum fidei abnegatione, in toto vel in parte [illegible] sunt ibidem omnes incolæ. Demptis enim secret[illegible]itentibus, & ad fidem reuersis, non minus quàm quadraginta & octo in quinque annis igni traditæ fuerunt: nec tamen illis accommodata rides, quantum sponte reuersis ad pœnitentiam, credulitas adhibita fuit omnibus in hoc concordantibus, quòd huiusmodi spurcitiis in augmentum huius perfidiæ habent insistere. De quibus etiam sigillatim in secunda parte operis, vbi eorum particularia opera describentur, tractabitur, obmittendo ea, quæ & socius noster, inquisitor Cumanus in comitatu Burbiæ peregit, qui & in spacio vnus anni, qui fuit Millesimus quadringentesimus octuagesimus quintus, quadraginta & vnam maleficam conburi fecit: Et omnibus publicè asserentibus, vt dictum est, illis spurcitiis Diabolicis inhæsisse. Constant ergo omnia, aut visus vel auditus propria experientia, aut fide dignorum relatibus.

48. *Maleficæ conbustæ.*

*In confirmationem perfidiæ contubunt maleficæ cum Dæmonibus.*

41. *maleficæ conbustæ.*

*An maleficæ ex Incubis & Succubis sint.*

Quòd ad secundū, vbi difficultatur, an ipsi malefici ex his

spurcitiis

spurcitiis originem sumpserunt. Dicamus secundum Augustinum, hoc vtique verum esse, omnes superstitiosas artes ex pestifera societate hominum & Dæmonum originem sumpsisse. Sic enim dicit libro 1. de doctr. Christ. & habetur 26. q. 2. illud quòd est. Omnes artes huiusmodi, vel nugatoriæ vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & Dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandæ. Illo attento, manifestum est, quòd sicut diuersę sunt species superstitionis, seu magicæ artis, ita & diuersæ sunt eorum societates: & sicut species maleficorũ inter quatuordecim illius artis species pessima existit, quia non per pactum tacitũ, sed expressum, vltra hoc, quòd cultũ latriæ per fidei abnegationẽ ipsis Dæmonibus habẽt exhibere: Ideò & pessimã cum ipsis cõuersando retinent societatem: iuxta mulierum, quæ semper vanis delectantur, conditiones. Attento insuper iuxta Doct. S. Tho in 2. sentent. dist. 4. art. 4. in solutione vnius argumenti, vbi quærit.

*Vade noxiæ artes.*

An gentiti ex huiusmodi Dæmonibus modis peractis, sint maioris virtutis quàm alij homines? Respondet hoc verum esse, non solùm ex textu scripturæ, Gene. 6. Isti sunt potentes à seculo, &c. Sed etiam ea ratione, quòd Dæmones possunt scire virtutẽ seminis decisi. Primò, ex dispositione eius à quo decisum est. Secundò, mulierem proportionatam ad seminis illius susceptionem.

*Geniti ex Dæmonibus sunt potentes.*

Tertiò, constellationem iuuantem ad effectum corporalem. Et quartum addere possumus, etiam ex suis verbis, scilicet ipsius geniti complexionem optimam, ad effectus illi proportionatos. Ex quibus omnibus sic concurrentibus cõcluditur, quòd tales sic geniti, sunt fortes & magni corpore.

*Multiplicatio ex Incubo natorum.*

Ideò ad propositum, cum quæritur: An malefici ex his spurcitiis originem sumpserint, dicamus. Originem sumpserunt vtique ex pestifera mutua societate, vt ex primo notabili patuit. Multiplicationẽ verò nõ sũpsisse ex illis spurcitiis, nemo negare potest ex secundo notabili. cùm non delectationis, sed corruptionis causa illius Dæmones intẽdũt. Erit ergò talis ordo, q; Succubus Dæmõ si ab homine sceleratosemen decidat, qui est proprius illi homini deputatus, & noluerit se Incubũ facere ad maleficã, tradit illud semen Dæmoni mulieri seu maleficæ deputãt: & ille sub certa cõ-

stellatione sibi deferente, vt talis genitus, vel genita fortis viribus ad peragenda maleficia persistit, se Incubum maleficæ faciet.

Nec obstat quòd illi, de quibus textus loquitur, non fuerunt malefici, sed tantùmodo gigantes & viri famosi & potentes, quia vt superius dictum est, maleficia non fuerunt perpetrata tẽpore legis naturæ, & hoc propter recentẽ memoriam creationis mundi: Vnde Idololatria locum habere non potuit iam autem malitia hominum excrescente, Diabolus maiorem ad seminandum hoc genus perfidiæ reperit opportunitatem. Sed neque illi termini in bonum virtutis intelligi possunt, vbi illi asseruntur, fuisse viri famosi dicebantur.

*Non fuerunt malefica ante Noam.*

## *An semper cum decisione seminis Incubus Dæmon maleficam aggrediatur.*

AD illud etiam vbi quæritur. An semper cum infusione seminis, &c. Respondetur cùm mille nocendi habeat modos & artes, vt pote quia principio ruinæ suæ conatur Ecclesiæ vnitatem rescindere, & humanum genus omnibus modis auertere. 16. q. secũda Ideò de istis regula infallibilis non potest dari, sed probabilis distinctio: vi delicet, quòd aut maleficia annosa est, & sterilis, aut non. Si sic tunc vtiq; absq; seminis decisione, cũ ad nihilũ valeret, & Dæmon in suis operibus etiã quãtũ potest superfluitatẽ subterfugit, sicut & natura maleficiam aggreditur. Vel etiam si sterilis nõ sit, tamen delectationis causa, ex parte maleficæ causandæ ipsam aggreditur. Si verò ad impregnationem disposita, tunc si commodè semen a viro decisum habere potest, cum illo ipsam aggredi ob infectionem prolis non differt.

Verùm si quis quæreret: An semen emissum per nocturnam pollutionem, ita colligere possit, sicut decisum per actum carnalem. Ad hoc probabilis potest dari ratio, quòd non licet aliis videri potest oppositum. Nam attento quòd Dæmones, vt præmissum est virtutem seminis generatiuam attendunt & talis vis in semine per actũ carnalẽ amplius effunditur & conseruatur scinditur semen per pollutionem nocturnam, emissam tantum modò ex superfluo humore & non cum tanta vi generatiua descinditur. Ideò

*Differt semen emissi & semen decisum.*

cum

cũ eo se minus exercere ad generationem pollis creditur, nisi fortassis vim illam adesse semini intelligeret.

Sed & hoc omninò negare non possumus quòd malefica maritata, & per maritum impregnata, etiam per commixtionem alterius seminis Incubis Dæmon conceptum inficere potest.

*Dæmones fœtum in vtero inficiunt.*

*An potius vno tempore quàm altero Incubus se exerceat & similiter de loco.*

AD illud, an obseruet tempora & loca, Dicẽdum quòd vltra obseruantiam temporum, quò ad cõstellationes quas obseruat, quando ad prolis infectionem operatur. Obseruat etiam certa tempora, quando non infectionis, sed veneræ voluptatis causa, ex parte maleficę exercendę agitatur: & sunt sarcatiora totius anni tempora: vt natalis Christi, Paschatis, & Pentecostes solennitatibus & aliis festiuis diebus.

Et hoc faciunt triplici ex causa. Primò, vt sic malefici nõ solùm perfidi per apostasiam à fide, verùm etiã Sacrilegi vitiũ incurrant, in quibus ipsi Dæmones vt ipse creator amplius offendatur, & grauius in propriis animalibus maleficę condemnentur.

*Cur Satan ad exercẽda sua maleficia sacratos festos dies eligat.*

Secunda causa, quòd cùm Deus sic grauius offenditur, eis maiorem potestatem sæuiendi in homines & puniendi illos, siue in rebus, siue in corporibus, etiam innoxios relinquat. Quòd enim dicitur: Filius non portabit iniquitatem patris, &c. intelligitur quò ad æternã punitionem temporali autem sæpissimè innoxij propter aliorum facinora afflictione puniuntur. Vnde & alibi Deus clamat: Ego Deus fortis & Zelotes, visitans peccata parentum in tertiam & quartam generationem. Talis punitio patuit in filijs Sodomitarum submersis, propter parentum scelera.

*Quomodo filius portet iniquitatẽ patris*

Tertia causa, vt maiori opportunitate plures ruere faciãt præsertim iuuenculas, quę festiuis diebus ocio & curiositatibus dum amplius insistunt, eò faciliùs à maleficis vetulis seducãtur: Prout in terra natiuitatis vnius ex his inquisitoribus, (cùm duo simus hoc opus colligẽtes) cõtigit.

*Festiui dies ad eoiosam curiositatem coducunt.*

Nam iuuencula quædam & virgo deuota sollicitata festiua die ab vna vetula, vt secum per gradus ad cameram

aſcenderet, eò quòd certi iuuenes pulcherrimi ibidē eſſent incluſi & dū illa annueret, aſcendētibus ſimul, vetula prę-cedente, iniunxit iuuenculæ, ne ſe ſigno crucis muniret. Et licet illa annuiſſet, occultè tamē ſigno illo muniuit: qua re contigit, vt dum aſcendiſſent & virgo neminem conſpexiſſet, eò quòd Dæmones ibidem exiſtentes ſuam præſentiam in aſſumptis corporibus illi virgini nequibant oſtendere. Vetula maledicendo virgini dixit: Vadas in nomine omnium diabolorum, cur te ſignaſti? Hæc ex confeſſione pura illius virginis collegi.

Poteſt & addi quarta cauſa, vt ſic facilius homines ſeducant qui dum ſic conſiderant, quòd talia à Deo ſacratioribus temporibus fieri permittuntur, non æſtimēt illa tam grauia eſſe, ſicut ſi illis temporibus nequirent facere.

*De locò exercitij Incubi.*

De loco verò an plus in locis certis ſe exerceant, dicendum quòd ex verbis factisque maleficarum conſtat, quòd ſpurcitias illas omninò in locis ſacris exercere nō poſſunt. Qua in re perpenditur efficacia Angelicæ cuſtodiæ, ob reuerentiam illius loci. Et quod amplius eſt, aſſerunt, ſe nunquam habere pacem, niſi tempore diuinorum, cùm præſentes fuerint in Eccleſia: & ideò citius & tardius ingrediūtur & egrediuntur. Licet alia peſſima certa cæremonialia habēt ad inſtructionem Dæmonum obſeruare, ſcilicet tempore eleuationis in terram ſpuere, ſeu cogitationes nephandiſſimas per verba aut ſine verbis proponere: vt vt inam eſſes in tali, vel tali loco, prout iam in ſecunda parte tangetur.

*Maleficæ tardius egrediuntur templo.*

*An viſibiliter, ſicut ex parte maleficæ, ita etiam quòad circumſtantes ſe mutuò agitant Incubi & Succubi.*

AD illud, an viſibiliter vel inuiſibiliter huiuſmodi ſpurcitias agāt mutuò: dicēdū quātū experientia nos edocuit, quòd licet ſemper viſibiliter ex parte maleficæ Dæmō Incubus operetur, ita quòd non eſt neceſſarium inuiſibiliter propter fœderatum pactum expreſſum ei appropinquare. Tametſi quò ad circunſtantes, ſæpius ipſæ maleficæ ſupinæ iacentes in agris ſeu ſyluis viſæ ſunt, & denudatæ ſupra vmbilicum, & iuxta diſpoſitionem illius ſpurcitię coaptatis mēbris, tibiis & cruribus ſe agitātes. Dęmonibus Incubis, inuiſibiliter ibidem quò ad circſtantes cooperantibus: licet

licet in fine actus, vapor nigerrimus in longitudine hominis sursum à malefica in aëre eleuabitur, sed hoc ratissimè. Et qua de causa nouit ille artifex, vt inuenculatum circunstantiam, vel aliorum hominum mentes valeat aut allicere, aut immutare. De quibus gestis & qualiter in plerisque locis, tam in oppido *Rauenspurg.* quàm etiam in domino Nobilium de *Rappol stein*, & certis aliis terris talia sunt peracta in secunda parte patebit.

*Visibiles Incubi.*

Sed & hoc contigisse certum est, quòd maritis visibiliter interdum cernentibus Incubos Dæmones, quos tamen nõ Dæmones, sed viros putabant, cum eorum vxoribus talia peragere dum arma arriperent, & transfodere volebant, subitò, Dæmon disparuit, se inuisibilem faciendo: Vnde & mulieribus manus & brachia obiicientibus, licet interdũ læsi fuissent, ipsos tamen viros obiurgantes, an ne oculos haberent, aut si à Dæmonibus obsessi forent, deridebant.

### *Quòd non solùm Dæmones Incubi mulieres ex eorum spurcitiis procreatas, aut eis obstetricibus oblatas infestant, sed quascunque, indifferenter cum maiori vel minori venerea delectatione.*

FInaliter verò concludendo, dici potest ipsos Dæmones Incubos, non tantùm mulieribus ex eorum spurcitiis progenitis, aut eis ab obstetricibus oblatis fore infestos, sed toto conato in quascunque sanctiores virgines illius terræ, aut oppidi, per ipsas maleficas sedactrices aut copulatrices anhelare. Hoc enim experientia, rerum magistra, edocuit: vbi in oppido, *Rauenspurg* certæ combustæ ante finalem sentẽtiam huic simile asseruerunt, quòd eis ab eorum magistris iniunctum fuisset, omni conatu debere in subuersionem sanctarum virginum & viduarum laborare.

*An maiorex cœtu Dæmonis quàm viri Maleficæ sit voluptas.*

Et de venerea delectatione, an maior sit vel minor cum Incubis Dæmonibus in corpore assumptis, quàm cæteris paribus cùm viris in corpore vero: dicendum. Videtur, q licet naturalis ordo hoc minus excusset quin maior fit, vbi simile suo simili alludit, tamen ille artifex vbi debita actiua debitis passiuis, licet non in natura, tamen sub qualitatibus in calore vel temperamento aliquo coniugit vtique non minorem excitare videtur concupiscentiã, sed de his

in sequen

in sequentibus latius quò ad conditionem sexus fœminæ declarabitur.

*De modo generali, quo per Sacramenta Ecclesiæ suæ maleficia Maleficæ exercent. Et de modo quo vim generatiuam impedire solent, seu etiam alios defectus super quascunque creaturas demptis corporibus cœlestibus.*

## CAP. V.

NVnc autẽ, qualiter alias creaturas in vtroque sexu & terræ fruges inficiant, plures sunt super modos agendi aduertenda. Et primò qualiter homines, deindè qualiter bestias. Tertiò, qualiter terræ fruges. Ex parte hominis, primò qualiter vim generatiuam, seu etiam actum Venereum, ne mulier concipere, aut vir actum exercere valeat, maleficiis impediunt. Secundò, qualiter actus ille impeditur respectu vnius mulieris interdum & non alterius. Tertiò, qualiter membra virilia auferuntur, quasi omninò sint à corporibus euulsa. Quartò, quomodo, si aliquid præmissorum contingeret potentia Dæmonis inferente per se: non per Maleficam posset discerni. Quintò, quomodo maleficæ, homines vtriusq; sexus in bestias præstigiosa arte transmutant. Sextò, quomodo obstetrices Maleficæ conceptus in vtero matris diuersis modis interimunt, & vbi hoc non faciunt, Dæmonibus infantes offerunt. Et ne hæc quasi incredibilia putarentur, ideò in prima parte operis per quæstiones & argumentorum solutiones sunt decisa, ad quas, si opus sit, dubius lector pro inuestiganda veritate recurrere potest.

Ad præsens tantummodò acta & gesta per nos reperta siue etiam ab aliis conscripta in detestationem tanti criminis sunt deducenda ad priores quæstiones, si fortassis alicui difficiles ad intelligendum forent. Ex his quæ in hac secunda parte traduntur fidem capiat, & ab errore resiliat, quo nullam maleficam esse, aut nullum maleficum posse fieri inmundo æstimauit.

Vnde primò notandum, q; cùm sex modis lædere possunt absque modis, quibus alias creaturas lędunt. Et vnus sit, quo amorem

amorem malum ingerunt vno alicui ad mulierem, vel mulieri ad virum. Alius est, quo odium vel inuidiam, in aliquo seminare procurant. Tertius in his, qui maleficiati dicũtur ne vi generatiua vti valeant ad fœminam: vel viceuersa fœmellæ ad virum: vel etiam aliis modis aborsum procurando vt suprà tactum est. Quartus, cum in membro aliquo hominem ægrotare faciunt. Quintus, cùm vita priuant. Sextus, cum vsum rationis auferunt.

Et fateri cum hoc oportet, quòd in omni genere rerum demptis corporibus cœlestibus, veros defectus & veras infirmitates ex virtute naturali inferre possunt, & hoc ex potenti virtute naturali & spirituali, quæ corporali quacunque eminent virtute. Nam etiam infirmitas cum altera concordat, seu etiam defectus naturalis, vbi infirmitas desinit: eò diuersis modis vtique ad diuersas infirmitates & defectus procedunt. De quibus aliqua, quantum necessitas postulat, in medium producamus.

Prius tamẽ, ne animus lectoris maneat suspensus, cur supra corpora cœlestia aliquam immutationem facere non possint, dicemus triplicem esse causam. Prima, quia super eas, etiam quò ad locum pœnalem, existunt: qui locus est aer caliginosus: & hoc propter ipsorum officium eis deputatus. Vide suprà in prima parte tractatus in quæstio. 2. vbi dicitur de Incubis & Succubis Dæmonibus. *Cur corpora cœlestia immutari non possunt.*

Secunda causa, quia corpora cœlestia mouentur à bonis Angelis. Vide in plerisque locis de motoribus orbium, præcipuè S. Thomam in prima parte, q. 99. In quo concordant Philosophi cum Theologis.

Tertia causa, propter vniuersale regimen & commune bonum vniuersi, cui detraheretur in generali si malis permitteretur spiritibus in illa corpora cœlestia aliquas immutationes causare. Vnde & illæ immutationes miraculosè factæ in veteri aut in nouo Testamento, à Deo per eorum motores seu Angelos bonos factæ sunt, vt in statione Solis sub Iosue, retrogradatione sub Ezechia, obscuratione in naturali in passione Christi. In omnibus autem ex post elementis & elementatis sua maleficia Deo permittẽte, & per se absque maleficis & cum maleficis exercere possunt, & de facto exercere non cessant, vt patebit. *Miraculosæ immutationes.* *Abusus Sacramentorum ad maleficia.*

Secundo notandũ, quod in omnibus modis maleficiãdi, vt pla

vt plurimum semper maleficas informant, vt instrumenta suæ maleficiæ per Sacramenta seu sacramentalia Ecclesiæ vel per quęcunque diuina seu Deo consecrata efficiant: Vt quando imaginem ceream sub palla altaris ad tempus ponunt, vel per Chrisma sacrum filium trahunt, vel ex quibuscunque rebus consecratis & hoc quidē triplici ratione.

*Abusus festorum sacrorum ad maleficia.*

Sicut etiam quòd sanctioribus anni temporibus, & præcipuè circa aduentum domini, & festa natalia sua maleficia exercere solent. Primò, vt non solùm homines per talia perfidi fiant, sed etiam sacrilegi, diuina quantum in eis est contaminando, & vt sic plus Deum creatorem suum offendant inmius, animas proprias condemnent, & pluresin peccata ruere faciant.

Secundò, vt Deus sic grauiter per homines offensus, Dęmoni maiorem potestatē in homines sæuiendi relinquat. Sic etiam Gregorius dicit, quòd malis interdum iuxta eorum desideria & petitiones concedit iratus, quæ aliis denegat propitius. Tertiò, vt sic sub specie boni apparētis plures simplices facilius decipiat quando peractis diuinis rebus putant aliquid numinis à Deo obtinuisse, vbi solum peccata maiora sunt commissa.

Potest & addi quarta ratio super sacratoria tempora & principium anni. Nam quia festa plus frangūntur peccatis mortalibus quam mœchanicis operibus, iuxta Augusti. in lib. de decem cordis. Superstitio autem & maleficia dæmonis est contra diuinam reuerentiam. Ideò, vt dictum est, homines profundius cadere facit, & creator amplius offenditur.

*Ethnicæ ceremoniæ in nouo anno.*

Et super principium anni dicere possumus iuxta Isido. lib. 8. Etym. ca. 2. quòd sicut Ianus, à quo Ianuarius mensis dictus est, qui & in die circumcisionis incipit, Idolum fuit diuersis facibus confictum, vna tanquam esset finis anni præcedentis, & alia tanquam esse principium futuri, & imminentis anni esset protector, & fortunatus auctor, in eius reuerentiam, sed potius Dæmonis in idolo faciebant pagani varias commotiones luxuriosas & strenuas, & iocula sibi mutuo tradiderunt, choreas varias duxerunt, mensas præparauerunt: de quibus mentio fit per B. Augusti. in multis locis, & ferè per totum locis recitantur. 26. q. variis

Et sicut iam mali Christiani has corruptelas imitan-

tur

tur, licet, quò ad lasciuiam sint transiata ab eis ad tempora carnispriuij quando cũ laruis, & ludis & aliis superstitionibus discurrunt, ita & nunc maleficæ his persuasionibus à Dæmonibus, in ipsorũ complacentiã circa principiũ anni, quò ad diuinum officium & cultum, vt festum Andreæ & festa natalia Christi existunt, sua maleficia exercent.

*Vnde Bachanalia Christianorum.*

Et quidem iã in speciali qualiter per sacramenta primò. Demũ qualiter per sacramẽtalia talia exercẽt aliqua nouiter facta, & à nobis per inquisitionem reperta referamus.

*Quomodo per sacramẽtalia maleficia fiãt.*

Oppidum, quod nominare non expedit, quia ordo charitatis & rationis imperat & suadet: vbi Malefica corpus Dominicum sumpsit, & declinans subitò, vt detestabilis modus est mulierum, peplum ori adhibuit, & in panniculum Dominicum corpus extrahendo inuoluit, & in ollam, in qua bufo erat, sic à diabolo informata, proiecit, & sub terra in stabulũ prope horreũ domus suæ occultauit cũ aliis plurimis rebus adiunctis, ex quibus sua maleficia exercere haberet: Sed assistente diuina pietate, tantum facinus detectum ad lucem peruenit. Nam sequenti die, mercenario quodam, causa sui laboris, propter stabulum iter faciente, vocẽ quasi cuiusdã infantis eiulantis audiuit & quãdo propius accessit, vsq; dum ad pauimendũ sub quo olla abscondita erat, peruenisset, tanto clarius audiuit, & æstimans infantem aliquẽ à muliere subtumulatũ, scultetũ, seu præsidentem accessit, & rem gestã, sua æstimatione à parricida perpetratam narrauit, qui citò missis seruitoribus ita esse vt ille narrauerat, repertum est. Exhumare autem puerum nolebant sed potius vt custodes à remotis positis, si qua mulier accederet, sano vsi consilio attendere haberent. Nec enim Dominicum corpus ibi absconditum esse nouerant vnde & contigit, vt eadem Malefica locum accederet, & sub pallio aliis occultè cernentibus ollam abscondit. Vnde capta & quæstionibus exposita facinus detexit, asserens Dominicum corpus cum bufone fuisse in olla absconditũ, vt ex his pulueribus sua ad libitum nocumenta hominibus seu aliis creaturis inferre posset.

*De Dominico corpore in ollã cum bufone incluso quod vt infans eiulauit.*

*Malefica corpus Dominicũ sub lingua occultans.*

Insuper aduertẽdũ, quòd hãc obseruãt Maleficæ cõmunicãtes cõsuetudinẽ, vt si absque nota efficere valeant, Dominicum corpus sub lingua: & non supra recipiãt rationibus his, vt æstimari potest, vt abnegationis fidei remedium

dium nunquam percipere velint: nec per confessionem, nec per Sacramenti Eucharistiæ perceptionem. Secundo, vt eò facilius ex ore Dominicum corpus accipiatur, pro earum, vt dictum est, vsibus applicandum, in maiorem creatoris offensam.

*Cum extensa lingua corpus Christi sumẽdum.*

Quare & omnium Ecclesiæ rectoribus & populum cõmunicantibus semper iniungitur summam adhibere diligentiam, vt plurimum aperto ore, & lingua benè extensa, cum amotione pepli, mulieres communicent. Et quantò maior adhibetur diligentia, tantò plures maleficę per hunc modum notantur.

De aliis rebus sacramentalibus innumeras exercent superstitiones. Interdũ imagines cereas, quandoque res aromaticas sub palla altari, vt supra tactum est, ponentes, sub limine domus occultant, vt per transitum ille, pro quo positum est, maleficiatur. Innumera possent deduci, sed hæc minima per maiora maleficia approbantur.

## *De modo, quo vim generatiuam impedire solent.*

## CAP. VI.

DE modo autem, quo vim generatiuã impedire solent, tam in hominibus quam iumentis, etiam in vtroque sexu potest lector ex his quę supra tacta sunt scire in quæstione. An Dæmones per ipsas maleficas mẽtes amorem vel odium immutare valeant. Vbi post solutiones argumentorum specialiter fit declaratio de modo quo vim generatiuam impedire valeant, Deo permittente.

*Duplex intrinsecum & extrinsecum impedimentum.*

Vbi tamen notandum, quod tale impedimentum ab intrinseco & extrinseco practicatur. Intrinsecè autẽ fit ab eis dupliciter: Primò, vbi rigorem membri pro fructificatione accommoda directè tollunt. Nec hoc videtur impossibile, cùm & motum alias naturalem in aliquo membro impedire possunt. Secundò, vbi missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, prohibent, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat, vel

dat, vel ne excidatur, vel emittatur.

Extrinsecè procurant interdum per imagines, vel ex herbarum comestionibus: interdum per alias res exteriores, puta ex gallorum testiculis. Non tamè credendum est, quòd virtute illarum rerum vir impotens reddatur, sed occulta virtute Dæmonum, illudentium huiusmodi Maleficas, per huiusmodi vim generatiuam: ne videlicet vir coire, aut mulier concipere valeat, maleficare possunt.

*Cur Venereus actus facilius maleficatur.*

Et huius ratio est, quòd plus permittit Deus super hunc actum, per quem primum peccatum diffunditur, quàm super alios actus humanos. Sic & super serpentes, qui magis incantationibus deseruiunt, quàm alia animalia. Vnde & pluries à nobis, & ab aliis inquisitoribus repertum est, quòd per serpentes aut per huiusmodi imperimenta intulerunt.

*Cur serpentibus facilius incantetur.*

Nam quidam captus Maleficus fassus fuerat, quòd multis annis sterilitatem tam in hominibus quàm iumentis quandam domum inhabitantibus per maleficium intulisset. Nider insuper vbi suprà refert, quendam maleficum nomine Stadlin in diœcesi Lausanensi captum, qui & fassus fuerat, quòd in certa domo vbi vir & vxor simul permanebant, per sua maleficia successiuè, in vtero vxoris vir septem infantes occidit, ita vt semper abortum fecerit fœmina annis multis. Simile fecerat in eadem domo omnibus pecoribus & iumentis fœtosis, quorum nullum viuũ partum edidit in eisdem annis. Et cùm maleficus quæstionaretur, qualiter talia procurasset, aut quomodo reus esse posset, facinus aperuit, dicens: Subter limen ostij domus serpentem posui, qui si amouebitur, fœcunditas inhabitantibus restituetur, & sicut prædixit, ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus, quia in puluerem redactus, terram tamen omninò asportabat, & eodem anno vxori & omnibus iumentis fœcunditas restituta fuit.

Aliud denique factum in *Ruchofen* paucis & vix quatuor annis elapsis contigit. Famosissima quædam malefica erat, vt potè quæ solo tactu, & omni hora maleficiare & abortum procurare sciebat. In quo dum vxor cuiusdam potentis impregnata esset, & ob sui custodiam quandam obstetricẽ ad se recepisset, monitaq; ab eadẽ obstetrice fuisset, ne castrũ exiret & quod præcipuè à colloquio & cõuersatione illius maleficæ dictæ sibi caueret. Post aliquas septimanas

*Procuratio aborsus.*

immemor illius monitionis, castrũ exiens, quasdam mulieres congregatas in quodam conuiuio visitandi gratia accessit. vbi cùm paululum resedisset, malefica superuenit, & ipsam dominam quasi salutationis gratia super ventrem ambabus manibus tetigit, & subitò puerũ se dolorosè mouentem persensit. Vnde territa, vbi ad propria rediit, & rem gestam obstetrici narrasset. Heu inquiens, iam puerum perdidisti, exclamauit: & vt prædixit, in partu contigit. Nam nec abortum integrũ, sed paulatim frusta iam capitis, iam que pedum & manuum peperit. Magna vtique ex diuina permissione castigatio in pœnam eius, videlicet mariti, qui tales maleficas punire, & iniurias creatoris vlcisci deberet.

Fuit & in oppido *Mersburg* Constantiensis diœcesis quidam iuuenis in tantum maleficiatus, quòd nullum actũ carnalem cum aliqua dempta vna exercere poterat. Multis etiam audientibus retulit, quòd sæpissimè dum eam declinare, & alias terras inhabitare, & fugam capere volebat: adhuc interdum nocturno tempore assurgere, & festinè cursu velocissimo, iam per terram: iam per aërem quasi volando redire volebat.

## *De modo quo membra virilia auferre solent.*

## CAP. VII.

SED & hoc, quòd membra virilia auferre solent, non quidem in rerum veritate corpora humana illis spoliando, sed præstigiosa arte occultando, vt suprà in quæstione desuper tacta declaratum est, aliqua gesta in medium producamus.

In oppido namque *Rauenspurg*, iuuenis quidam iuuenculæ adhæsit, quã relinquere volẽs, membrũ virile perdidit, præstigiosa vti; arte: vt nihil videre aut tangere præter planum corpus posset. Anxius inde, cellariũ quendã adiit, vt vinum emeret: & paululum residens mulieri cui alteri superuenienti causam tristitiæ suæ aperiendo singula enarrauit, & ita esse in corpore demonstrabit. Astuta illa, an aliquam suspectam haberet, inquisiuit. Et ille vtique: talem ipsam denominando, & rem gestam narrando manifestauit.

Et illa, expedit vt per violentiã aliquam, vbi beneuolentia tibi non suffragatur, pro acquirẽda sanitate ipsam inducas. At iuuenis in crepusculo noctis, viam, quà transire malefica solebat, obseruauit & ipsam reperiens, dũ pro sanitate corporis sibi reddenda supplicaret. Et illa, se innoxiã, nec quicquam scire assereret, ipsam inuadẽdo, manutergium quoddam ad collum fortiter comprimẽdo, strinxit: Nisi mihi sanitatem restituas, è manibus meis peribis. Vnde illa quia clamare non poterat, & iam facies tumefacta nigrescebat. Sine, inquit, me liberam, & te sanabo. Et iuuenis dum nodũ & stricturam laxasset, malefica manu ipsum inter fœmora seu coxas tetigit, dicens: iam habes quod desideras. Et iuuenis, vt postmodum referebat, notabiliter persenserat, antequam visu aut tactu seipsum certificasset, membrum sibi ex tactu duntaxat maleficæ fuisse restitutum.

*Violentia vel beneuolentia vincuntur malefica.*

Simile venerandus quidam pater: honestæ vitæ, & scientia præclarus in ordine, è conuentu Spirensi referre solebat. Quadam, inquit, die, dum confessionis audientiæ instarem, iuuenis quidam accessit, & inter verba confessionis, membrum virile lamentabiliter se perdidisse asseruit. Admirans ergo pater, & verbis suis faciliter credere nolens, eò quòd leuis corde qui facilè credit, à sapiente iudicatur. Experientia didici per visum, nihil cernendo, dum iuuenis locum, vestes detegẽdo, demõstrasset, meo sanoq; visus est cõsilio. An ne aliquam haberet suspectam, quæ ei tale maleficium intulisset, inquisiui: Et iuuenis, vnam se habere suspectam, sed absentem & in Vvormatia residentem asseruit. Tunc ego, hoc tibi iniungo, quantò citius ipsam accedas, & promissionibus ac blandis verbis pro posse ipsam emolliri studeas, quod & fecit. Nã post paucos dies reuersus est, gratias mihi referens, se sanum & cuncta recuperasse asseruit, & sic verbis credidi, experientia tamen & visu certificatus denuò.

*Spirensis sacerdos consulit maleficiato in membro virili.*

Sunt tamen & hîc aliqua notanda, ad intelligendum clarius quæ supra de eadem materia tacta sunt. Primo, quòd nullo modo credendum est, talia membra euelli aut segregari corporibus, sed arte præstigiosa per Dæmonem, vt nec videri, aut tãgi valeãt, occultari. Et hoc auctoritate & ratione, licet supra tactum sit: vbi Alexander de Ales parte secunda dicit. Præstigiũ propriè sũptũ est illa illusio Dæmonis,

*Membra occultari, non segregari.*

quæ non habet causam ex parte mutationis rei, sed solummodò ex parte cognoscentis, qui deluditur, siue quantum ad interiores sensus, siue quantum ad exteriores.

Super hæc tamen verba notandum, quòd hic illuduntur duo sensus exteriores, scilicet, visus, & tactus, & nõ interiores, vt sunt sensus communis, phantasia imaginatiua, extimatiua & memoria. Licèt sanctus Thomas tãtũmodò ponat quatuor, vt suprà tactum est, eò quòd phantasiam & imaginatiuam ponit vnam: & benè, pauca enim differentia est inter imaginari & phãtasiari S. Th. in prima parte, qu. 79. Et hi sensus immutantur, & non exteriores solùm quãdo nihil occultatur vel manifestatur, vel vigilando, vel dormiendo.

*Imaginari & phantasiari idem sunt.*

*Sensus quomodo præstigientur.*

Vigilando, vt dũ res aliter videtur quàm in se sit, vt cùm quis videt aliquem equum cum assessore deuorantem, aut in bestiam esse hominẽ transformatum, aut seipsum bestiã esse, & cum bestiis debere incedere æstimantem: tunc enim sensus exteriores deluduntur, & occupantur per interiores: Quia virtute Dæmonum, species sensibiles dudũ reseruatæ in thesauro specierum sensibilium, vt est memoria, non illa intellectiua, in qua species intelligibiles conseruantur, sed memoria, quæ est conseruatrix specierum sensibilium, quæ etiã est in posteriori parte capitis, educũtur virtute Dæmonum, Deo interdum permittente, ad sensum communem imaginatiuum. Et tã fortiter imprimuntur, quòd sicut necesse habet imaginare equũ vel bestiã per impetuosũ actũ, quo Dæmon educit de memoria speciem equi vel bestiæ: ita necesse habet æstimare, se videre per oculos exteriores tantùm talem bestiam, quæ in re ab extra nõ est bestia: sed per impetuosam Dæmonis operationem, mediantibus illis speciebus, sic videtur.

*Memoriam etiam Dæmon perrumpit.*

Nec mirum videatur, quòd Dæmones hoc possint, cùm & natura hoc facere potest etiam defectuosa, vt patet in phreneticis, melãcholicis, maniacis, & ebriis aliquibus, qui nõ possunt discernere. Et Phrenetici putant se mira vidisse, & videre bestias & alia horrenda, cùm tamen nihil videant in rerũ veritate. Vide suprà in quæstione: An maleficæ mẽtes hominum ad amorem vel odium possint immutare, vbi plura notantur.

Est demùm & ratio in se clara. Nam cùm Dæmõ habeat quandam

quãdam potestatem super quasdam res inferiores, excipiẽdo tantũmodo animã. Ideò potest & circa istas res aliquas immutationes facere, quãdo Deus sinit vt res appareãt, aliter quã sint. Et hoc, vt dixi, aut turbãdo, aut illudẽdo organũ visus, vt res clara videatur nubilosa. Sicut etiã post fletum, propter humores collectos, lumen aliter apparet quàm ante. Vel operando in imaginatiuam potentiam per transmutationem specierum sensibilium, vt dictum est. Vel humores varios mouendo, vt appareãt ignea vel aquea, quæ sunt terrestria vel sicca: Vt quidam faciunt, quòd omnes inhabitatione aliqua habent se vestimentis exuere & denudare, putantes se in aquis natare. *Varia præstigia.*

Vlterius autem super modum præfatum sic quæritur, An huiusmodi illusiones indifferenter bonis & malis accidere possint: sicut, vt inferius patebit, corporales alię infirmitates etiam in gratia existentibus inferri à maleficis possunt. Super quo inhęrendo verbis Cassiani col. 2. Abbatis Sireni. dicendum est, quòd non. Vnde omnes isti qui sic illuduntur, præsumũtur in peccatis mortalibus esse. Dicit enim, vt ex verbis Antonij patet, Dæmonem nullatenus posse mentem cuiuscunque vel corpus inuadere, nec habere facultatem aliquam in cuiuslibet animã penitus irruendi, nisi eam primò destituerit omnibus cogitationibus sanctis, ac spirituali contemplatione vacuam, nudámque reddiderit. *An pij etiam præstigiantur.*

Concordat cum eo, quod Philo. 1. de con. ad Boëtium tãgit: Talia tibi contuleramus arma, quę nisi prior abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. *Munitio cõtra præstigias.*

Vnde Cassia. ibidem refert de duobus Maleficis paganis qui differentes in malitia, successiuè per sua maleficia Dæmones miserunt ad cellam B. Antonij, vt eum tẽtationibus exinde fugarẽt, odio viri sancti infecti, eò quòd multitudo populi ad eum quotidie confluebat. Qui Dæmones licet amarissimis cogitationum stimulis eum pulsarint, illos tamen repulit signo crucis, fronti & pectori impresso, & orationum incubationib. insistendo. *De S. Antonio.*

Ita dicere possumus, quòd omnes, qui sic à Dæmonibus ludificãtur, absque aliis infirmitatibus corporalibus, vtique diuina gratia inhabitante carent. Vnde & illud Tobiæ 6. Qui libidini deseruiũt, in eos Diabolus accipit potestatem.

Concordat & illud, quod supra circa primam partem

tractatus, in quæstione, An maleficæ operentur circa homines in bestiales formas illos transmutando, tactum est, vbi iuuencula conuersa fuit in equam, sua æstimatione, & omnium eam aspicientium, dempto S. Machario, cuius sensus Diabolus illudere nõ poterat, ad quẽ ducta pro sanitate, cùm iam verã mulierem & nõ equã aspiceret, & è cõuerso omnes alij acclamarent quòd equa eis videretur, ipse sanctus suis orationibus eam & alios à tali illusione liberauit, asserens hoc ei accidisse, quia diuinis non vacasset, nec sacramenta, vt dicebat, sanctæ confessionis & Eucharistiæ frequentasset. Vnde iuuenis qui eam de turpitudine sollicitauerat, licet renuisset ex honestate, tamen Iudæus maleficus, quem iuuenis ea de causa, vt iuuenculam maleficaret, accesserat, virtute Dæmonis eam in equam conuerterat.

*De S. Machario.*

*A simili de lasione bonorum fortunæ.*

Summariè concludamus, quòd in bonis fortunæ, sicut sunt res exteriores, vt bona temporalia, fama & sanitas corporis, licet boni per Dæmones & sua membra lædi possint in eorum meritum & probationem: sicut de beato Iob patuit, qui in talibus per Dæmonem læsus fuit: Tamen eis inuitis, sicut in nullum peccatum per maleficia trahi possunt aut violentari, licet ad intra & in carne ab extra valeant tentari. Ita etiam nec huiusmodi illusiones phantasticas actiuè & passiuè inferre possunt.

Actiuè, vt eorum sensus haberent Dęmones illudere sicut aliorum in charitate non existentium. Passiuè, vt eis eorum membra præstigiosa illusione haberent auferre. Hæc enim duo, beato Iob nunquam Diabolus inferre potuisset: præsertim passiuum nocumentum, super actum Venereum, qui tantæ continentiæ erat, vt dicere posset: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne quidem cogitarem de virgine, à fortiori, de muliere aliena: cùm tamen super peccatores Dæmon magnam noscitur (ex verbis Euangelij. Lucę 11. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet) habere potentiam.

*Continentia Iob.*

Verùm ex his si quis quæreret, circa illusiones mẽbri virilis, quòd licet illã illusionẽ nõ posset Dæmon existenti in gratia inferre passiuè, an ne posset actiuè: vt scilicet existens in gratia illuderetur in suo visu, quia videret mẽbrũ annexũ cùm tamen ille, qui sibi existimaret ablatũ, non videret annexũ, nec etiã alij circumstantes. Quod si conceditur,

videtur

videtur esse contra prædicta. Potest dici, quòd quia nõ tãta vis existit in damno actiuo sicut passiuo: capiendo actiuum non qui actiuè intulit, sed qui damnum ab extra videt, vt de se patet. Ideò existens in gratia licet posset videre damnum alterius, & in illo Dæmon sensus eius illuderet: non tamen posset sibiipsi tale damnum inferre passiuè, vt scilicet suo membro priuaretur cùm libidini non deseruit, sicut per oppositum, vt Angelus dixit Tobiæ: Qui libidini vacant, dæmonium accipit potestatem super eos.

Quid denique sentiendum super eas maleficas, quæ huiusmodi membra in copioso interdum numero, vt viginti vel triginta membra insimul ad nidũ auium, vel ad aliquod scrinium includunt, vbi & quasi ad viuentia mẽbra se mouent, ad auenam vel pabulum consumenda, prout à multis visa sunt, & communis fama refert. Dicendum, quòd Diabolica operatione & illusione cuncta exercentur: sic enim sensus videntiũ illuduntur, modis suprà tactis. Retulit. n. quidã, quòd dum mẽbrum perdidisset, & quãdam maleficã causa recuperandæ suæ sanitatis accessisset. Illa, vt quandã arborẽ ascẽderet, infirmo iniunxit, & vt de nido in quo plurima erant mẽbra, si quid vellet, accipere posset, indulsit. Et cum ille magnũ quoddã accipere attẽtasset, nõ, ait malefica, illud accipias: &, quia vni ex plebanis attineret subiunxit.

*Vilia membra aucuæ saginata.*

*Plebani mẽbrum maximum.*

Hæc omnia vtique præstigiosa illusione fieri à Dæmonibus modis supra tactis, organum visus per transmutationem specierum sensibilium in imaginatiuam potentiam turbando. Nec enim oportet asserere, quòd Dæmones sint in assumptis sic membris ostendentes, quemadmodũ solẽt in assumptis corporibus ex aëre, maleficis, & interdum hominibus apparere, & cum eis conuersari. Ratio est, quia faciliori modo, videlicet per motum interiorem localem specierum sensibilium ex conseruatoria seu memoratiua potentia ad imaginatiuam ista facere possunt.

*Obiectio.*

Etsi quis dicere vellet, quòd etiam simili modo facere possent, vbi in assumptis corporibus asserũtur maleficis aut alijs hominibus conuersari, vt videlicet tales apparitiones facerẽt per trãsmutationem specierum sensibiliũ in imaginatiuam potentiam: vt homines dum putarent Dæmones in assumptis corporibus esse præsẽtes, tũc nõ essẽt nisi tales specierũ sensibiliũ ininteriorib. potẽtijs immutationes,

*Reſponſio.* Dicendum, quòd ſi nil altius Dæmon oſtendere vellet, niſi tantummodò humana effigie præſentationē, tunc vtique opus non eſſet ei in aſſumpto corpore apparere, cùm ſufficiēter per præfatam tranſmutationem hoc efficere poſſet. Non autē, quia altiora habet exercere puta loqui, conueſci, & aliis ſpurcitiis intēdere: Ideò & ipſum, prēſentē eſſe oportet, ab extra viſui realiter in aſsūpto corpore ſe obiciēdo: Quia virtꝰ Angeli ibi eſt, vbi operatur ſecūdū Doctō.

*Virtus Angeli ibi eſt vbi operatur.* In quæſtione verò, qua quæritur, quid ſi Dæmon per ſe abſque malefica mēbrum virile alicui auferret, an aliqua ſit differentia inter vnam ablationem & alteram. Dici poteſt vltra illa quæ tāguntur in prima parte tractatus in quēſtione: an maleficæ membra virilia poſſint auferre: quod vbi Dæmō per ſe membrū auferret, tunc verē & realiter aufert, & verè & realiter reſtitueret quandocunque reſtituere haberet. In ſecundo, ſicut non abſque læſione, ita non abſque dolore auferret. Tertiò, quòd nūquam niſi coactus per bonum Angelum hoc faceret eò quod materiā ſui lucri amputare haberet; nouit enim plura maleficia ſuper illum actū exercere, quàm ſuper alios humanos actus. Sicut. n. Deus plus permittit illum actum maleficiare, quàm alios humanos actus vt ſuprà tactū eſt. quæ ſingula locum non habent vbi per maleficas, Deo permittente, operatur.

*Quid ſi Dæmon per ſe ſine malefica membrum auferat.*

Et ſi dubitatur, an Dęmō pios affeciet homines & creaturas per ſe ipſum lædere quàm per maleficas dici poteſt ꝙ nulla eſt cooperatio. In infinitū. n. plus affectat per maleficas lędere. Tum quia maiorem infert Deo cōtumeliā, creaturā ſibi dicatā vſurpādo. Secūdo, quia cum Deus amplius offenditur, amplius ſibi nocendi hominibus poteſtas permittitur. Tertiò propter ſui lucrum, quod in perditionem ſtatuit animarum.

*Lucrum Dæmonis quid ſit.*

## *De modo, quo homines in beſtiales formas transformant.*

### Cap. viii.

SED hoc, ꝙ maleficę homines in beſtiales formas virtute Dęmonū: quia talia principaliter operatur transformāt. Licet in 1. par. operi. q. 10. an talia maleficæ valeant efficere, ſatis ſit declaratū: Quia tamē aliquibus

quibus illa quæstio sub suis argumentis & solutionibus nimis posset esse obscura: præsertim cùm acta & gesta super hæc non sunt deducta. Modus etiam, quo seipsas sic transformant, non est expressus, ideò præsens addenda est declaratio per solutiones plurimorum dubiorum.

*De Canon. episcopi.*

Et primò quod Canon ille 26. q. 3. Episcopi, non est sic nudè intelligendus circa hanc materiam, prout plures etiã docti, sed vtinam benè docti, decipiuntur, & qui publicè in eorum sermonibus asserere non verentur, huiusmodi transmutationes præstigiosas nullo modo etiam virtute Dæmonũ posse fieri. Et hoc vtique in magnum fidei detrimẽtum, vt sæpè tactum est, maleficarum conformationem quæ & multum de talibus congaudent sermonibus.

Contigit autẽ hoc huiusmodi Prædicatoribus, eo quod in cortice & non in medulla verborum Canonis laborant, vt supra tactum est. Cùm enim dicit: Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius transmutari, aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, proculdubiò infidelis est.

Hic prius lector attendat ad duo principalia. Primò super verbum fieri. Secundò super verba, in aliam similitudinẽ cõuerti. Super primum sit resolutus, quod fieri capitur dupliciter, videlicet, pro creari, & pro naturali productione alicuius rei. Primo modo soli Deo conuenit, vt notum est, qui sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest.

*Fieri dupliciter sumitur.*

Secundo modo distinguendum est de creaturis: quia aut sunt creaturæ perfectæ, vt homo, & asinus, &c. aut sunt imperfectæ, vt serpentes, ranæ, mures, &c. quæ ideò dicuntur imperfectæ, quia ex putrefactione generari etiam possunt. Licet enim semper de primis loquitur Canon, non de secũdis quod potest patere, eò quòd Albertus in libro de animalibus, vbi quærit: An Dæmones possint facere vera animalia Et respondit ꝙ sic, sed hoc quò ad imperfecta animalia: Etiã cũ ea differẽtia ꝙ nõ in instãti, sicut Deus operatur, sed motu quodã licet subito, sicut patet de maleficis Exo. 7. Si placet vide aliqua quæ in notata quęstione tanguntur: circa primam partem operis, & in solutione primi argumenti.

*Perfecta & imperfecta creatura.*

*An Dæmon vera animalia faciat.*

*Multiplex transmutatio.*

Super secundum vbi tangitur, quòd non possint aliquã creaturam transmutare Dicas quòd est duplex transmuta-

tio substantialis & accidentalis: & hæc accidentalis, iterum duplex, quia per formam naturalem & inhærentem rei quæ videtur, vel per formam non inhærentem rei quæ videtur, sed inhærentem organis & potentiis ipsius videntis. De primis loquitur Canon, & præcipuè de formali seu quidditatiua transmutatione, prout vna substantia in aliam transmutatur, cuiusmodi solus Deus, qui taliũ quidditatũ creator existit, facere potest. Loquitur etiam & de secunda, licet illam Dæmon efficere possit, in quantum per infirmitates diuina permissione immissas, aliqua formâ accidẽtali corpori inducitur. Vt vbi leprosa facies appareret, vel huius simile.

Sed quia propriè de his non loquitur, sed de præstigiosa apparitione, secundùm quam videtur res transmutari in alias similitudines: Dicimus, quòd has trãsmutationes allegatũ cap. excludere nõ potest: quòd auctoritate, ratione, & experientia insimul, ex his quæ supra certa experimẽta quę Aug. lib. 18. c, 17. de Ciu. Dei, refert deducuntur, & per varias quæstiones illa etiam declarando. Nã inter alias præstigiosas trãsformationes refert, quòd famosissima maga Circe mutauerit socios Vlyssis in bestias. Et quòd quædam stabulariæ mulieres conuertissent hospites suos in iumenta onera portantia. Refert etiam socios Diomedis in aues cõuersos & quòd posteà longo tempore circa templum Diomedis volassent. Et quod præstantius narrasset de patre suo veraciter: quòd ipse pater dixisset se caballum fuisse, & annonam cum aliis animalibus baiulasse.

*Ouidica Metamorphoses & Apuleica.*

De primo nãq; quòd socij Vlyssis fuissent in bestias mutati, vbi vtiq; sola apparẽtia fuit & oculorũ deceptio, ita q; forma illa bestialis educta fuit de cõseruatorio seu memoria specierũ ad ipsam vim imaginatiuã: vnde & visio imaginaria causabatur, & consequẽter ex forti impressione in potẽtias alias, & organa vidẽs æstimabat se bestiã videre, modo quo suprà in præced. cap. tactum est. Sed quomodo ista fieri possint virtute Dæmonis sine læsione, infrà patebit. De secundo verò, vbi hospites in iumenta, onera portantia à stabulariis conuertebantur: & similiter hoc quòd Præstãtij pater se equum fuisse & bladum portasse narratur. Notandum, quòd ibi tres fuerunt deceptiones.

*De socijs Vlyssis mutatis.*

Prima, quòd illi homines præstigiosa arte videbantur conuer

conuersi in iumenta, quæ conuersio facta fuit modo suprà tacto. Secunda, quòd illa onera, vbi exercebant vires portantiũ, Dæmones inuisibiliter illa attulerunt. Tertia, quòd illi, qui aliis videbãtur trãsmutati in species, sibi ipsis etiam videbantur se in bestias conuersos, sicut Nabuchodonosor contigit, vbi septem tempora super eum fuerunt immutata, vt fœnum quasi bos comederet.

*Nabucho donosoris cõuersio.*

*De sociis Diomedis cõuersis.*

De illo autẽ quòd socij Diomedis fuissent in aues conuersi, & circa templum volasse: dicẽ lum, quòd ille Diomedes, quia in exitu Græcorum circa obsidionem ciuitatis Troiæ fuerat, vbi ad propria redire volebat, in mari cũ sociis submersus fuit. Ideò cum suggestione cuiusdam Idoli, templum sibi, quasi inter Deos annumeratus esset, constructum fuerat: Dæmones in confirmationem erroris longo tempore tanquam aues loco eorum volabant: quare & illud genus superstitionis à prædictis præstigiis ibi fuit: quia videlicet non per reductionem specierum sensibilium ad vim imaginatiuam, sed in assumptis corporibus tanquam aues volantes se oculis aspicientium ingerebant.

Quòd si quæritur, An etiã prædicto modo per reductionem specierum sensibilium aspicientes illudere potuissent, vt Dæmones, non in assumptis corporibus ex aere, tanquã volantes aues se ingessissent. Dicendum quòd sic.

Nam & opinio quorundã fuit, (vt reciat S. Tho. in 2. sentent. distinct. 8. ar. 2.) quòd Angeli quicunque, siue boni siue mali, nunquam assumerent corpora, sed quòd omnia, quæ de eorum apparitionibus leguntur in scripturis, facta fuerint in præstigiis, vel secundùm visionem imaginatiuã.

*Angeli nũquam assumunt corpora*

In quibus verbis notatur à Doctore sancto differentia inter præstigium & imaginariam visionem. Quia præstigiũ potest habere rẽ ab extra corporali visui se obicientem, licet aliter videatur quàm sit. Imaginaria autem visio nõ hoc necessariò requirit, vt videlicet res ab extra obiiciatur, sed potest fieri absque illa exteriori obiectione, tantummodò per illas interiores species sensibiles, vbi ad vim imaginariam reducuntur.

*Differentia inter præstigiũ, & imaginariã visionem.*

Vnde illorum opinionem sequendo, socij Diomedis nõ fuerũt repræsentati per Dæmones in assumptis corporibus & similitudinibus auium, sed tãtummodò phantastica & imaginaria visione, per illarum videlicet specierum sensibilium

lium reductionem, &c. vt suprà.

Sed quia Doctor sanctus opinionẽ illã vt errorẽ & nõ vt opinionẽ simplicem reprobat (licet nõ vt hæresim fortè, vt piè creditur) cùm etiã tales apparitiones imaginariè interdũ à bonis & à malis Angelis fuerint absque corporibus assumptis vsitata. Ideò, vt ibidẽ dicit, cùm sanct cõmuniter dicunt, Angelos etiã corporali visione apparuisse: & talis apparitio sit in assumptis corporibus. Textus etiã scripturæ sacræ super tales corporales apparitiones plus concordat, quàm super imaginarias aut præstigiosas. Ideò ex his ad præsens dicere possumus etiam super quascunque visiones consimiles illis de sociis Diomedis: quòd licet illi socij imaginaria visione videntium potuissent opere Dęmonum videri modo quo dictũ est, tamẽ potius præsumitur, quòd per Dæmones in assumptis corporibus ex elemento aëris, tanquam aues volantes fuerint visi: aut quòd aliæ aues naturales, à Dæmonibus agitatæ illos repræsentauerint.

## *Qualiter Dæmones intra corpora & capita existunt sine læsione, quando præstigiosas operantur transmutationes.*

## CAPVT IX.

Vòd si vlterius super modum præstigiosæ trãsmutationis quęritur. An intra corpora & capita tũc existãt, & an tales sint tãquã obsessi à Dęmonibus æstimãdi: & qualiter fieri possit, vt absq; læsione potẽtiarũ & viriũ interiorũ possit species ab vna potentia interiori ad aliam deducere. Et vtrum tale opus debeat censeri miraculosum factum, aut non.

Ad primum oportet distinguere de præstigiosa illusione, eò quòd vt dictũ est, illa illusio fit interdũ super sẽsus exteriores, interdũ super interiores, vsq; ad sensum exteriorem.

Prima ergo licet possit fieri absq; hoc quòd Dæmones intrent potentias exteriores illas occupando, sed tantũ exterius deludẽdo, vbi corpus aliquod occultare vellet, per interpositionẽ alicuius alterius corporis, vel alio quocunque modo, aut vbi per se corpus assumeret & se visui obiiceret.

Secunda tamen non potest fieri, nisi ipsum caput & potẽtias

tias principaliter occupet. Et hoc ostenditur auctoritate & ratione.

*Duo spiritus nõ possunt esse in vno & eodem loco.*

Nec obstare potest, quòd duo spiritus creati, non possunt esse in vno & eodem loco,& anima sit in qualibet parte corporis. Est autem auctoritas super hoc Damasceni. Angelus ibi est, vbi operatur. Ratio S. Tho. 2. sent. dist. 7. art. 5. Omnes Angeli boni & mali, ex virtute naturali, qua præstantior vtique est quacunque corporali, habent potestatem transmutandi corpora nostra.

*Tota machina mundi, & eius contenta reguntur per Angelos.*

Patet hoc nedum propter præstantiam & nobilitatem naturæ, sed & ideò, quia tota machina mundi & creatura corporalis administratur per Angelos. Greg. 4. Dialog. In hunc mũdũ visibilem nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest: Vnde omnia corporalia reguntur per Angelos, sicut & motores orbium asseruntur, nõ solùm à Doctoribus sanctis, sed etiam à Philosophis omnibus. Patet, & ex eo quòd omnia corpora humana mouentur ab animabus, sicut omnia alia per corpora cœlestia & per ipsorum motores. Si cui placet, videat S. Tho. in 1. par. q. 90. art. 2.

*Dæmones animæ illabũtur.*

Ex quo concluditur, quòd quia Dæmones vbi operantur ibi sunt, ideò quando phantasias & interiores potentias perturbant, tunc etiam ibi existunt.

Item, licet illabi animæ illi sit tãtũ possibile, qui eã creauit, tamẽ Dæmones etiã illabi possunt, Deo permittente, corporibus nostris. Et quia pro tunc possunt impressiones facere in potentias interiores affixas organis corporalib. Ideò & per illas impressiones, sicut immutantur organa, ita immutantur operationes potentiarum modo quo dictum est: quod educere possunt species reseruatas in vna potentia affixa organo: sicut ex memoria, quæ est in vltima parte capitis educit speciem equi: localiter mouendo illud phantasma vsque ad mediã partẽ capitis, vbi est cellula virtutis imaginatiuæ: & deinũ cõsequẽter vsque ad sensũ cõmunem cuius residẽtia est in anteriori parte capitis. Et omnia subitò sic immutare & perturbare possunt, vt formæ tales necessario æstimẽtur, ac si exteriori visui obiicerẽtur: Exẽplum patuit ex naturali defectu in Phreneticis & aliis maniacis.

*Quomodo sine dolore capitis spiritus caput ingreditur.*

Quòd si quęritur, quomodo hoc absque dolore capitis effi cere possit: Facilis est responsio. Primo, quia enim organa nõ diuidit, nec immutat quò ad ipsorum subiectũ, sed tantum

tum

tummodo species mouet. Item secundo, quia non alterat immittendo aliquam qualitatem actiuam, vnde necessariò passio sequatur, cùm & ipse in se Dæmon omni qualitate corporali careat ideo sine alio talia operari potest. Item tertiò, quia vt dictum est, tantummodo facit transmutationes per motum localem, ab vno organo ad illud, & non per alios motus, ex quibus alterationes lęsiuæ interdū causãtur.

*Vt aranea in medio telæ, sic anima in corde.*

Illud ergo quod difficultatẽ facit, ꝙ quia duo spiritus nõ possũt esse in eodẽ loco, puta diffinitiuè, & anima existit in capite, qũo tũc Dæmones ibidẽ existere possũt? Dicẽdũ, ꝙ residentia animæ assignatur centro cordis, in quo vitam influendo omnibus membris communicat. Exemplum datur de aranea in medio telæ, quæ sentit tactum ex omni parte.

Tamen quia dictum Augustini in libro de spiritu & anima, quod est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. Ideò dato, quòd sit in capite, adhuc Dæmõ ibi operari potest: quia alia est eius operatio ab operatione animæ: cùm operatio animæ in corpore est, vt informet & vitam influat: vnde est ibi sicut forma in materia, non sicut in loco. Dæmon autem sicut in tali parte corporis, & tali loco, immutando & operando circa species sensibiles. Vnde quia nulla confusio operationum est inter eos, ideo vtrumque simul in eadem parte corporis esse possunt.

*An Dæmon mutando phãtasias in homine, eos obsideat.*

Ad illud. An tales sint tanquam obsessi & arreptitij, id est, à Dæmonibus arrepti æstimandi: quia specialem hoc vult habere declarationem: an videlicet hoc possibile sit, vt opere Maleficorum aliquis vt obsessus à Dæmone, id est, quod Dæmon eum possideat verè & corporaliter. Ideò de tali materia speciali tractabitur modus in capitulo sequenti; habet enim & hoc specialem difficultatem, An operibus Maleficorum id fieri valeat.

*An mira opera Dæmonum & maleficorũ habeantur pro miraculis.*

Ad illud tantummodo, An temporalia opera maleficorum & Dæmonum sint ad modum miraculosorũ operum censenda: ita quod debeant opera miraculosa æstimari. Dicendum, quòd sic, in quantum fiunt præter ordinem naturę creatæ nobis notæ per creaturam nobis ignotam; licet non sint propriè miraculosa sicut illa, quę fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ, qualia sunt miracula Dei & sanctorũ. Vide, quæ in prima parte operis, sub quinta quæstione & sepiebatione tertij erroris, tacta sunt.

Vltra quæ addenda sunt, hæc propter eos qui huiusmodi opera impugnare possent, quasi non debeant censeri opera miraculosa, sed simpliciter opera Diabolica, cò quòd cùm miracula sint data in confirmationem fidei, non debent concedi fidei aduersario. Tum etiam, quia signa Antichristi dicuntur ab apostolo signa mendacia.

*Finis miraculorum*

Sed dicendum ad primum, quod miracula facere est donum gratiæ gratis datæ. Vnde sicut per malos possunt fieri homines, ita & per malos spiritus, in his videlicet, ad quæ eorum virtus extendere se potest.

Vnde etiam discernuntur miracula per bonos facta ab illis, quæ per malos fiunt adminus tripliciter. Primò, ex efficacia virtutis operantis, quia signa facta per bonos diuina virtute fiunt, in illis etiam, ad quæ virtus actiuæ naturæ se nullo modo extendit, sicut suscitare mortuos, & huiusmodi, quæ Dæmones secundum veritatem facere non possunt, sed in præstigiis tantùm: vt Simon Magus de mortuo, cuius caput agitabat, quæ diu durare non possunt. Secundò ex vtilitate signorum, quia signa per bonos facta sunt de rebus vtilibus, vt in curationibus infirmitatum, & huiusmodi. Signa autem per malificas facta, sunt de rebus nociuis vel vanis: sicut quòd volent in aëre, vel reddãt nebia hominum stupida & huiusmodi. Et hanc differentiam assignat Beatus Petrus in itinerario Clementis.

*Differentiæ inter bonorũ & malorum miracula.*

*S. Petrus in itinerario Clementis.*

Tertia differentia est, quantum ad fidem: quia signa bonorum ordinantur ad ædificationem fidei & bonorum morum. Sed signa malorum sunt in manifestum nocumẽtum fidei & honestatis.

Et iam quantum ad modum operandi differunt, quia boni operantur mirabilia per inuocationem Diuini nominis piè & reuerenter. Sed malefici & mali quibusdam deliramentis, & Dæmonum inuocationibus.

*Antichristus facit etiã vera miracula.*

Aliud etiã non obstat q̃ videlicet Apostolus opera Diaboli & Antichristi nominat signa mẽdacia: quia tũc mirabilia, quæ fiant ab eo diuina permissione sunt vera, & etiã falsa diuersis respectibus. Vera in illis quæ fiunt virtute Dæmonis, ad quæ eius virtus se extendere potest. Falsa, quãdo facit ea ad quæ sua virtus se non potest extendere, vt suscitare mortuos, illuminare cæcos. Quia in primo, vbi facere attentabit, aut tentabit corpus defuncti, aut illud amouebit,

amouebit,& loco illius, ipse in assumpto corpore exaëre se præsentabit,& sic in secundo præstigiosa arte visum aufert,aut infirmitates alias & subitò sanabit à læsione cessando,non qualitates interiores testificando,sicut in legenda Bartholomæi ponitur. Possunt etiam omnia mirabilia opera Antichristi & Maleficarum dici signa mendacia in quantum solummodo ad decipiendum fiunt: iam & tunc operabitur Antichristus. Hæc Thomas dist. 8. de virtute Dæmonum in operando.

*Differentia inter mirum & miraculum*

Posset etiam hic adduci differentia miraculorum, quæ ponitur in compendio Theologicæ veritatis: & inter mirum & miraculum, quia cùm miraculum propriè quatuor requirat,scilicet quòd sit à Deo,& quòd sit præter existentiam naturæ, contra cuius ordinem fit: & tertiò quòd sit euidens:& quartò quòd ad fidei corroborationẽ:quia origo in operibus maleficarum primum & vltimum ad minus deficiunt,ideo mira opera, non autem miracula dici possunt.

Et etiam ratione, quia etsi aliquo modo miracula dici possunt, quia tamen quædam sunt supra naturam,quædam contra naturam,quędam præter naturam. Et supra naturã sunt illa,in quibus non est simile in natura nec eius potentia,vt virginem parere. Contra naturam, vt quæ fiunt visu contrario naturæ:terminatur autem ad conforme naturæ, vt cæci illuminatio. Et præter naturam, vt quæ fiunt ordine simili naturæ, vt in mutatione virgarum in serpentes, quòd natura facere potuisset per longam putrefactionem propter rationes seminales,sic etiam opera Magorum dicentur mirabilia.

*Virgæ naturaliter mutantur in serpentes.*

*Res gesta mira de mulieribus sub feliũ figura verberatis.*

Rem gestam narrare expedit, & paululum eius declarationi insistere. Est oppidum in diœcesi Argentinensi, cuius nomen occultare ordo charitatis & honestatis postulat In quo laborator quadam die, dum ligna ad comburendum duntaxat in domo secaret,catus quidam non paruæ quantitatis ipsum molestare ei importunè se obiiciendo visus est, quem abigendo, ecce alius maioris quantitatis simul cum priori acrius ipsum aggrediuntur,quos iterum vbi repellere volebat,ecce tres pariter, & iam versus vultum saliendo,iamque inter tibias morsibus lacerando ipsum aggrediuntur. Perterritus inde, &, vt retulit,maiori anxie-

tate

tate nunquam perplexus, signo crucis se muniẽdo, & opus prætermittendo, per incisa ligna catos infestos, & modo ad faciem, modò ad guttur denuò saltantes, iã vnã mulierem ad caput, iam alteram ad pedes, aut super dorsum percutiẽdo vix abegit. Et ecce post horæ spacium, dum iterum suo operi insisteret, duo famuli oppidi consulum, tanquam malefactorẽ ipsum capientes, ad præsentiã Basilici seu Iudicis ducere volebãt: qui Iudex à longè ipsum aspiciẽs, nec audientiam sibi præstare volens, imperat vt ad profundum cuiusdam turris seu carceris, vbi plectendi includebantur ad mortẽ, proiicetur. Eiulans ille, & cur talia pateretur, cùm in nullo crimine se conscium agnosceret, per triduum custodib. carceris quærulosè lamentabatur. Et hi quidem quantò pro audiẽtia sibi præstanda amplius instarẽt, tantò acrius Iudex ita sæuiebat, verbis contumeliosis asserẽs, qualiter & quomodo tantus maleficator adhuc reatũ suũ non agnosceret, aut quomodo se innocentẽ proclamaret, cum euidentia facti eius flagitia horrenda domõstrarent. Et cùm nihil proficerent, tamen suasu aliorũ consulum Iudex inductus audientiã sibi præstare habuit. Eductus itaque de carcere, cùm ante Iudicẽ staret, & Iudex ipsum intuerì renueret, pauper genibus aliorũ circunsedentium prouolutus, petiit vt causa suæ calamitatis sibi aperiretur: sicque Iudex in hęc verba prorupit. Tu seleſtiſſim⁹ hominũ, quomodo tua flagitia non recognoscis? Ecce tali die, & tali hora, tres matronas præcipuas huius ciuitatis vulnerasti, vt in lectis decumbentes, nec surgere aut mouere se valeant. Refocillatus pauper, & de die & hora, ac de euentu rei apud se ruminans, dixit: En diebus vitæ meæ mulierem nunquam percussi aut verberaui, & quòd tali die & hora sectioni lignorum institi, testiũ legitima productione probabo. Sed & vestri familiares sequẽti hora huic operi me insistentẽ cõperterunt. Tunc iterũ furibundus Iudex. Ecce, ait, quomodo scelera sua palliare nititur. Mulieres verbera deplangũt, demonstrant, & quòd eas percusserit, public è testantur. Tunc pauper amplius super euentũ rei ruminans. Illa, inquit, hora creaturas me percussisse recolo, non autem mulieres. Attoniti circumsedentes, cuiusmodi creaturas percusserit referari cupiunt. Tunc ille rẽ gestam (& prout suprà tactum est,) omnibus stupentibus recitauit. Et intelligen-

tes opus Dæmonis fuiſſe, pauperem ſolutum & illæſum abire, & quòd negotiũ nulli reuelaret præcipiunt. Sed nec à fidei latoribus, qui interfuerant, euentus occultari potuit.

*Quomodo Maleficæ in catos mutentur.*

Super quem modum aliqua diſſerendo. An ne Dæmones in aſſumptis ſic effigiis abſque præſentia maleficatũ apparuerunt, aut earum corporalis præſentia præſtigioſo artificio in beſtiales illas formas tiãſmutata fuerit. Reſpondendo cõcludere oportet: quod licet vtrunque virtute Dæmonum fieri poſſit, ipſum tamẽn ſecundùm factum fuiſſe amplius præſumitur. Nam per motum localem, vbi Dæmones in effigiis catorum laboratorem inuaſerunt, etiam laboratoris ictus & verba catis illata, mulieribus in domo reſidẽtibus ſubitò, & per aërẽ inferre potuiſſe, & hoc propter pactum mutuò dudũ initum, nemo dubitat. Sic enim & læſionem vel punctũram, quam inferre volunt, ſciunt aliqua imagine depicta vel fuſa, vbi aliquem maleficiare volunt, quòd non illam imaginem, ſed illum quem præſentare habet, iuxta puncturas ſuper imagines factas lædunt: Varia ſuper hunc modum geſta deduci poſſent.

*Quomodo per imagines fuſas homines vulnerentur.*

Nec valet inſtantia ſi quis obiiceret, illas mulieres ſic læſas fortaſſis fuiſſe innocẽtes eò quòd & per exẽpla tacta ſunt, læſiones etiam innnocentibus poſſe contingere patet, Dum aliquis ignoranter per imaginem artificialem à malefica læditur: Inſtantia non valet, quia aliud eſt à Dæmone per maleficam lædi, & aliud per ipſum Dæmonẽ abſque malefica: quia Dæmon per ſe in effigie animalis tunc verbera ſuſcipit, quando alteri ſibi per pactum coniuncto infert. Et quando cum eius conſenſu, ad talem apparitionem ſub tali forma & modo ſe ingeſſit. Vnde ſic tantummodo noxiis & ſibi per pactum coniunctis nocere poteſt, & nullo modo innocentibus. Per maleficas autem, vbi Dæmones lædere quærunt, tunc etiam innocentes permiſſione Diuina in vltionem tanti criminis ſæpè affligunt.

*Monachi Prædicatores comparantur canibus, Hæretici catis.*

Verùm quòd etiam Dæmones per ſe interdum (Deo permittente) & innocentes læſerũt & dudum Iob ſanctiſſimum læſerunt, ſed ibi non fuerunt, nec vſus fuit Diabolus huiuſmodi præſtigioſis apparitionibus prout in tali facto & per tale phantaſma, cati quod animal perfidorum eſt appropriatum ſigniũ, ſicut canis Prædicatorũ in ſcripturis. Vnde ſemper mutuo ſibi inſidiãtur. Et ordo Prædicatorum ſub figura

figura catuli latrantis, in primo fundatore aduersus hæreses præmonstratus fuit.

Præsumitur autem, quòd per secundum modum maleficæ illæ tres laboratorem inuaserunt, tum quòd primus modus non tantùm eis placuisset, tum quia secundus earum curiositati magis congruit.

In quo etiam talis ordo circa tria seruatus fuit. Primò, quò ad Dæmonum instantiam sollicitatæ super hoc fuerunt, & non Dæmones ad instantiam maleficarũ. Sic enim sæpissimè ex earum confessionibus repertum est à nobis, quòd ad instantiam Dæmonum, eas continuè ad mala perpetranda infestantes, plura habent facere, & verisimile, quòd de se non cogitassent, pauperem molestare.

Causa autem quare Dæmones ad hoc sollicitabant, sine dubio extitit, quòd quia benè noscunt, vbi crimina manifesta, impunita remanent, amplius Deus offenditur, fides catholica dehonestatur, & ipsarum numerus amplius augmentatur. Secundò, habito earum consensu, Dæmones earum corpora localiter trãstulerunt, ea facilitate, qua & spiritualis virtus præstãtior corporali existit. Tertiò, quòd præstigiosa apparitione modo quo supra tactũ est, in formas illas bestiales conuersi ipsũ laboratorẽ inuadere habuerũt, nec defensę à verberibus, sicut vtiq; ea facilitate qua trãslatæ fuerant, eas defendere potuissent, sed verberari & verberatorem manifestari permiserunt, scientes illa flagitia per effœminatos viros, nullum zelum fidei habentes, remanere ob causas prætactas impunita.

Alludit quod legitur de quodam sancto viro, qui dum semel prædicantem Diabolum in forma sacerdotis deuoti in Ecclesia reperisset, & per spiritum ipsum Dæmonem agnouisset, esse verba sua obseruauit, & an benè vel malè populum informare attendebat: Et dum ipsum irreprehensibilem, & potius criminum obiurgatorem perpendisset, finito sermone accersito, dum causam super his quæreret, respondit: Ecce veritatem dico, sciens quòd dum auditores sint verbi & non factores, amplius Deus offenditur, & lucrum meum augmentatur. *Diabolus in forma sacerdotis prædicat.*

## De modo quo Dæmones per maleficarum operationes homines interdum substantialiter inhabitant.

## CAPVT X.



Via in præcedenti capitulo tactum, qualiter Dæmones etiã capita hominũ, aut alias partes corporis occupare & intrare & species interiores de loco ad locũ mouere possunt. Dubitare quis posset, An ne ex toto homines ad instãtiã maleficarũ obsidere possẽt. Et de diuersis modis obsidẽdi absque maleficarũ instantia. Vnde pro harum declaratione tria sunt declaranda,

Primò de diuersis modis possidendi. Secundò, quòd ad instantiam maleficarum diuina permissione Dæmones interdum omnibus illis modis possident. Tertiò, acta & gesta super hæc sunt deducenda.

*De obsessis à Diabolo ob peccata.*

Quò ad primũ, secluso illo generali modo, quo Diabolus in homine, cum quolibet peccato mortali habitat, De quo modo S. Thomas quolib. 3. quæst. 3. sub dubio. An Diabolus semper substantialiter habitet in homine quandocunque peccat mortaliter. Causa dubitationis eius sit, quòd cùm Spiritus Sanctus semper habitet in homine cũ gratia, iuxta illud 1. ad Corinth. 3. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: & gratiæ opponitur culpa, & oppositа habent fieri circa idem.

*Diabolus non potest illabi in animam.*

Vbi etiam declarat, quòd quia inhabitare in homine, potest intelligi dupliciter. Vel quãtũ ad animam, vel quantum ad corpus. Et primo modo, cùm non est Diabolo possibile habitare in anima, cò quòd solus Deus menti illabitur. Nec iterum Diabolus ita est causa culpæ, sicut Spiritus Sanctus efficit in anima per se operando, ideò similitudo non valet.

*Impiorum mens est sicut nauis sine gubernatore.*

Quantum verò ad corpus, dicere possumus quòd dupliciter Diabolus potest habitare in homine, sicut etiam dupliciter homines reperiuntur, vel in peccato, vel in gratia existentes. Primo modo, dicere oportet, quia ex quolibet peccato mortali homo seruituti Diaboli addicitur, in quãtum Diabolus interdũ exterius suggessit peccatum, vel quãtũ ad sensum, vel quantum ad imaginationẽ, ideò dicitur habitare in affectu hominis, cùm ad quemliber motũ tentationis mouetur, sicut nauis in mari sine gubernatore.

Potest

Potest etiam Diabolus in homine substantialiter habitare, sicut patet in Arreptitiis: Et quia hoc magis pertinet ad rationem pœnæ quàm culpæ, vt patebit, & pœnæ corporales non semper consequuntur culpam, sed quandoque peccantibus, & non peccantibus inferuntur. Ideo & in gratia & extra gratiã existentes, secundum altitudinem incomprehensibilium iudiciorũ Dei inhabitare substantialiter possunt: & hic modus possidendi, licet non sit nostræ speculationis, ponitur tamen, ne alicui impossibile videatur, quòd etiam Dei permissione, homines, à Dæmonibus ad instantiã maleficarum substantialiter interdum inhabitãtur. *De arreptitiis.*

Possumus ergo dicere, quòd sicut quinq; modis Dæmones per se absq; maleficis homines lædere, & possidere possunt, ita & omnibus illis modis ad instantiã maleficarum, cùm ex tunc, sicut amplius Deus offenditur, ita & maior sæuiendi in homines per maleficas Dæmoni permittitur facultas. Et modi perfunctoriè recitando hi sunt, dempto eo quod vexant aliquando in bonis formæ exterioribus: quòd aliquando etiam aliquos in propriis lę lunt tantummodò corporibus: aliquando in corporibus simul & in potentiis interioribus. Aliquando solùm tentant intus & extra. Alios vsu rationis ad tempus priuant. Alios velut bestias irrationales reddunt. De singulis dicamus.

*Quinque causæ cur homines à Dæmonibus obsideantur.*

Sed prius quinque causas, propter quas Deus permittit homines possideri præmittamus, quia ordinem seruare, materia postulat. Nam aliquando quis possidetur pro maiori suo merito. Aliquando pro alieno leui delicto, aliquando pro suo veniali peccato, aliquando pro graui peccato alieno, aliquando pro magno facinore proprio. Et his omnibus de causis nulli dubium, quin & Deus ad instantiam maleficarũ per Dæmones etiam similia interdum permittat: & singula ex scripturis, & non pec nova gesta tantùm probare expedit, cùm semper noua per antiqua roborantur.

*Dæmones per epistolas & cilicium erecti.*

Nam de primo patet in Dialogo Seueri, beati Martini charissimi discipuli, vbi fertur quẽ lam Patrem sanctissimæ vitæ tanto dotatum gratia expellendi Dæmones, vt hi nedum verbis propriis fugarentur, sed etiam eiusdem Patris epistolis & cilicio, & cum coram mundo Pater esset celeberrimus, se tentari sensit vana gloria, cui vitio licet viriliter resisteret, tamen vt humiliaretur amplius, totis præcordiis

*S. pater orat Deum vt à Diabolo possideatur.*

Deum precabatur, quatenus quinq; mẽsibus à Dęmone possideretur, quod & factum est. Nam eum statim possessum vinculari oportebat, & omnia applicare sibi Dęmoniacis communia. Finito autem quinto mense, prorsus & ab omni vana gloria, & à Dæmone liberatus est. Sed quòd hac de causa quis per malificium alterius posset à Dæmone possideri, sicut factum fuisse non legitur, ita nec ad præsens affirmatur: licet vt pręmissũ est, incõprehẽsibilia sint Dei iudicia.

*Ob superbiam S. Eleutherii alius plectitur*

De secũdo autem, quòd ex alieno leui delicto aliquis possidetur, ponit exemplum beatus Gregorius de Beato Eleutherio abbate, viro simplicissimo, qui cùm prope monasteriũ virginũ pernoctaret, & ignoranti ordinauerunt ad suam cellam poni parvulum puerũ qui omni nocte vexabatur à Dæmone. Sed eadem nocte Dęmone liberatus est ad patris pręsentiam. Hic cùm rem didicisset gestam, & puer iam positus esset in monasterio sancti viri, & transactis multis diebus paulò immoderatè lætus de liberatione pueri, ait, ad cõfratres suos, Diabolus sibi cũ illis sororibus iocabatur. Sed vbi ad seruos Dei venit, puerũ vexare cepit. Et per lachrymas & ieiunia sancti viri, & confratrũ difficulter, sed eodẽ die liberatus fuit. Et quidem vbi ex alieno & leui delicto, quis innocens possidetur, nõ mirum si propter veniale proprium, aut propter graue alienũ peccatũ, aut etiam propter proprium facinus, aliqui etiam ad maleficarum instantiã per Dæmones possidentur.

Nam & de proprio veniali peccato patet per Cassianum collatione abbatis Sereni prima, dicẽtem de Mose. Moses, inquit, in eremo, cùm singularis & incomparabilis vir esset, ob reprehensionem vnius sermonis, quem contra abbatem Macharium disputans, paulò durius protulit, quadam scilicet opinione præuentus, diro confestim traditus est Dæmoni, vt humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia Dominus intulisse videtur, ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret, patuit ex miraculosa curatione. Nam continuò abbate Machario in oratione submissa citius nequam spiritus ab eo fugatus abcessit.

*Monialis non signãs se cruce in esu lactucæ à Diabolo pos-*

Simile videtur huic, quòd Gregorius primo Dial. refert de moniali, quæ lactucam comedit, non prius signo crucis se mu

se muniens, & per beatum Equitium patrem liberata.

De quarto etiam, videlicet pro alieno graui peccato aliquem posse ieri, ibidem refert beatus Gregorius de beato Fortunato Episcopo, qui dum Diabolũ ab obsesso homine propulisset, serò idẽ Dæmõ in specie peregrini per plateas ciuitatis clamare cepit: O virum sanctum Fortunatum Episcopum, Ecce de hospitio me peregrinum protecit, nec vbi quiescam inuenio. Tunc quidam cum vxore sua & filio sedẽs, peregrinum inuitauit ad suum hospitium, & quærendo causam expulsionis, est grauisus super derogatione sãcti viri, quàm à peregrino fictè audiuit. Exinde autem Diabolus puerum inuasit & prunis iniecit: ac animũ eius excussit. Sicq; pater miser primũ quẽ recepisset hospitio intellexit.

Et de quinta causa proprij facinoris & magni, cõmuniter tam in sacra scriptura, quàm in sanctorum passionibus legimus. Nam & sic 1. Regum 15. Saul inobediens Deo possessus est. Quæ omnia (vt diximus) facta sunt, ne impossibile cuiquã videatur, ne ob facinorum malificarum, vt aliqui etiam ad earum instantiam possideantur. Super quo vt diuersos modos possidendi intelligere valeamus, quò ad secundum rem gestam in medium producamus.

*Res gesta de maleficato obsesso.*

Tempore siquidem Pij Papæ secũdi, ante iniunctum inquisitionis officiũ, vnicè duobus Inquisitoribus talis accidit casus. Bohemus quidam de Dachono oppido, filium vnicum & sacerdotem sæcularem ob liberationis gratiam, quia obsessus erat, Romam vsq; perduxit. A casu autẽ, dum ego vnus ex Inquisitoribus, hospitium refectionis gratia intrassem, cõtigit, vt tanquam commensalis idem sacerdos cũ patre ad tabulã pariter mecũ consederent. Cõuenientes autem, & mutuò (vt moris forensium est,) conferẽtes, idem pater pluries suspirãs, & quòd prosperum iter eõ pleuisset, à Deo omnipotenti optabat: cui ex intimis compatiendo, quænã sui itineris & causa tristitiæ esset, inquirere cepi. Tũc ille, filio audiente qui & mihi collateralis in mensa erat, respõdit, Heu filiũ habeo à Dæmone obsessum, quẽ ob liberationis gratiã magnis laborib & impẽsis hucusq; perduxi. Et ego, vbi nã filius esset, dũ inquirerẽ, q̃ mihi collateralis esset, indicauit. At territus ego paululum, & diligenter ipsam inueneas, quòd cum tanta modestia cibum sumeret, & ad quæ te interrogata piè responderet, hæsitare animo

cepi, quòd obsessus non esset, sed infirmitatis causa sibi aliquid accidisse obieci. Tunc filius rẽ gestam per se narrans, & qualiter quantoque tempore obsessus fuisset, indicauit, Mulier, inquit, quæ iam malefica hanc mihi infirmitatem contulit; rixanti enim contra eam ratione cuiusdam disciplinæ circa regimen curiæ, cùm eam durius increpassem, quia ceruicosæ volũtatis erat, dixit, quòd post paucos dies haberem intendere his quæ mihi contingerent. Sed & Dæmon in me habitãs hoc idem refert, quòd maleficium sub quadã arbore positum sit à malefica, quod nisi amoueatur, non potero liberari, sed nec arborem vult indicare. At ego nec minimã suis dictis fidem adhibuissem, nisi experientia me protinus edocuisset. Nam interrogatus à me de interuallo temporis, vt præter consuetum modum obsessorum tantæ suæ rationis esset capacitas, respondit: Vsu rationis tantummodò priuor, quando diuinis aut vacare aut sacra loca visitare voluero: Præcipuè autem Dæmon ex suis verbis per me prolatis dixit. Quòd sicut maiorem displicentiam hactenus in sermonibus ad populum sibi feciſſet, ita vt nullo modo me prædicare sineret, Gratiosus enim ex relatu patris prædicator extitit, & omnib⁹ amabilis. At ego Inquisitor cùm de singulis certificare volebam per quindenã & vltrà ad varia sanctorũ lumina ipsum deducere decreui. Præcipuè autem ad Ecclesiam Sanctæ Praxedis virginis, vbi pars statuæ marmoreæ, cui in sua flagellatione saluator noster alligatus fuerat, & ad locum in quo Petrus Apostolus crucifixus fuerat, in quibus locis horribiles eiulatus, dum exorcizabatur, emittebat iam asserens se velle exire, post paululum verò minimè. Et vt præmissum est, in omnibus moribus mãsit sacerdos compositus, & sine omni nota, nisi dum exorcismi incipiebant, & illis finitis, dum stola de collo amouebatur, ex tunc iterum nec minimum irrationabilem, aut inhonestum motũ demonstrabat. Hoc dẽpto, dum Ecclesiam aliquã pertranseundo genua pro salutatione virginis gloriosę flectebat, tũc Diabolus eius linguam in longũ extra os suum emittebat: Et interrogatus, an nõ ab illo posset cõtinere: respondit, hoc facere minimè valeo: sic enim vtitur omnib⁹ mẽbris & organis collo, lingua, pulmone, ad loquendũ vel eiulãdũ, dũ ei placet. Audio quidem verba, quæ sic per me & ex mẽbris meis loquitur,

sed

sed resistere omninò non valeo,& quãdo deuotiùs orationi alicui insistere affecto,acriùs me impugnat,linguã emittendo.Et quoniã colũna in Ecclesia sãcti Petri ex tẽplo Salomonis circumlata existit, per cuius virtutẽ plures licet à Dæmonibus obsessi,liberãtur,eò q & Christus prædicãdo in templo illi se appodiasset , hic tamen occulto Dei iudicio liberari non potuit, alium modum pro sua liberatione sibi disponendo. Licet enim per integrum diem & noctem circa columnã inclusus mansisset,tamen sequenti die, post varios exorcismos super eum perlectos, dum circunstaret populus , & magnus fieret concursus : interrogatus,in qua parte colũnæ se Christus appodiasset,tunc dentibus mordendo columnam,locum demonstrabat eiulans.Hic stetit, hic stetit.Vltimatim tamen dixit.Nolo exire.Et cùm interrogaretur,qua de causa?respondit,Propter Lombardos : Et interrogatus denuo,cur propter Lombardos egredi nollet. Tunc respondit in Italica lingua , ( cùm autem infirmus sacerdos illud idioma ignoraret,)dicens:Omnes faciunt sic & sic , nominando pessimum vitium luxuriæ. At sacerdos post hoc me interrogando dixit Pater, quid sibi volunt hæc verba Italica , quæ ex ore meo protuli ? cui,cùm indicassem respondit: verba quidẽ audiui, sed intelligere non potui. Et quia, vt rei probauit euentus , hoc dæmonium erat de genere illo,de quo Saluator in Euangelio,Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio: Ideò quidam venerabilis Episcopus per Turcas , vt fertur, à sede expulsus,piè illi compatiens, per totum quadragesimale tempus in pane & aqua, ieiuniis & orationibus , & exorcismis quotidiè insistens , ipsum per Dei gratiam tandem liberauit,& ad propria cum gaudio remisit.

*Columna Salomonis Romæ.*

*Diabolus mõstrat locũ vbi Christus acclinauerit docendo.*

Super quo licet sine miraculo nullus in hac vita possit sufficienter differere, quibus & quot modis Dæmõ homines possideat, vel etiã lędat:possumus tamẽ dicere,q quinque modis,dempto eo q in rebus fortunæ exterioribus aliquãdo tamẽ lædũt. Nam aliqui in propriis tantũmodò vexantur corporibus aliqui in corpore simul , & in potentiis interioribus aliqui in potẽtiis tantũmodò interioribus,aliqui castigatione eorũ ad tẽpus tãtũmodò vsu rationis priuantur , aliqui verò velut bestiæ irrationabiles redduntur Exstatam sacerdotem quarto modo possessum fuisse de-

*Quot modis Dæmon possidendo vexet.*

claratur. Nã nec in rebus fortunæ nec in proprio vexatus corpore fuit, prout contigit Beato Iob, vbi Deus Dæmonem licentiasse manifestè scriptura super hoc tradit, dicens ad Satan. Ecce, vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuã, & hoc in res exteriores, in corpus verò postmodum ait: Ecce in manu tua est: verumtamen animam eius serua id est, vitam eius ne auferas.

*Iob etiam in anima à Satana affligebatur.*

Potest etiam dici, quòd tertio modo, scilicet in potẽtiis animæ interioribus simul & corpore vexatus fuit, cũ dicebat, vt Iob. 2. habetur: Ad Dominum si dicitur, consolabitur me lectulus meus, & relevabor, loquens mecum in strato meo terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties: Dæmone scilicet procurante, secundum Lyram & secundum Thomã. Terrebis me per somnia quę scilicet dormienti apparent, & per visiones, quæ scilicet, apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuũ alienato. Solent enim phantasmata, informata diurnis cogitationibus, esse interrorem dormientiũ. Et hæc reprobatur in eo ex infirmitate corporis. Vnde sic consolatione vndique secluſa, nil remedij videbatur Iob euadendi tot angustias nisi per mortem: horrore inquit cõcutiens. Quibus modis & maleficas homines læsere per Dæmones nemo dubitat, prout in sequentibus patebit, qualiter per grãdines in rebus fortunæ, & in corpora animalium & hominum læsiones inferunt.

Et tertius etiam modus lędendi est in corpore, & in interiob. potentiis, absq; priuatione vsus rationis. Patet ex earum operationibus, vt suprà tactum est, adeò mentes hominũ ad illicitas affectiones incendũt ꝙ necessariò etiam nocturno tempore ad amasias per longa terrarum spacia currere habent, visco carnalis amoris nimis illaqueati.

*Vbi Dæmon lateat, quando Demoniacis præbetur sacramẽtum.*

Potest adduci & illud quod in Hassia oppido *Marburg*, contigisse dicitur de quodam obsesso etiam sacerdote, dum in exorcismis Dæmon interrogaretur, quãto tempore sacerdotem inhabitasset. Respondisse fertur, septem annis. Et cum exorcista obiiceret: cùm vix per tres menses eũ vexasti, reliquo tempore vbi eras? Respondit: In corpore sacerdotis me occultabã. Et ille. In qua parte corporis, vbi inquirebat, respõdit, vt plurimùm in capite. Et denuò vbi nã fuisset quando diuina celebrasset, & sacramẽtum sumpsisset, requisitus, dixit: Sub lingua eius me occultaui. Et ille miser

miſer: qua temeritate ad præſentiam creatoris tui non aufugiſti, Tunc Dæmon. Nunquid ſub ponte ſe vnquam quis occultare poteſt, donec de ſuper vir ſanctus pertranſibit, dummodò greſſus non fixerit. Diuina tamen cooperante gratia liberatus fuit, ſiue verum ſiue fictitium protulerit cùm mendax ſit, & pater eius.

*Solus Deus poteſt animæ illabi.*

Quartus modus applicatur ad præfatum poſſeſſum Romæ liberatum, ſub hac declaratione, ꝙ Dæmon poſſit illabi corpori, licet non animæ, cum hoc ſoli Deo ſit poſſibile illabi etiam corpori, non tamen infra terminos eſſentiæ corporis: hoc inquam declarat terminos eſſentiæ corporis.

Hoc inquam declarãdo habetur modus quo Dæmones ſubſtãtialiter interdũ in homine habitãt & ad tẽpus tantum vſu rationis priuant. Et quidẽ hoc ſic declaratur. Nõ dicere poſſumus, ꝙ corpus habet terminos duplicis rationis, ſcilicet quantitatis & eſſentiæ. Vnde quãdo Angelus quicunq; bonus vel malus operatur infra, terminos corporalis quantitatis, & ſic illabitur corpori operãdo circa potẽtias quantitatiuas, ſic etiam boni Angeli etiã imaginarias in bonis viſiones operantur. Nunquã autẽ dicuntur illabi eſſentiæ corporis qua nõ poſſunt illabi vt pars, neq; ſicut virtus. Non ſicut pars, quia alia & alia eſt eſſentia vtrobiq;. Non ſicut virtus, quaſi dãs eſſe quia ſuũ eſſe habet ꝑ creationẽ à Deo. Vnde & ipſe ſolus habet intrinſecã eſſentię operationẽ & cõſeruationem quãdiu placitũ fuerit ſuę pietati cõſeruãdo.

*Quomodo boni & mali ſpiritus animæ illabãtur aut circa eã operentur.*

Vnde concluditur, ꝙ aliq; omnes perfectiones ſeu defectus loquendo de bonis, quò ad perfectiones, de malis quò ad defectus, quando operantur, ſi operantur circa corpus & partes eius, vt circa caput illabuntur tali corpori ſuper terminos, videlicet quantitatis & quantitiuas potentias.

Si verò circa animam tunc iterum vterq; extrinſecè operatur, ſed modis diuerſis. Et dicuntur operari circa animam, phantaſmata illa ſeu ſpecies intellectui repræſentãdo, & non ſolùm ad iudicium ſenſus cõmunis & ſenſum exteriorem. Ex quibus operationibus ſequuntur tentationes à malis Angelis & affectiones & cogitationes malæ per indirectũ operando verſus intellectum. A bonis autẽ Angelis ſequuntur illuſtrationes phantaſmatum ad cognoſcendum reuelãdo ab eis: vnde & talis diuerſitas eſt, ꝙ boni Angeli etiã directè poſſunt imprimere in intellectu phantaſmata illuſtrando

do

do. Mali autem neque illustrare dicuntur phantasmata, sed prius obfuscare. Itē nec directè imprimere possunt, sed tātummodò indirectè, in quantum intelligentem necesse est phantasmata speculari.

Per hæc tamen etiam Angelus bonus non dicitur illabi animæ, licet eam illuminet: sicut nec dicitur superior Angelus illabi in inferiorem, licet eum illuminet, sed tantū modo extrinsecè operatur, & cooperatur modo, quo dictum est, vnde multò minus malus illabi potest.

*Indicium de priore obsesso sacerdote.*

Et per hunc modum Dæmon sacerdoti corpus in tribus occupauit. Primò, quòd sicut illabi suo corpori potuit infra videlicet terminos corporalis quātitatis, ita caput suum occupauit substātialiter illud inhabitando. Secūdò quod circa animam eius extrinsecè operari potuit, obfuscando intellectum, vt rationis vsum perderet. Ita etiam potuit vt sine intermissione, vel etiam interpellāti eum, quò ad missionē rationis, vexare. Licet etiam dici potest, quòd ex dono Dei hoc habuerit sacerdos, vt nō sine intermissione à Dæmone vexaretur. Tertiò quòd licet omnibus mētibus organis ad loquendum & voces ad formandū priuaretur, semper tamē ad verba, licet non ad sentētiam verborum aduertentiam habuit. Qui modus obsistendi plurimùm ab aliis obsidendi modis differt, cum communiter obsessi legūtur sine intermissione à Dæmonibus affligi vt patet in Euāgelio, tam de lunatico, cuius pater dixerat ad Iesum: *Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur.* Matth. 17. quàm etiam de muliere illa, quam Satanas alligauerat 18. annis & erat inclinata, nec omninò poterat sursum aspicere. Luce 13. quibus etiam modis in lubiè Dæmones diuina permissione ad iustitiam maleficarum vexare possunt:

## *De modo, quo omne genus infirmitatis inferre possunt, & hoc in generali de grauioribus.*

### CAPVT XI.

SED & hoc, quòd non sit aliqua infirmitas corporalis, quæ a maleficis (Deo permittēte) inferri non possit etiam si ad lepram vel epilepsiā se extendere habeat: Probari potest per hoc, propter doctores nullū genus infirmitatis excipitur

excipitur. Nam diligenter ea quæ superius tacta sunt, tam de virtute Dæmonũ, quàm ad malitiã maleficarum cõsidetãtur, nullã patitur hoc difficultatẽ. Nam & Nider, tam in suo præceptorio, quàm etiam Formicario, vbi quærit: An malefici possint veraciter suis maleficiis homines lædere.

Et est quæstio absq; exceptione alicuius infirmitatis, etiam quantumcunque incurabilis. Et vbi respondet, quòd sic, quærit consequenter, quibus modis, & quibus rebus.

Et quò ad primum respondet, vt supra ex prima quæstione primæ partis tractatus patuit. Probatur etiam per Isid. describentem maleficarũ operationes 8. Etym. cap. 9. Malefici dicũtur ob facinorũ magnitudinem, hi enim elemẽta concutiũt, scilicet operẽ Dæmonũ ad tẽpestates concitãdas, mentes hominũ turbãt, modis videlicet suprà tactis, vsum rationis, vel omnino impediẽdo, aut grauiter obfuscãdo subdit, & absq; vllo venem hausu, violentia tantũ carminis animas interimunt, vitam videlicet auferendo.

Probatur etiã per S. Tho. in 2. sen. circa dist. 7. & 8. Et in 4. dist. 34. Et cõmuniter per omnes Theologos ibidẽ scribẽtes, quòd malefici omnibus modis possũt procurare lesiones in hominibus & eorũ rebus, cooperante Dæmone, in quibus Dæmon potest solùm lædere vel decipere, videlicet in rebus, fama, corpore, vsu rationis, & in vita: vult dicere, q; in illis in quibus Dæmon per se absq; maleficis possit lædere, possit etiã cũ maleficis imo ampliori facilitate propter maiorem Diuinæ maiestatis offẽsionem, vt supra tactum est.

De rebus-nãq; patet Iob. 1. & 2. vt supra patuit. De fama patet in Legẽda B. Hieronymi, vt refert Io. And. in Hieronimiano, quòd Diabolus se trãsformauit in formã S. Siluani Episcopi in Nazareth, amatoris Hieronymi. Qui Dæmon primò fœminã nobilẽ nocte in lecto procare & prouocare cœpit ad luxuriã verbis, & deinde factis sollicitauit ad malũ quæ cũ clamaret. Dæmõ sub specie sancti Episcopi sub lecto fœminæ se abscõdit, vbi requisitus & inuẽtus per luxuriosa verba se mẽtitus est esse Episcopũ Siluanũ. In crastinũ ergo sãctus vir disparẽte Diabolo diffamatus est grauissimè: quæ diffamia tãdẽ circa sepulchrum San Hieronymi fatẽte Diabolo in obsesso corpore purgata est.

*Satan se trãsformat in Siluanũ Nazarenũ Episcopũ.*

De corpore patet in Beato Iob, qui percussus fuit à Dæmone vlcere pessimo, quod exponitur de lepra. Refert etiã

*Iob fuit leprosus.*

Sigis

Sigisbertus & Vincen. in spe. histo. li. 25. cap. 37. quòd tẽpore Ludouici secũdi Imperatoris in parochia Moguntina quidã Dæmõ primò sæpè lapides iecit, & quasi malleo ad domos percussit. Et deinde publicè loquẽdo, furta prodẽdo, & discordias seminãdo plures inquietauit: deinde omnes contra vnũ irritauit, cuius hospitiũ vbicũque manebat incẽdit: & ob illius peccata omnes pati affirmauit. Vnde tãdẽ agros pro hospitio habere oportuit: propter quod cum presbyteri litanias celebrarent, multos iactibus lapidum Dæmon vsque ad cruentationẽ læsit, aliquando quieuit, aliquando sæuiit, & per triennium ista continuauit quousque omnia ædificia ibi incendio consumpta sunt.

Itẽ de nocumẽto vsu rationis, & vexatione interiorũ sẽsuũ, probatur ex professis & arreptitiis per Euãgelicas etiã historias. Itẽ de morte, & quòd de vita etiã quosdã priuat. Patet Tobiæ 6. de septẽ viris Saræ virginis occisis, qui propter luxuriosum affectum, & effrenem appetitum in virginem Saram eiusdem non erant digni matrimonio. Quare concluditur, quòd sicut per se, ita & amplius per maleficas, in omnibus nihil dempto hominibus nocere possunt.

*An læsiones Satanæ, vel maleficis ministris eius sint adscribendæ.*

Verũ vbi quæritur, an huiusmodi lęsiones sint potius Dęmonibus aut maleficis imputãdæ: Respõdetur, quòd sicut propria & immediata actione Dæmones operantur, infirmitates immittendo, ita & ipsis principaliter sunt imputandæ; sed quia in cõtẽptũ & offẽsam creatoris simul & in perditionem animarum quærunt huiusmodi per maleficas exercere, sciẽtes quòd per talem modum, sicut Deus amplius irritauit, ita & amplius permittit eis potestatem sæuiendi. Quia & de facto innumera maleficia perpetrantur, quæ nõ permitterentur Diabolo inferre hominibus, si per se solùm affectaret homines lædere quæ tamen permittuntur, iusto & occulto Dei iudicio per maleficas propter earum perfidiam & Catholicæ fidei abnegationem.

*Scopis aquam spargere excitat pluuiam.*

Vnde & eis iusto iudicio talia imputãtur secũdariò, quãtũcũque Diabolus sit actor principalis. Scopa ergo, quã mulier intingit aquæ vt pluat & sursũ in aërẽ aquã spargendo, licet in se non causet pluuiam, nec posset mulier inde reprehẽdi, quia tamẽ ex pacto cũ Dæmone inito, vbi iam vt maleficia talia facit, licet Dæmon sit qui pluuiam causa ipsa tamen merito inculpauit, eò quòd mala fide & operet

Diabo

Diabolo seruit, eius obsequiis se tradendo.

Sic etiã quando imaginẽ ceream, vel simile ad maleficãdum aliquẽ maleficus facit: vel quando maleficio alicuius in aqua vel plumbo imago apparet, quicquid molestiæ infertur tali imagini, cùm tale experitur fieri imaginato, id est, homini maleficiato, puta punctura vel alia læsura quacũq; licet læsio realiter inferatur imagini per maleficã vel alium hominẽ, & inuisibiliter Dæmon maleficiatũ hominẽ eodem modo lædit, meritò tamen maleficæ imputatur: quia sine ea Deus nunquam læsionem inferre Diabolo permitteret, nec Diabolus per se lædere ipsum attentasset. *Per imaginẽ in aqua vel plumbo aliquem ladere.*

Sed quia dictũ est de fama, in qua Dæmones per se homines lædere possunt, absq; maleficarũ cooperatione: posset in dubiũ verti, an etiã Dæmones per se possient honestas mulieres infamare, vt tanquam maleficæ reputarentur, cum in earum effigie ad maleficandum aliquem apparerent, vnde contingeret talem innocenter infamari. *Quomodo Dæmones famã hominum ladant.*

Responsio: aliqua sunt præmittenda. Primò, quia dictum est, Dæmonem nihil posse efficere absque Diuina permissione, vt in 1. par. operis circa vltimam quæstionem patuit: etiam tactũ est, quòd non est tãta permissio super iustos, & in charitate existentes, sicut super peccatores, in quos vtiq; sicut maiorem habent potestatem, iuxta illud. Cum fortis armatus &c. ita vtiq; plura permittuntur à Deo in eorum afflictionem quàm super iustos. Demũ licet iustos in rebus exterioribus, vt fama & sanitate corporis, lædere possunt, Deo permittente, quia tamen sciunt hos eis cedere in augmentum meritorium, ideò minus eos lædere affectant.

Ex quibus dici potest, q̃ in hac difficultate respectus potest haberi ad diuersa. Primò, ad diuinã permissionẽ. Secũdò, ad hominẽ, qui censetur honestus, cũ tales non semper sũt in charitate existẽtes, sicut sunt sub honestate reputati. Tertiò, ad facinus, in quo innocens debet infamari: quia illud ex sua radice cuncta flagitia mundi excedit. Ideo dicendũ, licet ex Diuina permissione quique innocẽs, siue in gratia cõstitutus, siue lædi nõ possit in rebus fortunæ & famiha: habẽdo tamẽ respectũ ad ipsum facinus & grauitatẽ criminis, (cũ malefici sic nũcupãtur ob facinorum magnitudinem iuxta illud sæpè allegatum) dici potest, quòd hoc vt aliquis innocens prædicto modo à Dæmone infametur, *Nemo innocens infamatu*

cus, fieri non est benè possibile, iterum multis respectibus.

Primò, quia cùm infamare in vitiis, quæ absque peccato expresso vel tacito inito cum Dæmone perpetrantur, vt sunt furta, latrocinia, & actus carnales. Aliud fit ab infamia super vitia, quæ nullo modo possunt homini imputari, aut ab eo perpetrari, nisi super actum expressum cum Dæmone inito: qualia sunt opera maleficarum: quæ nisi virtute Dæmonum à maleficis perpetrantur, vt vbi homines, iumenta, aut terræ fruges maleficiantur, vnde & eis aliter imputari non possunt. Ideò licet Dæmon possit hominem de aliis vitiis infamare, de tali tamen vitio infamare, quod sine eo non poterit perpetrari, non videtur benè possibile.

Præterea hucusque nunquam actum est, nec repertum, vt aliquis innocens sit per Dæmonem taliter infamatus & sic propter talē infamiā morti fuisset adiudicatus. Imò vbi tantūmodo infamia laborat, talis nulla pœna punitur, nisi quod Canonica purgatio sibi indicitur, vt in tertia parte operis circa secundū modum sentētiādi maleficas patebit.

*Canonica purgatio.*

Et licet ibi contineatur, quòd in casu, dum in purgatione deficeret, pro reo esset habendus, adhuc tamē adiuratio sibi indiceretur antequam vlterius super pœnam relapsis debitam procederetur. Sed quia circa contingentia laboramus, quæ actu nunquam fuerunt perpetrata, nulli dubium quin & in posterum Diuina permissio fieri non permittat.

Præterea & à fortiori, propter angelicā custodiam, quæ non permittit insontes in aliis criminibus minoribus infamari, vt in latrociniis & huiusmodi, minus permittet, imò fortius suæ custodiæ deputatum ab infamia talium flagitiorum præseruabit.

Nec valet, si quis acta per Sanctum Germanum obiiceret, quando Dæmones in assumptis corporibus, & ad mēsam considentibus alias mulieres viris suis condormientibus, repræsentabant, hospitem illudentes, quasi illæ mulieres in propriis corporibus semper edentes & bibentes aduentarent, de qua etiam supra mentio habita est. Quia nec ibi illę mulieres excusantur, quasi innocentes omninò, sed quòd talia mulieribus sæpè accidunt: quod iuxta cap. 26. q. 2. Episcopi notatur. Vbi reprehenduntur tales, quòd dum in imaginaria solūmodo illusione transferantur, putant se veraciter & corporaliter transferri, licet (vt supra tactum

tactum est) etiam interdum corporaliter à Dæmonibus vehuntur.

Sed q̃ corporales infirmitates alias omnes, nulla dẽpta, Diuina permissione inferre possũt, de illo est præsẽs speculatio. Concludendo ex prænotatis, quò sic: cùm nulla sit à Doctoribus exceptio, cui & rationẽ assentire oportet: cùm aliàs Dæmones sua naturali virtute cuncta corporalia excedunt, vt sæpè tactũ est. Acta denique & gesta per nos reperta hæc affirmãt. Nã licet maior difficultas fortassis circa lepram aut epilepsiam oriri possit, an videlicet talia inferre possent, eò quòd huiusmodi tantummodò ex diuturnis præuiis interiorum dispositionibus & defectibus soleãt oriri, nihilominus per maleficia interdum esse illata repertum est. Nam in Diœcesi Basilien si in confinibus partium Lotharingiæ Alsatiæ, cùm quidam honestus laborator quædam verba data contra rixosam quandam mulierem protulisset, illa indignata minas adiecit, quòd in breui se de eo vindicare vellet. Et ille licet parui pendisset, eadem tamẽ nocte sibi pustulam collo accreuisse sensit, fricando tamen paululum & tãgens totam faciem inflatam & tunc factam cum collo persensit, in tantũ vt horribilis specie lepræ etiã per totum appareret corpus, qui non distulit, sed quanto citius amicis & consulibus accersitis, rem gestã super comminatoria verba mulieris narrauit, & quòd sic mori ea fidẽ & suspicione vellet, quod illa sibi arte magica eadẽ maleficia intulisset. Quid plura? mulier capitur, quæstionibus exponitur, & crimen fatetur. At Iudex de modo & causa diligentius inquirens, respondit: Cùm me verbis opprobriosis homo ille aggressus fuisset, ego ita succensa, cum ad domũ veniissem, malignus spiritus causam tristitiæ meæ inquirere cepit, cui cùm singula enarrassem, & vt me vindicare possẽ ei lem insinuãdo instarem. Ille inquisiuit, dicẽs: Quid ergo vis, vt ei faciam? At ego respõdi: Vellem vt inflatam faciem semper retineret: & sic ille abcessit, & illam infirmitatem vltra quàm petij homini intulit: ego enim quòd tali lepra eum percuteret, minimè sperassem: vnde & incinerata fuit.

*Leprã & epilepsiã à maleficis inferri.*

*Diabolus plus mali perpetrat quã maleficæ iubeant.*

In diœcesi deniq; Constantien si, inter Brisiacum & *Ironburg* leprosa quædam mulier multis referre solebat, nisi debitum vniuersæ carnis iam ab annis duobus persoluerit, q̃ simili de causa cõtrouersiæ, quæ inter ipsam & quandã alia

mulierem mota fuisset, cùm de nocte domum egressa ante ostium quid operis agere tentasset, ventus quidam calidus à domo alterius mulieris, quæ ex opposito domus suæ fuerat, eius faciem repentè insufflauit, vnde & subitò in lepram quam gestabat se incidisse asseruit.

*Sufflando in faciem malefica lepra lictorem infecit.*

In diœcesi denique eadem & territorio Nigræ syluæ, malefica dum per lictorem super struem lignorum pro incendio sibi parato à terra eleuaretur, dixit: Dabo tibi mercedem: & sic insufflando in eius vultum, statim lepra horribili per totũ corpus percussus, paucis ex pòst superuixit diebus. Horrenda eius facinora breuitatis causa obmittuntur: sicut & alia quasi innumera, super hæc recitari possent. Epilespiam namque seu caducum morbum certis inflixisse per oua cum mortuorum corporibus subtumulata, præcipuè exeorum secta ex inhumatis, cum aliis earum cæremoniis, quæ recitanda non sunt: vbi in potu, vel cibo, alicui præbuerunt, sæpius à nobis repertum est.

*Oua cũ mortuis tumulata.*

*Super modum, quo alias consimiles infirmitates in speciali hominibus inferre solent.*

## CAPVT XII.

ALIAS denique infirmitates inflixisse, vt cæcitatem, vel acutissimos dolores & torsiones in corporibus hominũ, quis enumerare potest? Tamen ex his, quæ oculis nostris perspeximus, & quæ vni ex Inquisitoribus innotuerunt, aliqua in medium producamus.

*Res gesta.*

Eo in tempore, quo in oppido *Isburg* inquisitio super Maleficas fieret, hic inter alios deductus fuit casus. Nam honesta quædam persona, & vni ex familiaribus Archiducis matrimonio copulata in præsentia notarij, &c. secundùm formam iuris deposuit: & cum tempore suæ virginitatis cuidam ex ciuibus famularetur, accidit vt vxor illius graui dolore capitis langueret, pro cuius curatione cùm quædam mulier accessisset, & suis carminibus & certis practicis mitigare dolorem haberet: Ego, inquit, eius practicam diligenter obseruabam, perspexique quod contra naturam aquæ fusæ in scutellam quandam, ipsa aqua in ollam aliam ascendisset, cum aliis

cæte

cæremoniis quæ recitare opus nō est, cōsiderāsq; quòd ex illis dolor capitis in domina nō mitigaretur, aliqualiter indignata, hæc verba ad Maleficam protuli, Nescio quid agitis, vos non facitis nisi superstitiosa, & hoc propter cōmodum vestrum. Tunc malefica statim subiūxit, an sim superstitiosa vel non, tertia die tu senties: quod rei probauit euētus. Nam tertia die manè me sedente, & fusum apprehendente, tantus dolor subitò corpus meum inuasit: Primò in interioribus vt non esset pars corporis, in qua nō punctiones horribiles sētirē: Secūdò non aliter mihi videbatur, nisi quòd cōtinuè igniti carbones capiti meo superfunderētur: Tertiò in cute corporis, à vertice vsque ad plātas pedū, non fuisset spacium ad punctū acus, vbi non fuisset pustula alba sanie repleta, sicque in his doloribus eiulando, & tantummodò mortem optādo vsque ad diem quartum restiti. Tandem maritus dominæ meæ, vt stabulum quoddam intrarē mihi iniunxit. At ego paulatim incedendo, eo præcedente, dum ante ostium stabuli eramus, Ecce, inquit ad me, pecia panni albi super ostiū stabuli. At ego: Video. Tūc ille: Quātum potes, remoue, quia fortè melius habebis. Tunc ego quantum potui vno brachio me ad ostium tenente, cum altero peciam apprehēdi. Aperias, (inquit dominus) & considera diligenter ibi reposita. Tunc vbi peciam solui, plura ibidem inclusa reperi, præcipuè autē grana quædam alba, ad modū quo pustulæ inerāt corpori meo, semina quoque & legumina quorum similia nec edere poteram aut intueri cum ossibus serpentum, & aliorū animalium intuita sum. Et sic stupefacta, dum inquirerē à domino, quidnam agēdum foret, vt in ignem cuncta proiicerē iniunxit. Proieci. Et ecce subitò non post horæ spacium, aut quartale, sed in momento, vt in ignem res illæ fuerant proiectæ, omnem sanitatem pristinam recuperaui. Et quia plura contra vxorem illius cui famulabatur fuerunt deposita, per quæ suspecta non tam leniter quàm & vehementer fuit habita, & præcipuè propter magnam familiaritatem cum maleficis habitam. Vnde præsumitur, quòd cōscia de maleficio reposito hoc viro indicauit, & deinceps modo prēmisso, publicatum, sanitatem ancilla recuperauit.

Iusuper aliud maleficium cuiusdam personæ, etiam mulieris, illatum in eodem oppido referre in detestationē tanti

criminis expedit. Mulier quædã maritata, & honesta accessit, & iuxta iuris formã, vt suprà dispositum. Retrò domũ, inquit, habeo viridariũ (est & illi hortus cõtiguus vicinę meę) Vnde cùm quadam die transitum fieri ex horto vicinæ ad viridarium meum, non absque damno perspexissem, stans in ostio viridarij, & apud me ipsam conquerendo, & querulando, tam de transitu quàm & de damno, vicina subitò superuenit, & an suspectam haberem, inquisiuit. At ego territa propter malam eius famam, nil aliud nisi hæc verba protuli. Gressus in graminibus damna demonstrant. Tunc illa indignata, quia ad eius fortassis beneplacitum me litigiosis verbis cũ ea implicare nolebam, abscessit cum murmure, & verba quæ protulit licet audirem, tamen intelligi nõ potui. Post paucos verò dies ingens infirmitas mihi accidit cũ doloribus ventris & acutissimis torsionibus à latere sinistro versus dextrum & viceuersa, quasi duo gladij aut cultri essent pectori infixi, & sic die noctuq; clamoribus omnes vicinos alios inquietaui: & confluẽtibus hinc inde pro cõsolatione, accidit vt lutifigulus, prędictam vicinam & maleficã adulterino flagitio habens in amasiam, simili modo visitationis gratia accedens, & infirmitati meæ compatiens, post verba consolatoria abcessit. Sequenti tamen die festinè redijt, & inter alia cõsolatoria subiunxit. Experimẽtum capiam, an ex maleficio hæc vobis infirmitas acciderit, quòd si sic repertũ fuerit, sanitatẽ vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto decumbente, plumbum in scutellã aqua plenã supra corpus meũ appodiando infudit, & vbi quædã imago & figuræ diuersarum rerũ ex plũbo cõgelato apparuissẽt: Ecce, inquit, ex maleficio hæc vobis contigit infirmitas. Et super limẽ ostij domus vna pars instrumẽtorũ maleficij continetur. Accedamus ergo & illis amotis melius sentietis. Sicque maritus meus cum eo pariter ad tollendũ maleficium accedũt: & lutifigulus limẽ eleuans marito iniunxit, vt manum in foueã, quæ apparuerat, mitteret: & quæcunque inueniret, extraheret: quod & fecit. Nam primò imaginem quandam ceream in longitudine vnius palmæ, vndique perforatam, habentem duos acus ex aduerso per latera, ad modum quo ipsa punctiones à sinistro latere vsque ad dextrum, & è contrario persenserat extraxit. Demùm per as panniculorum diuersas ac plurimas,

*Quomodo probetur an aliqua sit maleficiata.*

tam

tàm in granis, quàm in seminibus, & ossibus continentes, sicque illis in ignem proiectis, ego quidem conualui, sed non ex toto. Nam licet torturæ & punctiones cessassent, appetitúsque comedendi rediisset ex integro, tamen pristinæ sanitati vsque in præsens minimè sum restituta. Vnde hoc, quòd pristina sanitas non rediret, Respondit: Sunt & alia instrumẽta alibi abscondita, quę inuenire nõ valeo. Et qualiter tunc prima instrumenta reposita agnouisset, dũ inquirerem. Respondit; ex amore quo amicus amico reuelare solet, hæc cognoui: vnde dum alteram procabat, & mihi vicinam agnoui, ideò argumentum super eam cepi suspicionis: hæc ægrota recitabat.

Sed si singula, quæ in illo duntaxat oppido reperta sunt, recitare vellẽ, liber vtique foret conficiẽdus. Quanti enim cęci, claudi, aridi, & diuersis irretiti infirmitatibus, iuxta formã iuris, ex vehemẽti suspicione super maleficas eis huiusmodi infirmitates, in genere vel in specie prædicentes, & quòd talia in breui sentire haberent, vel ad dies vitę, vel ad mortem statim percipiendam. Et quòd secundum eorum dicta & auisamenta cuncta accidissent, vel ad specificatam infirmitatem, vel ad mortem aliorum. Quia enim terra illa vasallis & armigeris abundat, & otia dant vitia: vbi interdum mulieres procabant, dum illas procoatas abiicere & alias honestas matrimonio sibi copulare disposuerunt, rarò sine vindicta super maleficium inferendum, aut viro aut vxori, dum se spretas cernebant: thorus coniugalis persenerabat, non autem viris tantum, quantum mulieribus: eò vt piè æstimari potest illis interemptis, aut a refactis, priores amasias procare haberent. *Nobiles Tarbenses taxat.*

Nam & cocus quidam Archiducis, dum iuuenculam honestã & alienigenã duxisset, malefica eius amasia in publica via aliis honestis personis audientibus, iuuenculæ maleficium & mortem prædixit, extensa manu dicens. Nõ diu de tuo marito gaudebis. Statimque sequenti die lecto decubuit, & post paucos dies debitum vniuersæ carnis persoluit, in extremis contestando. Vt sic morior, quòd illa suis maleficiis, Deo permittente, me interimit, & vtique pro meliori Deo sibi alias nuptias in cælo disponente.

Sic denique, per maleficia miles quidã, vt publica fama testatur, interfectus fuit, sic & alij plures, quos recitare omitto.

Inter quos & domicellus quidam, dum ad nutum amaſiæ ſecum pernoctare volebat, & per famulum ſuum, quòd ea nocte ſecum certis negotiis præpeditus, pernoctare non poſſet, ei indicaſſet. Illa indignata famulo iniunxit. Dicas domicello, non diu me vexabit: ſicque & ſequenti die infirmatus, poſt paucos dies ſepultus.

*Oculi maleficarum Iudices corrumpunt.*

Sunt & tales maleficæ quæ Iudices ſolo aſpectu & oculorum intuitu maleficare ſciunt, quòd etiam nullâ moleſtiâ eis inferre publicè ſe iactantes: ſed vt quibuſcũque pro criminalibus cauſis detentis, & grauiſſimis tormentis pro dicenda veritate expoſitis, taciturnitatem inferre ſciunt, quòd nunquam eorum facinora detegere poterunt.

Sũt & quæ imaginem crucifixi flagellis & cultris impingendo, ob maleficia perpetranda, cum turpiſſimis verbis, cõtra glorioſiſſimæ virginis Mariæ puritatem, & noſtri ſaluatoris ex eius intemerato vtero natiuitatem dehoneſtauerunt: Verba illa, & ſingulos actus recitare non expedit, cùm nimis ſint piorum aurium offenſiua, in ſcriptis tamen redacta & repoſita ſunt: prout baptizata quędam Iudęa & alias iuuenculas induxerat, quarum vna Vvalburgis nomine eodem anno in extremis poſita, dum à circunſtantibus ad confeſſionem peccaminum hortaretur exclamauit: Corpus & animam tradidi Diabolo, nec ſpes mihi adeſt veniæ, & ſic defuncta.

*Proteſtatio authoris.*

Singula hæc non ad ignominiam, ſed ad laudem & gloriã illuſtriſſimi Archiducis conſcripta ſunt, cùm reuera vti Catholicus princeps & præcipuus zelator in exterminium earum cum aſſiſtentia reuerendiſſimi Ordinarij Brixien. non mediocriter laborauit. Recitata autem potius in deteſtationem & odium tanti criminis, vt quæ iniurias hominum vleiſci non deſiſtunt: quomodo iniurias creatoris & fidei contumelias, etiam non habendo ad temporalia damna reſpectum, ſufferre poſſunt. Omnium enim eorum hoc præcipuum fundamentum ſidei videlicet abnegatio exiſtit.

*Super*

*Super modum, quo obstetrices maleficæ maiora damna inferunt, dum infantes aut interimunt, aut Dæmonibus execrando offerunt.*

## CAPVT XIII.

NEc prætereundum est de nocumentis à maleficis obstetricibus pueris illatis. Et primò, quomodo interimunt. Secundò, quomodo Dæmonibus offerendo execrãt. In diœcesi nãque Argentinensi & oppido Zabernio mulier quædam honesta, ac beatissimæ virgini Mariæ plurimùm deuota, hunc casum referre sibi accidisse, singulis eius hospitium quod publicè tenet, nigram habens Aquilam pro intersigno, frequentantibus commemorat. A viro, inquit, legitimo, sed iam defuncto impræ-gnata, vbi dies pariendi appropinquarent, mulier quædam obstetrix, vt ipsam ad obstetricandum puerum acceptarem, importunè instabat. At ego conscia de eius infamia, licet aliam mihi assumere decreuissem, verbis tamen pacificis, quasi suis annuere vellẽ petitionibus, me simulabam. Adueniente autem tempore partus, cùm aliam obstetricem conduxissem, illa prior indignata, quadam nocte cameram meam, euolutis vix octo diebus, cum duabus aliis mulieribus ingreditur, & lecto appropinquantes, in quo iacebam, cùm maritum meum, qui in altera dormiebat camera vocare voluissem, singulis membris, & lingua ita remansi viribus distituta, quòd dempto visu cum auditu, nec pèrdicam mouere potuissem. In medio ergo illarum duarum stans maleficarum, hæc verba protulit: Ecce, hæc pessima mulierum, quia in obstetricem me recipere noluit, impunè non transibit. Et cùm aliæ duæ à latere stantes, pro ea supplicarent, dicentes: tamen nunquam alicui ex nostris nocuit: maleficarum subiunxit: Hanc mihi quia displicentiam fecit, suis in testinis aliqua immittere volo, sic tamen, quòd infra dimidium annum nullos propter vos dolores sentiret, sed illo euoluto satis cruciabitur: accessit ergo & ventrem cum manu tetigit, mihique videbatur quasi intestinis extractis, certas res, quas tamen videre non potui, intromittere. Illis ego abeuntibus, cùm vires ad clamandum recuperassem maritum quam ocius vocaui & rem gestam denudaui. Cùm autem

*Res gesta Tabernis Alsaticis.*

ille cauſam puerperio aſſignare vellet, dicēs: Vos puerperæ plurimis illuſionib. & phantaſiis laboratis: nec quoquomodo dictis meis fidem adhibere volebat, adiunxi: Ecce ſpacium pro anno dimidio mihi donauit, quo elapſo, ſi nulli cruciatus ſuperuenient, dictis tuis fidem adhibebo. Conſimilia denique verba filio clerico, qui & pro tunc Archidiaconus ruralis erat, protulit, cùm & ipſe viſitationis gratia illo die eam frequentaſſet. Quid plura? ſex menſibus ad punctum euolutis, internorum viſcerum tortura ſubitò ipſam tam dira inuaſit, vt nec diebus nec noctibus, à clamoribus omnes inquietando abſtinere potuiſſet. Et quia (vt præmiſſum eſt) deuotiſſima virgini & reginæ miſericordiæ extitit: in pane & aqua, ſingulis Sabbatinis diebus ieiunando, & ideò & per ipſius ſuffragia credidit ſe liberari. Vnde & quadam die, vbi opus naturę perficere volebat, tunc omnis illa immunditia à corpore prorupit, & aduocans maritum cum filio, dixit: Sunt ne res iſtæ phantaſticæ? nónne dixi, poſt dimidij anni ſpacium veritas cognoſcetur? Aut quis vidit vnquam ſpinas, oſſa, ſimul etiam ligna me comediſſe? Erant enim ſpinæ roſarum, in longitudine vnius palmæ, cum aliis variis innumeris rebus immixtæ.

*Maleficæ figēt acus in capita infantum.*

Inſuper (vt in prima parte operis) ex illius famulæ reductæ ad præſentiam in Briſiaco confeſſione patuit, maiora damna fidei circa hanc hæreſim maleficarum ab obſtetricibus inferri, quòd etiam quarundam confeſſio, quæ poſtmodum incineratæ fuerunt, luce clarius demonſtrauit.

Nam in dicœceſi Baſilienſi, & oppido *Dann*, quędam incinerata faſſa fuerat, vltra quadraginta pueros necaſſe, per modum talem, vt quando ex vtero egrediebatur, acum capitibus eorum per verticem vſque in cerebrum infigeret.

Altera denique in diœceſi Argentinenſi, pueros abſque numero, puta quia de numero non conſtabat, ſe interemiſſe faſſa fuerat: taliter autem fuit deprehenſa. Nam vbi ex vno oppido in aliud, cauſa obſtetricādi mulierem quandā vocata fuiſſet officio ſuo completo, dum ad propria redire volebat, vbi portam oppidi exiuit, caſu brachium pueri recenter nati ex linteo, quo præcincta erat, cui & inuolutū brachium fuerat, ad terram cecidit quo viſo ab eis qui infra portā ſedebant, dū illa præteriſſet, leuatā è terra, vt putabāt, petiā carnis, cautius intuebantur, & cùm non petiam carnis,

nis, ſed brachium pueri per articulos membrorum agnouiſſent, conſilio cum præſidentibus habito, & inuento, quòd infans ante baptiſmum deceſſerat, brachióque careret, malefica capitur, quæſtionibus exponitur, & crimen detegitur, ſicque, vt prædictum eſt, abſque eius numero, ſe infantes interemiſſe cognouit.

*Malefica obſtetrix brachia natis infantibus auſert.*

Qua autem de cauſa vtique præſumẽdum q̃ ad inſtantiam malignorum ſpirituum etiã eis interdum inuitis talia facere coguntur. Nouit enim Diabolus, quòd ab introitu regni cœleſtis, propter pœnam damni, aut originale peccatum tales pueri ſequeſtrantur. Vnde etiam diutius finale iudicium protrahitur, ſub quo æternis cruciatibus deputabuntur, cum eo tardius numerus electorum completur, quo completo mundus conſummabitur: & vt in præmiſſis tactũ eſt, ſuaſu Dæmoniorum ex huiuſmodi membris vnguenta, earum vſibus accõmoda, conficere habent.

*Infantes non baptizati ſequeſtrantur à regno cœlorũ.*

*Vnguenta ex carnibus infantum.*

Sed & hoc horrendum facinus ſilentio prætereundum in deteſtationem tanti criminis non eſt. Nam vbi infantes non interimunt, tamen illos Dæmonibus execrando per hunc modum offerunt. Nato enim infante obſtetrix, vbi puerpera malefica per ſe non exiſtit, tunc quaſi quid operis pro infantis refocillatione actura, ipſum extra cameram deportat, & ſurſum eleuans principi Dæmoniorum, ſcilicet, Lucifero & omnibus Dæmonibus immolat: & hoc in loco coquinæ ſuper ignem.

*Malefica infantes offerũt Diabolo.*

Lt (vt quidam retulit) cùm perpendiſſet vxorem ſuam tempore partus, præter conſuetum modum puerperarum nullam ad ſe ingredi mulierem permitteret, niſi duntaxat filiam propriam, quæ obſtetricandi officiũ gerebat, cauſam huiuſcemodi experiri volens, latenter ſe illo in tempore in domo occultabat. Vnde & ordinem ſacrilegij, & Diabolicæ immolationis, modo prædicto perpendit: cum eo quòd, vt ſibi videbatur, per appendiculi inſtrumentum, in quo ollæ ſuſpendũtur, infans nõ fultus humano auxilio, ſed Dæmonum, ſurſum vehebatur. Vnde mente cõſternatus, cum & horrenda verba per Dæmonum inuocationẽ, & alios ritus nephandiſſimos perſenſiſſet, ſubitò vt infans baptizaretur acriùs inſtitit & cùm ad aliam villam, in qua parochialis erat eccleſia, deferendus eſſet, & per pontem ſuper flumen quoddam pertranſire haberẽt, ille euaginato gladio ſuper

filiam,quæ infantem gerebat,irruit,dicens,aliis duobus sibi adiunctis audientibus: Nolo vt infantem per pontem deferas,quia aut per se pontẽ gradietur, aut tu in flumine submergeris. Qua perterrita, cum aliis quæ aderant mulieribus,& an ne compos effet rationis inquirentes, (res enim gesta cunctos alias latebat, demptis duobus viris sibi coniunctis.) Tunc ille: Pessima mulierũ, arte tua magica scandere pendiculum infantem feciſti,fac & iam, vt nullo deferente pontem pertranseat,aut in flumine te submergam. Sicque coacta, puerum super pontem posuit: & arte sua Dæmonem inuocans, subitò ex altera parte pontis infans cernitur. Baptizato ergo puero,& ad propria rediens cùm iam per testes filiam de maleficio cõuincere poterat, prout plurimũ facinus oblationis minimè probare potuisset, eò quòd ipse vnicus illi sacrilego ritui interfuisset, apud Iudicem post tempus purgationis, filiam cum matre accusat, & pariter incinerantur, & facinus de sacrilega oblatione, quod per obstetrices fieri solet,detegitur.

*Cur malefica offerant infãtes Diabolo.*

Sed hic dubiũ oritur: Quid ne operis aut efficaciæ talis sacrilega oblatio in huiusmodi pueris efficere valeat. Ad quod dici potest,quòd sicut triplici ex causa Dæmones efficiunt,ita & ad tria nephãdissima hæc eis deseruiũt. Nam primò ex superbia eorum,quæ quia semper ascendit, iuxta illud ,Superbia eorũ qui te oderunt, ascendit;semper quærunt quantum possunt,diuinis,rebus & cæremoniis se conformare,vt sic sub specie boni apparentis facilius decipiãt. Sic enim & virgines,pueros mares vel fœminas expetunt à magis, vbi in speculis vel vnguibus maleficorum furta sublata,vel alia occulta habent manifestare, licet per corruptos idem ostendere valerent, sed tamẽ vt fingat,se falsè castitatem amare,quam tamẽ odit. Cùm castissimam virginem summè odit,eò quòd caput eius contriuit. Gen. 3. Vnde sic animas maleficorum & eius credentium per infidelitatis vitium, sub specie virtutis decipiunt. Tertiò, vt ipsa perfidia maleficarum amplius in sui augmentum crescat, dum à cunabulis sibi dicatas maleficas seruant.

*Cur Satan odio habeat virginitatem.*

Ex his efficit hæc sacrilega oblatio tria in puero. Primò, quòd sicut exterior oblatio fit in rebꝰ sẽsibilibus Deo,puta in vino,pane,terrę frugibꝰ,& hoc in signũ debitę subiectionis & honoris,iuxta illud Ec. 25. Nõ apparebis in cõspectu Domini

Domini Dei tui vacuus. Quæ etiam res aliis postmodum prophanis vsibus nullo modo applicari debent, nec possũt, Vnde & 10 q. 1. Damas. Papa. dicit, oblationes quæ intra Ecclesiã offerũtur, sacerdotibus tantummodò pertinere, sic tamen, vt non solùm eas in suos vsus conuertant, sed vt fideliter dispensent, partim ad ea, quæ ad cultum diuinũ pertinent, & partim etiam in vsus pauperum conuertant. Ita & talem puerum Diabolo in signum subiectionis & honoris oblatum, Diuinis vsibus applicari, dignæ & fructuosæ subiectionis causam, pro se quàm pro aliis, quomodo est possibile hoc à Catholicis fieri.

*Quomodo liberi portent peccata parentum.*

Quis enim dicere potest, materna scelera seu aliena peccata, quò ad punitionem, non redundare in filios. Fortassis ille qui dictum propheticum attendit: Filius non portabit iniquitatẽ patris. Sed quòd de illo passu. Ego. 20. Ego Dominus zelotes, visitans peccata patrum in filios, vsq; in tertiam & quartã generationẽ? Est enim hæc vtriusq; sententia, vt prima intelligatur de pœna spirituali in iudicio poli siue Dei, & nõ in iudicio fori. Et est pœna, quæ principaliter tãgit animã, siue sit pœna damni, vt priuatio gloriæ, siue pœna sẽsus, id est, crucificationis ignis infernalis. His enim pœnis nũquã punitur aliq̃s sine culpa ꝓpria, vel cõtracta, quãtũ ad originale, vel cõmisso quãtũ ad actuale peccatũ.

Secũda verò auctoritas, quia intelligitur de imitatoribus, paternorum scelerũ, vt Gratianus exponit. 1. q. 4. §. quibus. Vbi etiã dat alias expositiones, ideò aliis pœnis quibuscũq; in iudicio Dei punitur quis, non solùm pro culpa sua commissa, vel committenda, vt scilicet euitetur, sed etiam pro culpa alterius.

Nec valet si dicatur, quòd tunc punitur sine causa, & sine culpa, quæ debet esse causa pœnæ. Quia iuxta regulam iuris sine culpa nisi subsit causa, non aliquis puniendus, Vnde & dicere possumus, semper quòd superest causa etiam iustissima, licèt nobis ignota. 24. q. 4. Augustinus. Et si super actionem facti profunditatem iudiciorum Dei penetrare non possumus, verumtamen verum scimus esse, quod dixit, & iustum esse quod fecit.

Et tamen distinctio in pueris oblatis eò, quòd loquendo de innocẽtibus, quia nõ per matres maleficas, sed per obstetrices Dæmonibus offerũtur, & rapiũtur occultè, vt dictũ est

suprà,

suprà ab amplexibus & vtero honestę matris, quòd tales innocentes non adeò deseruntur, vt imitatores efficiantur tãtorum scelerum, sed imitatores paternarum virtutum, hoc piè credendum est.

Secundum quod efficit hæc sacrilega oblatio, est, quòd sicut in oblatione, qua homo seipsum Deo offert in sacrificium, recognoscit Deum suum principium & finem: quod quidem sacrificium dignius est omnibus sacrificiis aliis exterioribus ab eo impensis, iuxta illud: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Et hoc quo ad principium creationis & finem glorificationis. Ita & ipsa malefica puerum offerens Diabolo, eius animam & corpus, tanquam suo principio & fini damnationis æternæ commendat, vnde & non nisi miraculosè à solutione tanti debiti liberari poterit.

*Quomodo oblati Dæmonibus liberẽtur.*

*Liber exemplorum Beatæ Mariæ.*

Solet & quædam historia, imò & plures recitari, de pueris ex materno vtero Dæmonibus improuisè, ex aliqua passione, & commotione mẽtis à matribus oblatis, & qualiter cum maxima difficultate in adulta ætate à Dæmonum iurisdictione, quam Diuina permissione sibi vsurpauit, liberari poterunt, de quibus liber exemplorum beatissimæ virginis Mariæ refertus noscitur. Specialiter & de illo, qui per summum Pontificem, dum liberari è vexationibus Dæmonum non poterat; missus tandem ad quendam virum sanctum in Orientalibus partibus degentem, cum magna adhuc difficultate per interceſſionem ipsius glorioſiſſimæ virginis, ab illa iurisdictione ereptus fuit.

Vnde si in vltionẽ vnius improuisæ nõ dico oblationis, sed exhibitionis, vbi mater ex indignatione duntaxat, super copulam carnalem viro exhibendam cum dixisset maritus, spero inde fructum prouenturum, & illa replicãs: Sit fructus ille Diabolo datus, tanta seueritas diuinæ punitionis patuit: quanta creditur sæuire, vbi tantæ Diuinæ maiestatis cernitur offensa.

Tertium quod hæc sacrilega oblatio efficit, est habitualis inclinatio ad huiusmodi maleficia hominibus, iumẽtis, & terræ frugibus inferenda. Huius ratio assignari potest ex his, quæ secundũ Tho. in 2. q. 108. super punitionẽ temporalem, qua aliqui propter alienas culpas puniuntur, deducũtur. Dicitur enim quòd quia filij sunt secundum corpus res quædam patris, & serui & animalia, res dominorũ. Et cùm

aliquis

aliquis sit puniendus in rebus suis omnibus, ideò & filij pluries pro parentibus.

*Cur filii pro parentibus puniantur.*

Et differt hæc ratio ab illa, quæ suprà tacta fuit de peccatis patrum: quia Deus visitat filios vsque in terram & quartam generationẽ, quia (vt ibi tactum est) hoc intelligitur de imitatoribus paternorum scelerum. Hæc autẽ ratio concludit de punitione filiorum pro parentibus, vbi nõ imitantur paterna scelera in actu per mala opera, sed tantũ in habitu. Sic enim & filius, natus ex adulterio Dauid, mortuus fuit quàm citius. Et animalia Amalechitarũ iussa sunt interfici. Quamuis & huiusmodi sit ratio mystica, vt habetur 1. par. q. 4. §. paruulos.

*De oblationibus liberorum Deo vel Damoni.*

Ex quibus omnibus non inconuenienter dicitur, quod huiusmodi pueri semper ad maleficia perpetranda vsque in finẽ vitæ inclinantur. Sicut enim Deus suã oblationẽ sanctificat, vt sanctorum gesta demonstrant, vbi parentes sobolẽ ex eis procreandã Deo dicassent: vtique & Diabolus suã oblationem inficere nõ cessat: Ex veteri & nouo Testamẽto quasi innumera possent gesta deduci. Sic enim plures Patriarchæ & Prophetæ, vt Isaac, Samuel, Samson. Sic etiam Alexius, Nicolaus, & alij innumeri, gratiis plurimis ad sanctitatem vitæ fuerunt prouenti.

*Maleficæ totã progeniem inficiunt*

Experientia denique demõstrat, sempet filias maleficarũ cũ consimilibus tanquã imitatrices maternorũ scelerũ esse diffamatas: imò & totam quasi progeniem esse infectã. Et huius quidẽ & omniũ præcedentium ratio, quia superstitẽ semper habent relinquere, & in augmentũ illius perfidiæ summis conatibus ex pacto cũ Dæmone inito tẽdere. Vnde enim contingere pòsset quòd sæpissimè repertũ est, puellas impuberes, octo vel decẽ annorũ tẽpestates & grandines cõcitasse, nisi ex tali pacto sub tali oblatione sacrilega Diabolo per matrem Maleficam infantem execrasse. Nec enim per se pueri talia ex fidei abnegatione prout adultæ maleficæ principio facere habent, efficere possent: cũ nec alicuius fidei articuli fortassis notitiam habent. E quibus gestis aliqua in medium producamus.

*De puella octo annorum, sciente pluuias & grandines excitare.*

In partibus enim Sueuiæ, dum quidã villanus segetes in cãpis cũ filia paruula vix octo annorũ conspicere decreuisset & propter siccitatem terræ pluuiam apud se ruminans & conferens optasset dicens: Heu quando veniet, pluuia?

pluuia? Puella audiens verba patris, ex simplicitate animi dixit: Pater si pluuiam desideras, faciam quòd citò veniet. At pater: Vnde hæc tibi, noscis ne pluuiam procurare? Respondit puella: vtique, & nedum pluuiam, sed & grandines, & tempestates concitare scio. Et pater: Quisnam te docuit? Respondit mater mea, verùm quod mihi inhibuit ne alicui indicarem. Tunc iterum pater. Et quomodo te docuit? Respondit, me misit vni magistro, quẽ omni hora, ad quæcunque perita habere possum. At pater, Vidistine illum? Respõdit, vidi interdum viros introeũtes & exeũtes ad matrem & cum interrogassem, quinam essent respondit. Sunt nostri magistri quibus & te tradidi & commisi, magni fautores & diuites. Territus pater anne illa hora grandinem excitare posset, inquisiuit. Et puellam, Vtique si modicum aquæ habuero, faciam. Tunc pater puellam per manum ad torrentem deduxit, Fac inquit, sed tantummodo super agrum nostrum. Tunc puella manuum in aquam misit, & in nomine sui magistri, iuxta doctrinam matris mouit: Et ecce tantummodo pluuia agrum illum perfudit. Quod cernens pater, fac inquit & grandinem, sed tantummodo super vnum ex agris nostris. Quod cum iterum puella fecisset, pater de experientia certificatus, vxorem apud Iudicem accusauit quæ capta & conuicta, incinerata fuit, & filia reconciliata & Deo dicata, amplius illa efficere non potuit.

*Sequitur super modum quo iumentis maleficæ varia nocumenta inferunt.*

## CAP. XIV.

*Nũquid Deo cura de bobus*

VTique à fortiori, cum Apostolus dicat, Nunquid Deo cura est de bobus, volens per hoc innuere, quòd licet omnia subsint diuinæ prouidentiæ, tam homines, quam iumenta, vtrosque iuxta modulum suum seruãs, vt Psal. ait Filii tamẽ hominũ sub regimine & protectione alarũ ãplius gubernãtur. Si inquã, homines Diuina permissione, per maleficos affligũtur, innocẽtes, iusti, & peccatores, parẽtes deniq; in filiis quæ res sũt pertinẽtes ad eos. Cũ etiã iumẽta terræque fruges, similiter de rebus hominũ existãt vtiq; & super illos varia nocumenta

cumenta posse à maleficis inferre nemo dubitare Diuina permissione cõcurrente præsumat. Sic denique nec minima reperitur villula, vbi mulieres mutuò vaccas inferre, lacte eas priuare, & sæpissimè interimere non cessant.

A minimo autem nocumento inchoando, quod de priuatione lactis æstimari potest. Si de modo, quo id efficere valeãt, quæritur: Responderi potest, ꝙ quia secũdũ Albertũ 3. de anima. Lac de natura sit menstrui in quolibet animali: sicut etiã fluxus alius in fœmina, vbi non restringitur talis fluxus aliqua infirmitate, tunc restringitur aut aufertur interdum maleficiali opere: Ex conditione autẽ naturali lac restringitur post cõceptũ fœtum. Ex infirmitate verò accidentali, sicut pluries ex comestione alicuius herbæ quę ex natura lac restringere habet & vaccam alterare. *Quomodo maleficæ lacte priuent.*

Ex maleficio autem talia procurant variis modis. Quædam enim nocturnis tẽporibus & sacratioribus, vtique ex inductione Diaboli, ob maiorem offensam diuinæ maiestatis, in quocunque angulo domus suæ se collocant, vrceũ inter crura habentes, & dum cultrum vel aliquod instrumentum in parietem aut columnã infigunt, & manus ad mulgendum apponunt, tunc suum Diabolum, qui semper eis ad omnia cooperatur, inuocant, & quod de tali vacca, & tali domo, quæ sanior, & quæ magis in lacte abundat, mulgere affectat, proponit. tunc subitò Diabolus ex mammillis illius vaccæ lac recipit, & ad locum vbi malefica residet, & quasi de illo instrumento fluat, reponit. *Ex cultro lac mulgere.*

Hæc quidẽ populo prædicando, nemo propterea ex eis informatur: quia quantumcumq; quis Dæmonẽ inuocare, & per nudã inuocationẽ hæc se posse efficere æstimaret, seipsum deciperet, quia caret fundamento illius perfidię, quia scilicet homagium non præstitit, & fidẽ nõ abnegauit. Hæc ideò posui, cum plures hæc & alia, quæ posita sunt, æstimãt populo nõ esse proponẽda propter periculũ informationis cũ sit impossibile, aliquem per prædicatorẽ posse informari ratione tacta. Potiùs autem sunt in detestationem tanti criminis, & vt Iudices in vltionem tanti sceleris scilicet, fidei abnegationis, amplius inardescant sunt prædicanda: Licet non semper: plus etiam ponderant seculares huiusmodi temporalia damna, cùm magis terrenis implicantur affectio

affectionib. quàm ſpiritualibus, vnde & cum eis talia poſſe fieri affirmantur, in punitionem ipſorum amplius ſæuiunt; ſed tamen aſtutiam Diaboli quis explicare poteſt.

*Butyrũ Maicum ex aqua formare.*

Noui illos in quadam ciuitate conſtitutos, qui dum tempore Maij butyrum Maicum comedere affectarent, eis in itinere exiſtentibus & in prato circa torrentem cõſedentibus, vnus ex eis, qui pacto cum Dæmone per antea ſiue tacito ſiue expreſſo inito, dixit. Ego optimum butyrum Maicum procurabo. Et ſtatim depoſitis veſtimentis & torrentem intrans non ſtando, ſed ſedendo contra aquæ fluxum dorſum vertebat, & cæteris conſpicientibus, ipſe dum certa verba protuliſſet, & aquam manibus poſt tergum mouiſſet, poſt paululum butyrum formatum ad modum quo villanæ tempore Maij vendere in foro ſolent, in magna quantitate apportauit, & aliis guſtantibus, optimum fuiſſe butyrum affirmarunt.

Qua ex re colligitur, primò hunc de ſua practica fuiſſe certum, vel quia merè Maleficus per expreſſum pactum cum Dęmone initum, vel quia per tacitum pactum nouerat ſibi Diabolum ad vota affuturum. Siquidem primùm tunc non indiget diſcuſſione, quin verus Maleficus fuerit. Si autem ſecundùm: tunc vſus ſuffragio Diaboli fuit, eò quòd ſibi oblat⁹ & execrat⁹ à matre vel obſtetrice fuerit.

Quòd ſi quis obiiceret, Diabolum fortaſſe apportaſſe butyrum ſine aliquo pacto tacito vel expreſſo ac etiã abſque oblatione aliqua. Reſpondetur, quòd nunquam aliquis vtitur ſuffragio Diaboli in conſimilibus operibus ſine eius inuocatione: quia ipſo facto, cum quis Dæmonis auxilium petit contra fidem vt apoſtata agit. Iuxta determinationem Doctoris in 2. ſenten. diſt. 8. ſuper difficultatem: Vtrum auxilio Dæmonum vti, ſit apoſtaſia à fide. Nam licet cum aliis Doctoribus Albertus Magnus concordet, tamen magis expreſſè dicit, quòd ſemper in talibus eſt Apoſtaſia verbi vel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, fumigationes, & adorationes fiant, tunc apertũ pactum initur cum Dæmone, abſque hoc videlicet, quòd aliquis corpus & animam cum fidei abnegatione, in toto vel in parte tradat. Quia per hoc quòd ipſum inuocat, iam committit apoſtaſiam verborum apertam. Si autem non fit inuocatio verborum, ſed ſolummodo fit opere ſimplici,

*Apoſtata etiã quis ſine homagio efficitur.*

*Apoſtaſia verbi & operis.*

ci, quia scilicet tale opus facit, quòd non nisi Dæmonum auxilio effectum sortiri potest. Tunc siue faciat illud incho ando in nomine Diaboli, siue per alia verba ignota, siue absque omni verbo, illa tamen intẽtione, vt dictum est, tũc subdit Albertus, est apostasia operis: quia illud opus expectatur à Dæmone. Cùm autem expectare aliquid à Dæmone, vel aliquid percipere per ipsum, semper est fidei contumelia, & ideò apostasia.

Vnde & hîc concluditur, quòd quocunque modo præfatus magus hoc procurauit, vtique per pactum tacitum vel expressum procurauit Et verisimiliter, si absque pacto expresso, quòd tunc vt maleficæ facere solent, per tacitũ & occultum pactũ, vel ex se, vel à matre, aut obstetrice initum talia effecit. Et dico ex se quia tantummodò opus exercuit, effectum à Diabolo expe ctans.

Secundũ quod colligitur ex illa vel cõsimili practica, est, quòd quia Diabolus nouas rerum species condere non potest: Ideò vbi tam subitò naturale butyrum ex aqua prorupit, virtute Dæmonum, non aquam in lac mutando, sed vel butyrum alibi ex loco reposito accepit, & illi ad manus tradidit: Vel ex lacte naturali, hoc est, ex naturali vacca recipiendo, & subitò sic coagulando in naturam butyri. Quia quòd ars mulierum per spacium temporis efficit butyrum formando, hoc ipse in breuissimo tempore efficere nouit, & tunc sibi obtulit.

Ad idẽ reducitur modus, quo aliqui superstitiosi vinum aut alia necessaria non habentes, nocturnis tẽporibus tantummodò flasconem aut aliud vasculum recipiunt, & dum per vicum aliquem incedunt, subitò vas vino impletum reportant. Tunc enim Diabolus vinum naturale, ex aliquo vase recipiendo, illi flasconem impleuit.

*Vinum quomodo comparent Malefici.*

Super modum autem quo animalia & iumenta malefici interimunt, dicere oportet quòd sicut homines, ita & iumenta vel tactu & visu, vel visu tantum, vel vbi subter limen ostij ipsius stabuli, vel vbi solent adaquari, maleficũ aliquod, seu instrumentum maleficii reponunt.

*Qũomalefici animalia interimant.*

Sic enim & istæ in Rauenspurg incinerat æ, de quibus & infrà patebit, semper ad instantiam Dæmonũ, vbi meliores equi, aut pinguiora iumenta erant, maleficare habebant. Et dum interrogatæ fuissent, per quem modum talia effice-

rent? respondit vna nomine Agnes, quòd subter limen ostij ipsius tabuli certas res occultarent. Et interrogata cuiusmodi res? respõdit: Diuersarum specierum animalium ossa. Et vlterius. In cuius nomine hoc facerent, interrogata, respondit? in nomine Diaboli & omnium aliorum dæmoniorum. Sed & altera nomine Anna, quę dum vni ex cuebus successiuè viginti tres equos maleficasset, quia victor erat, vltimatim dum vigesimum quartum emisset & ad iam extremam paupertatem deuenisset, vector stans in ostio stabuli, dixit ad maleficam quæ in ostio domus suæ stabat: Ecce iam emi equum promitto Deo & suæ matri, si equus ille moritur ꝙ ego manibus meis propriis interficiã: sicque territa malefica equum sibi intectũ reliquit. Dum autẽ capta & interrogata fuisset, per quem modum talia effeciisset? respondit, nil se aliud nisi, foueã feciſſe, qua facta, Diabolus certas res imposuisset sibi ignotas. Qua ex re colligitur, quòd tãtummodò aut manum, vel visum apponere habẽt: & hoc vt quoquo modo malefica cooperetur. Alia enim Diabolo sæuiendi in creaturas facultas non permitteretur, vbi malefica nõ concurreret, vt prius tactũ est, & hoc cõtingit propter maiorẽ offẽsã diuinę maiestatis.

*Viginti tres equos vna maleficæ interimit.*

*Diabolus solùm per media sæuit.*

Sæpi simè etiam à pastoribus visum est, quòd certa animalia in campis, dum tres aut quatuor saltus in aerem fecissent, subitò in terram collapsa interierunt. Et hoc vtique, Dæmonum ad instantiam maleficarum virtute.

In diœcesi Argentinensi inter oppidum *Fiessen* & montem Ferretium, quidam prædiues asseruit, sibi & aliis vltra quadraginta iumenta in bobus & vaccis, in Alpibus fuisse maleficata, & hoc intra anni spacium, non peste aut aliqua infirmitate præcedẽte. Et pro interſigno dixit, quòd peste aut alia casuali infirmitate moriuntur non subitò, sed paulatim, & succeſſiuè deficiunt. Illud autem maleficium subitò abstulit omnem vigorem, ita quòd ab omnibus iudicabantur illa maleficiis fuisse interempta. Verùm talem annotaui numerũ: æstimo tamen, quòd ampliorẽ expressit. Hoc tamen verissimum, quòd in patribus, & præcipuè in Alpibus plurimum iumenta asseruntur maleficari: quod genus etiam maleficii vndique diffusum noscitur. Aliqua similia infrà in capitulo de remediis adhibendis contra maleficia iumentorum discutientur.

*Quadraginta iumenta maleficiis interempta.*

Super

*Super modum, quo grandines & tempestates concitatæ ac etiam fulgura super homines, & iumenta fulminare solent.*

## CAP. XV.

DEnique quòd Dæmones & sui discipuli talia maleficia in fulminibus, & grādinibus & tēpestatibus cōcitare possint, & hoc accepta potestate à Deo, quò ad Dæmones: seu eius permissione, quò ad ipsius discipulos, sacra scriptura Iob. 1. & 2. testatur, vbi accepta potestate à Deo statim Dęmon procurauit, vt Sabæi quinquaginta inga bos, & quingētas alinas auferrēt, & deinde ignis de cœlo descēdēs septem milia camelorū cōsumeret, tandē etiam septem filij, & tres filiæ per vehementem ventum, & ipsum domus occumberent, & insuper pueri, id est, famuli multi vno qui nunciaret, dempto, interierūt: denique vlcere pessimo sancti viri corpus percuteretur, & vxor & tres amici eius vt seipsum vexarent, grauiter procurauit.

Vbi & S. Tho. in postilla sua super Iob ita loquitur: Necesse est cōfiteri, quòd Deo permittente, Dæmones possunt perturbationem aëris inducere, ventos concitare, & facere vt ignis de cœlo cadat. Quamuis enim natura corporalis nō obediat ad nutum Angelis, neque bonis, neque malis ad susceptionem formarū, sed soli Deo creatori: tamē ad motum localem natura corporalis nata est spirituali naturæ obedire. Cuius iudicium in homine apparet: nam ad solum imperium voluntatis, quæ subiectiuè est in anima, mouentur mēbra, vt opus à volūtate dispositū, prosequātur. Quæcunque igitur solo motu locali fieri possunt, hęc per naturalem virtutem, non solùm boni, sed etiam mali facere possunt, nisi diuinitùs prohibeantur. Venti autem & pluuiæ, & aliæ huiusmodi aëris perturbationes, solo motu vaporū resolutorum ex terra & aqua fieri possunt, vnde ad huiusmodi procreanda, naturalis virtus Dęmonis sufficit. Hęc Tho.

*Natura corporalis non obedit Angelis, nisi quoad motum localem.*

Mala n. quæ nostris peccatis exigētibus in mundo fiunt, Deus velut per suos tortores iustē per Dæmones solet infligere, vnde & gl. super illud Ps. 104. Vocauit famē super terrā, & omne firmamētum panis cōtriuit, dicit sic: Hæc mala

*Dæmones & malefici Dei sunt tortores.*

*Angelus fami præpositus.*

permittit Deus per Angelos malos qui talibus præpositi sunt. Vocat ergo famem, id est, Angelum fami præpositum.

Possent & illa, quæ suprà notata sunt circa quæstionem, An semper malefici circa maleficia inferēda habēt concurrere cum Dæmonibus, vbi de triplici nocumēto, & quomodo interdum Dæmones sine maleficis mala nocumenta inferunt. Cum maleficis autē Dæmones plus affectant hominibus nocere, ꝙ eo cùm Deus amplius per hoc irritatur, vnde eis maior facultas puniendi & affligendi conceditur.

*Qualis locus Dæmonum naturæ & culpæ conueniat.*

Deseruiunt & illa, quæ Doctores super 2. senten. dist. 6. An locus sit conuenienter deputatus malis Angelis in aëre caliginoso, mouent. Quia cùm tria considerantur in Dæmonibus, natura, officium & culpa. Sicut naturæ correspōderet cœlum empyreum, culpæ verò inferius, ita eorum officio, cùm tortores sint & ministri, vt suprà tactum est, in punitionem malorum, & exercitium bonorum, competit aër caliginosus, ne videlicet nimis nos infestarēt, si in mundo inferiori circa nos habitarent, vnde & in aëre, & circa sphæram ignis actiua passiuis coniungere sciunt, vbi à Deo permittuntur, & ignem de cœlo cadere, seu fulgura fulminare procurant.

Narratur in Formicario de quodam capto per Iudicem, dum interrogaretur, quomodo ad grandines & tempestates concitandas procederent, & an facilè hoc eis foret procurare? respondit: Faciliter grandines procuramus, sed ad libitū lædere non valemus, propter custodiam bonorū Angelorum. Vnde addidit: Eos tantummodò lædere possumus, qui Dei destituti sunt auxilio: Et qui signo crucis se muniunt, illos lædere non possumus. Est autem hic noster modus. Primò verbis certis, in cāpis, principē omniū Dæmoniorū imploramus, vt ex suis mittat aliquē, qui à nobis designatum percutiat. Deindè veniente certo Dæmone, eidē in biuio pullum nigrum immolamus, eundem in altro proiiciēdo in aëra, quo à Dæmone sumpto obedit, & statim aërē cōcitat, attamē non semper in loca destinata à nobis, sed iuxta Dei viuentis permissionem grandines & fulmina proiicit.

*Modus faciendarum tempestatum.*

*Pulli nigri immolantur Dæmonibus.*

*Magus Staufus in murem sese mutare potest.*

Narratur etiam ibidem de quodam doctore seu hæresiarcha Maleficorum, Staufus dictus, qui in Bernensiū territorio & locis adiacentibus cōstitutus, publicè de hoc gloriari audebat, quòd quandocunque vellet, ipse se in omnium

æmulo

mulorum oculis velut murem facere vellet, & elabi manibus inimicorum suorum letalium:& ita etiam capitaliũ suorum inimicorũ manibus sæpius euasisse. Diuina tamen iustitia cùm terminũ suæ malitiæ facere voluit, per hostes suos in stuba quadã propefenestrã quãdã sedere dum cautius explorabatur à sibi insidiantibus, gladiis & hastis inopinatè trãsfixus,ob sua facinora miserabiliter obiit : superstitem tamen discipulum, qui Hoppo vocabatur, reliquit, qui & supradictum Staldin,de quo in capitulo sexto mentio fit,magistrum fecit.

Sciuerunt hi duo,quãdo eis placuit,tertiam partem simi, fœni vel frumenti,aut cuiuscunque rei,de vicino agro, nemine vidente,ad propriũ agrum deferre,grandines viuacissimas & auras læsiuas cum fulminib.procurare,in aspectu parentum infantes prope aquam ambulantes in ipsam nullo vidente proiicere,sterilitatem in hominibus & iumentis efficere, occulta aliis manifestare, in rebus & corporibus modis quibuscunq; lædere, ictu fulminis nonnũquã quem vellent interimere, & multa alia pestifera procurare, vbi & quando Dei iustitia hæc fieri permisit.

Ad ea tamen,quæ per nos reperta sunt,expedit discurrere.In diœcesi námque Constãtiensi,ab oppido Rauenspurg viginti octo miliaria Teutonicalia versus Saltzburgã,grando sæuissimus excitatus, cunctas fruges, segetes & vineta adeò in latitudine vnius miliaris contriuerat, quòd tertius annus vix iudicabatur frugiferus in vinetis.Vnde res gesta cùm per notarium inquisitionis innotuisset, & quòd propter clamorem populi inquisitione opus esset, dum cæteri per maleficia, imò omnes penè oppidanæ talia contigisse iudicarẽt.Quare cõsulibus ad id cõsẽtiẽtibus,per quindenã iuxta iuris formam,super hæresim duntaxat maleficarum à nobis inquiritur,non ad duas duntaxat personas præ aliis, quæ tamen in parno numero non erant,diffamatas peruenitur:nomen vnius Agnetis Balneatricis:alterius *Annæ de Mindelheym*:quibus captis, & seorsim ad distinctos carceres positis,ignorante penitus vna de altera, sequenti mane Balneatrix quæstionibus leuissimis à rectore seu ciuium magistro, fidei zelatore,Gelre cognominato, & ab aliis ex consulibus sibi adiunctis in præsentia notarii exponitur:& licet maleficium taciturnitatis indubiè penes se habuisset, *Maleficiũ taciturnitatis.*

de quo & semper iudicibus timēdū est,eò quòd in primo aggressu,non iā muliebri,sed virili animo se innoxiā affirmabat,diuina tamen fauente clementia, ne tantum facinus impunè transiret,subitò liberè à vinculis absoluta, licet in loco torturæ,cuncta flagitia ab ea perpetrata detexit.Nam à Notario inquisitionis interrogata super articulos & depositione testium, circa nocumenta hominibus & iumentis illata,ex quibus iam violenter reddebatur,tanquam maleficā suspecta, cùm nemo testis de fidei abnegatione ac carnali spurcitia cū Dæmone Incubo aduersus eam deposuisset,eò quòd illa secretissima.Attamē vbi post nocumenta animalibus & hominibus illata,vti ea respondisset,cætera omnia de fidei abnegatione,& spurcitiis Diabolicis cum Incubo Dęmone peractis,interrogata publicè fatebatur:asserens se vltra decem & octo annos illi Incubo cum omnimoda fidei abnegatione succubuisse.

Quibus expletis,vbi super grandinē præfatam,anne aliquid de illo sciret,inquireretur?Respōdit quòd sic.Et interrogata quomodo & qualiter? Respondit, In domo eram & hora meridiei Dæmon me accersiuit, & vt super campum seu planiciem *Ruppel* (sic enim nominatur) paululum aquę mecum deferendo,me transferrem iniunxit:& dum interrogassem,quidnam operis in aqua explere vellet, pluuiā se velle causare respondit:portam ergo ciuitatis exiens,ipsū Dæmonem sub arbore stantem reperi. Interrogata autem à Iudice sub qua arbore?Respondit:Sub illa ex opposita illius turris,ipsam denotando. Et interrogata quid sub arbore egisset?respondit . Dæmon vt foueam paruam foderem, & illi aquam infunderē iniunxit.Et interrogata,an ne pariter consedissent?Respondit:me sedente ipse Dæmon stabat. interrogata demum quibusne verbis aut modis aquam mouisset?respondit digito quidem moui, sed in nomine ipsius Diaboli & omnium aliorum Dæmoniorum.Et rursum Iudex,quid actum fuisset de aqua? Respondit:disparuit,& sursum in aera Diabolus duxit.Et demùm,an ne aliquam haberet sociam interrogata:respondit:ex opposito sub tali arbore aliam captam maleficā. Annā videlicet Mindelheym nominādo,consodalem habui,quid autē egerit ignoro. Et finaliter interrogata balneatrix de interuallo temporis ab aquæ assumptione vsque ad grandinē,respondit;Tanta dilatio,

*Duæ maleficæ eodem tempore operæ diuersorum Dæmoniorum super eundem locum grandinem inuehūt.*

latio fuit, quousque ad domum peruenissem.

Sed & hoc mirabile, cùm sequenti die altera quæstionibus leuissimis exposita primò fuisset, vt pote digito vix à terra eleuata, pòst liberè soluta, præfata omnia, nõ discrepando in minimo, nec quò ad locum, prout altera fassa fuerat, quia videlicet sub tali arbore, & alteram sub alia: nec quò ad tempus, quia hora meridiei: nec quò ad modum, quia per motionem aquæ in foueam immissæ, in nomine Diaboli & omnium Dæmoniorum: nec quò ad interuallum temporis quia dum eius Diabolus aquam accepisset, in sublime eleuando regressa ad domum, superuenisse grandinem affirmabat, singula detexit. Sicque tertia die incinerantur: & balneatrix contrita & confessa, plurimùm se Deo commendauit, asserens se libenti animo mori, vt Dæmonis iniurias posset euadere, crucem in manibus tenendo & amplexando: quam tamen altera spernebat: quæ etiam vltra viginti annos Incubum Dæmonem cum omnimoda fidei abnegatione habuerat, primam in multis maleficiis, hominibus, iumètis, & terræ frugibus illatis excedẽs, vti, processus ad cõsulatũ repositus demõstrat.

Sufficiant ista, cùm reuera quasi innumera circa huiusmodi maleficia illata recitari possent: Sed & de ictu fulminis, quòd sæpissimè aut homines solũ, aut cũ bestiis, aut cum Dæmonibus & horteis consumpserint, licet occultiorem & magis ambiguã videatur habere causam, eò quòd talia diuina permissione, sæpè contingãt absq; maleficarũ videlicet cooperatione, tamen vbi sponte ex earum fassionibus talia eas fecisse seu procurasse repertum est, super quæ etiam varia acta & gesta, præter ea quæ suprà tacta sunt, deduci posset, ratio etiã suffragatur cum ea facilitate, qua grandines, sic & fulmina procurare possunt in mari etiam tempestates, ideò omnis ambiguitas tollitur.

*Fulmina & grandines eãdem habent causam.*

*Super tres modos, quo viri & nõ mulieres reperiuntur maleficiis infecti, per tria capitula, & primè de sagittariis maleficis.*

## CAPVT XVI.

*De sagittariis maleficis.*

VLtimum ad præsens genus maleficij, quo viri inficiuntur in tribus speciebus. Notandum est primò de grauitate criminis, quò ad maleficos sagittarios, in septem horrendis maleficijs. Nam primò sacratiori die Dominicæ

*Sex fines cur Malefici tela in ligna crucis dirigant.*

passionis, sexta videlicet feria Parasceues, vt fertur, infra missarum solēnia habent sacratissimam crucifixi, maginē, tela quasi ad metam sagittando. O quanta crudelitas & iniuria Saluatoris. Secundò licet sub dubio vertitur, an aliam apostasiam verbo, vltra illam apostasiam operis habent cum Dæmonibus inire, tamen quocunque modo fiat, maior contumelia non potest à Christiano irrogari fidei; cùm certum sit, quòd si infideles consimilia perpetrarent, nullius forent efficaciæ: in nullo etiam tanto complacere aduersario salutis opere potest. Vnde miseri talis fidei Catholicæ veritatem, & efficaciam potius perpendere deberent: qua etiam de causa Deus huiusmodi flagitia iustè permittit.

Tertiò, quòd tres aut quatuor iactus totidem tela habet infigere, & ex consequenti tot secundùm eundem numerum homines qualibet die poterit interimere. Quartò quòd sic de præmissis certificantur à Dæmonibus: quòd tamen corporali visu illū occidendū prius habēt conspicere, & cordis voluntatem, vbi ex integro illum ad interimendū flectunt, talis quocūque loco inclusus tueri non poterit, quin tela emissa ferantur & per Diabolum ei infigantur.

Quintò, quòd sub tali certitudine sagittā emittere valēt, vt in casu, quo denarium à capite per sagittam deponere, absque capitis læsione voluerint, hoc ipsum efficere valeant: simili modo & per bombardam quantumcunque magnam. Sextò, quòd super hæc efficienda homagium tale cum corporis & animæ perditione Diabolo præstare habent: super quibus aliqua gesta in medium perducamus.

*Intelligit de Eberhado Barbato, primo Duce Virtenbergensi. De Punclero sagittario maleſico.*

Nam princeps quidam Rheni, Barbatus cognominatus, eò quòd barbam nutriebat, cùm ante annos sexaginta, adiunctis sibi terris Imperialibus, quoddam castrum *Lendenbrunnen* propter rapinas, quas Castrenses inde faciebant, obsidēdo circumuallasset, habuit in suo Comitatu quendā huiusmodi maleficum, *Puncler* nomine, qui in tantum Castrenses molestabat, quòd vno dēpto, omnes successiuè sagittis interimit: Talēque modum, seruauit vt eū quē intuitus fuisset, quocunque se diuertisset, per emissam sagittā lethaliter vulneraret, & occideret, talesque tract° quolibet die tres duntaxat in sua potestate habebat, eò videlicet quòd tres sagittas imagini Saluatoris infixerat. Cur tamen Diabolus ternarium numerū præ aliis eligit, æstimari potest,

test, quòd in abnegationem sanctissimæ trinitatis hoc efficiat. Illis autem tribus emissis tractibus, non nisi in sortem vt cæteri sagittas emittebat. Accidit demùm, vt cùm quidam ex castrensibus deridendo ad ipsam clamasset, *Puncler*, nónne circulum in porta pendentem illæsum permittes? & respondente illo ab extra nocturno tempore, non, sed ipsum die captionis castri auferam: hoc idem quod prædixit adimpleuit. Nam omnibus, vt præmissum est, depto vno, interempis, castrum capitur: & ipse circulum domui suæ in *Rorbach* Vvormatiensis diœcesis appendit, & sic appensus in hodiernũ diem cernitur: qui etiã pòst à rusticis, quibus plurimũ molestus erat quod am sero cũ fossoriis corũ instrumẽtis occiditur, & in peccatis suis moritur.

*Puncleri circulus in Rorbach.*

Fertur denique de ipso, quòd quidam de optimatibus, dũ artis suæ experientiã certam capere voluisset, eidem proprium filiũ parvulum ad metam posuit, & pro signo super bireto pueri, denarium, ipsíque mandauit, vt denarium sine bireto per sagittam amoueret. Cùm autem maleficus id se facturum, sed cum difficultate, assereret, libentius abstinere, ne per Diabolum seduceretur in sui interitum: verbis tamẽ principis inductus sagittam vnam collari suo circa collum immisit, & alteram balistæ supponens, denariũ bitero pueri sine omni nocumento excussit. Quo viso, dum ille maleficũ interrogasset, cur sagittam collari imposuisset? respondit. Si deceptus, per Diabolum puerum occidissem, cùm me mori necesse fuisset, subitò cum sagitta altera vos transfixissem, vt vel sic mortem meam vindicassem.

*Hoc vergit in ignominiã Vvilhelmi Tell, Heluetica libertatis assertori quasi quoque magis fuisset.*

Et quidem licet diuina permissione mala huiusmodi in probationem & castigationem fidelium fieri sinit: ex aduerso tamen in confortationem & gloriam fidei potiora miraculosa clementia Saluatoris operatur.

Nam in diœcesi Constantiensi, prope castrũ *Hohem krrn*, ac Monasterium monialium, Ecclesia quædã iam de nouo cernitur constructa, in qua huiusmodi imago Saluatoris cum sagitta infixa, ac cruore effuso cernitur, cuius miraculi veritas tali ordine patuit. Miser enim quidã dum iuxta ordinem prænotatum, super tres aut quatuor tractus balistę ad interitum aliorum à diabolo certificari cuperet, in huius quodã imaginem crucifixi sagitta petit, & modo quo vsque in præsens cernitur, transfixit: & dum cruor mit-

*Imago Saluatoris cruorem mittit.*

raculosus erũperet, miser immobiliter diuina virtute gressu percussus figitur. Et vbi à prætereunte quodam, cur ibi fixus maneret interrogaretur, miser caput agitabat, brachiisq; ac manibus, quibus balistã tenebat, ac toto corpore tremens nil respondere poterat: & alter hinc inde circumspiciens, dum imaginem crucifixi intuetur, & sagittã cum cruore effuso speculatur. Pessime, inquit, nequã, imaginem Domini nostri trãsfixisti: & alios cõuocans, attẽdite, inquit, ne fugam capiat, dũ tamẽ vt præmissum est, se de loco mouere non poterat: ad castrum cucurrit, & rẽ gestã narrauit, qui concitè descendũt, & miserũ in eodem loco persistentẽ reperiũt, & inquirentibus de casu, dũ crimen fassus fuisset, ex contractu publicæ iustitiæ de loco mouetur, & dignã pro commissis vltionem per miserabilem mortem recepit.

*Magici sagittarij & sclopetarij in aulis principum cauendi.*

Sed heu, quod cogitatu horribile existit, nec his humana peruersitas terretur, vt à similibus flagitiis se contineat. Nã in curiis optimatum vndique vt fertur, tales sustẽtantur de suis flagitiis publicè in contemptum fidei, & grauem offensionem Diuinæ maiestatis, & contumeliã nostri redemptoris, gloriari, & se iactari de talibus permittuntur.

*Receptatores & fautores maleficorum puniendos esse.*

Vnde & tales vtique & receptatores, defensores, & fautores nedum Hæreticorum, sed Apostatarum à fide iudicandi sunt, & pœnis plectendi subscriptis: & hoc est septimum. Nam primò ipso iure excõmunicati sunt, & fauentes clerici, ab omni officio & beneficio deponuntur, & priuantur, nec ad illa restituuntur absque speciali Apostolicæ sedis indulto. Item præfati receptatores, postquam fuerint publicati, si in excommunicatione steterint per annũ animo pertinaci, velut Hæretici sunc condemnandi.

Quæ singula sic probãtur. Nam in Can. vt inquisitionis. §. prohibemus, libro 6. tangitur de non impediendo directè vel indirectè processum, iudicum diœcesanorũ & inquisitorum in causis fidei: vbi tangitur prædicta pœna infigẽda post annũ. Nam dicitur primò: Prohibemus districtius potestatibus, dominis temporalibus & rectoribus, eorundem Officialibus &c. si cui placet capitulum perlegat.

Denique quòd & ipsi malefici eorũ receptatoribus, sint ipso iure excommunicati patet de ipsis hæreticis maleficis in c. ad abolendam, in prin. & in Can. excommunicamus, primò. Et præsertim breuius in cap. excommunicamus,

2, de

a de hęresi. vbi sic dicitur: Excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos, catharos, paterinos, & infra & alios, quibuscunque nominibus censeantur, &c. Et nota super quibuscũq; nominibus de credẽtibus, aut & receptatoribus, & cæteris supradictis habetur in cap. excõmunicamus. 1. §. credentes. vbi sic dicitur: Credẽtes præterea, receptatores, defensores, & fautores talium excommunicationi decernimus subiacere, &c. & in ca. excommunicamus.

*Pœna irrogata de iure Canonico receptatoribus maleficorum.*

Tanguntur plures pœnæ, quas incurrunt infra annum cum ipsis clericis, vbi sic dicitur: receptatores, fautores & defensores, excommunicationi decernimus subiacere, vt postquam quibus talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, infra annum ex tunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittantur, sint etiam intestabiles, nec testandi liberam habeant facultatem, nec ad hæreditatis successionẽ accedant, nullus præterea ipsis super quocunque negotio respõdere cogatur. Quòd si fortè Iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam proferantur. Si fuerit Aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur: si tabellio, instrumeta confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur & in similibus idem præcipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, vt in quo grauior est culpa maior exerceatur vindicta. Si qui tales, aut postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum recipiant, alioquin suo priuentur officio, ad quod nequaquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali.

Sunt denique & aliæ pœnæ quamplures super prædictos, etiã si nõ persistant per annum animo pertinaci, super eorũ videlicet filios & nepotes: quia ab Episcopo & Inquisitore possunt priuari, seu priuatos denũciare dignitatibus, personatibus, & omnibus honoribus ac beneficiis ecclesiasticis, & officiis publicis quibuscunque: iuxta Canon. vt commissi

missi. §. priuandi. de hæret. li. 6. Intelligitur tamen si impœnitentes extiterint, vt in cap. statutum felici. eodem lib. & titu. Item quòd etiam ipsorum filij vsque ad secundam generationẽ, sunt priuati omni beneficio ecclesiastico, & officiis publicis, vt in cap. quæcunque. §. hæretici. eodem libr. Intelligendum tamen qui per paternam & non maternam lineam descenderent, & etiam de impœnitentibus, vt in illo c. statutum. Item quòd illis, supple cædentibus, receptatoribus. defensoribus, & fautoribus eorum sit appellationis & proclamationis beneficium interdictum, patet in capitul. vt inquisitionis. eodem libro. Vbi tamen Archidiaconus super capitu. eod. intelligit, vt postquam per sententiam esse tales sunt declarati, tunc non possunt ante sententiam, si in aliquibus aggrauantur, seu indebitè fatigantur, appellare: plura alia possent deduci, sed ista sufficiant.

*Iniusto bello an liceat magorum opera vti.*

Pro ampliori tamen præmissorum intelligentia, aliqua sunt discutienda. Primò, quid si princeps vel secularis potestas, iuxta prænotata gesta, ad deuastationem alicuius castri iusto bello aliquem huiusmodi maleficum secum recipiat, & eius assistentia tyrannidem malorum compescat, nunquid totus exercitus vt fautores, & receptatores taliũ, sunt iudicandi, & prædictis pœnis mulctandi? Respondendum videtur, quòd quia propter multitudinem rigor iustitiæ est temperandus, dist. 40. constitueretur. Ideò licet principalis, & eius assessores, & consiliarij talia fouentes, omninò sint ipso iure pœnis præfatis innodati, vbi moniti ab eorũ ordinarijs non destiterint, cùm iam vt receptatores, fautores iudicãtur, vnde & ipsis pœnis subiiciuntur: reliquus tamen exercitus, cùm absque eorum consilio & fauore talia fiant; imò pro defensione Reipublicæ sua corpora exponere sunt parati, licet fortassis in factis maleficis complacentiam habeant, tamen censuram illam excommunicationis euadũt, licet reatum illum in eorum confessione agnoscere habeãt debita cautione accepta super omnimoda huiusmodi detestatione in perpetuum à confessore absolui, & quãtum in ipsis est, ab eorum finibus huiusmodi maleficos expellere.

Si verò quæritur, à quibus possint præsidentes, vbi resipiscant absolui, an ab eorum ordinarijs, aut inquisitoribus. Respondetur: vtique absolui possunt, & ab ordinariis ac aliis inquisitoribus si resipiscant. Habetur in cap. vt officium in

princip.

princip. de hæresi. libro 6. vbi sic dicitur vt officium: & infra contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defẽsores eorum, nec non contra infamatos de hæresi vel suspectos, secundum sanctiones canonicas, hominum metu, diuina tempore postposito procedatis. Si verò aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem, iuxta formam ecclesiasticæ absolutionis beneficium impendatis.

*Quãdo Princeps dicatur resipiscere.*

Si deniq; instatur, quando dicetur princeps vel alius resipiscere, Respondetur, quando maleficium propter iniuriam creatoris illatam puniendum tradit vnde & vt ipsum à dominio tantummodò expellat, non est malefici seu Hæretici manifestè deprehendi in hæretica pranitate, vt suprà patebit, pœna debita, & vt de præteritis doleat, & tales nunquam de cætero fouere, vti Catholicum decet principem firmiter in animo suo statuat.

*An Iudicibus secularibus iure concedatur hæreticos & malefi cos punire.*

Quòd si quæritur, cui tradẽdus, & quo ordine puniẽdus & an vt manifestè deprehensus in hæresi sit iudicãdus. Ad primũ specialis tangetur difficultas in principio tertiæ partis, an videlicet eorũ punitio tãtũmodo ad Iudicem secularẽ & non ecclesiasticũ pertineat. Manifestũ est enim per c. vt inquisitionis. §. prohibemus, lib. 6. quòd potestatibus & dãnis tẽporalibus interdicitur, ne de crimine hæresis quoquo modo iudicẽt absque Episcoporũ seu inquisitorũ, aut saltẽ alterius eorũdẽ licẽtia. Sed quia ratio quæ ibi assignatur circa Maleficos non videtur habere locũ, quia dicitur ibi, quòd ideò non debent iudicare eò quòd crimen hæresis est merè ecclesiasticũ: maleficorũ autẽ crimen non videtur merè ecclesiasticum, sed etiam ciuile, propter damna temporalia. quicquid autem sit, vt infrà patebit, licet Iudicis ecclesiastici sit cognoscere & iudicare, tamen Iudicis secularis est exequi & punire, vt patet extrà. de hære. capit. ad abolendum & cap. vrgentis, & cap. excõmunicamus vtrique. Vnde & Iudex secularis si tradat talem Ordinario ad iudicandum, habet tamen per se eundem punire, postquam ab Episcopo sibi traditur aut relinquitur, vel etiam ex consensu Episcopi secularis Iudex vtrunque facere potest, scilicet iudicare & punire.

*Maleficos non esse Hæreticos, sed apostatas.*

Nec valet si dicatur, quòd tales malefici non sunt Hæretici, sed potius Apostatæ, quia cùm vtrumque cõtingat circa fi

ca fidem, tamen ſicut hæreticus circa illam tantummodò dubitat,& hoc in toto vel in parte: ita & apoſtatæ malefici ratio etiam per ſe dictat. Cùm enim grauius eſt corrumpere fidem, per quem eſt animę vita, quàm falſare pecuniam, per quam vitæ corporali ſubuenitur. Vnde ſi falſarij pecuniæ, vel alij malefactores, ſtatim per ſeculares poteſtates iuſtè morti traduntur, multo magis tales hęretici & apoſtatæ ſtatim quando conuincuntur poſſunt iuſtè occidi.

*Fides eſt vita animæ.*

Vnde & per hæc eſt reſponſio ad ſecundum, quo ſcilicet ordine,& à quo Iudice ſit puniendus, ſed clarius de illo tractabitur in tertia parte operis circa modos ſententiandi, qualiter deprehenſus manifeſtè in hæreſi ſit ſententiandus circa 8.& 12.modum.& ſuper dubium, quid ſi pœniteret, an adhuc eſſet occidendus.

Reuera enim, ſi hæreticus ſimplex relapſus quātūcūq; pœniteat, eſt occidendus in ca.ad abolendā allegato,& hoc rationabiliter ſecundùm Thomam: cū per hoc prouideatur boni cōmuni quaſi hæretici reuerſi ſæpè reciperentur, vt in vita conſeruarentur,&aliis temporibus bonitati, poſſet hoc eſſe in præiudiciū ſalutis aliorū, tū quia ſi relaberētur alios inficerent: tū etiā, quia ſi ſine pœna euaderent, alij ſecurius in hæreſim relaberentur: ex relapſo etiā ipſorū præſumitur de inconſtantia eorū circa fidem & ideò iuſtè occidendus. Quare & hic dicere oportet, quòd ſi propter ſuſpicionem ſolā inconſtantiæ dictus eccleſiaſticus Iudex relapſum habet tradere curiæ ſeculari ad occidendum, à fortiori igitur ſi non velit tradere apoſtatam aut Maleficam quamcunque curiæ ſeculari propter pœnitentiam,& eius conuerſionem, tamen licet relinquere habet talē & nō impedire cū Iudex ſecularis propter dāmna tēporalia ipſorū maleficū vult occidere ſecundū leges: licet eccleſiaſticus Iudex prius habeat pœnitentē maleficū abſoluere ab excōmunicatione, quàm propter hæreſim maleficarū incurrit: cū & hæreticus ſit excōmunicatus, iuxta ca. excōmunicamus. 1. & 2. & ad gremium Eccleſię recipere, vt ſpiritus ſaluus fiat, vt dicitur 11. q. 3. audiui. Aliæ rationes aſſignātur inferius circa quæſtionē primā tertiæ partis, ſufficiāt iſta ad præſens: tantūmodo aduertāt animū rectores quàm dura & diſtricta exigetur ab eis ratio à tremendo Iudice, cum reuera iudicium duriſſimum iis qui præſunt, ac vbi tales in iniuriam creatoris

*An hæreticus vel maleficus conuerſus occidendus ſit.*

*Iudicium duriſſimum iis qui præſunt.*

tis viuere permittunt,

Sequitur de duobus aliis maleficorum generibus: nam ad idem genus maleficij reducuntur & illi qui per incantationes & carmina sacrilega arma quæcunque incantare sciunt, vt eis nullo modo nocere valeant, vnde nec etiam vulnerari possunt, hi enim diuersificantur. Nam aliqui sunt qui cum prædictis sagittariis maleficis concordant, in eo quod etiam circa imaginem crucifixi & contumelia ei illata, talia addiscunt: Gratia exempli. Cui vult vt non valeat lædi in capite aliquo ferro aut ictu, habet caput imaginis auferre, qui circa collum, auferat collum, qui circa brachium auferat seu comminuat brachium, & sic continenter. Interdum supra cingulum, aut infra interdum ex toto comminuunt. Et in huius signum vix inter decem imagines in biuio aut in campis repositas vna integra reperitur.

*De Incantatoribus armorum & telorum.*

*Cur tot imagines crucifixi reperiantur rupta.*

Aliqui verò sunt qui certa brachia secum deferunt aliqui verbis interdum sacris, aut etiam ignotis talia procurant: inter quæ hæc æstimatur diuersitas. Nam primi licet in contumeliam fidei circa dehonestationem imaginis Saluatoris cum præfatis maleficis sagittariis concordant, vnde & veri apostatæ reputandi & iudicandi, vbi fuerint deprehensi: alio tamen respectu sagittariorum, nec etiam in malum proximi manifestum, prout in tuitionem proprij corporis supra cingulum vel infra, aut etiam totius corporis seruire videntur: ideò tanquam Hæretici pœnitentes & non relapsi vbi sunt malefici conuicti & pœnitent, sunt iudicandi, & iuxta octauum modum pœnitendi, cum adiuratione & inclusione, vt in tertia parte operis tangetur.

Pro secundis verò, qui per carmina arma incantare nituntur, & super illa nudis plantis incedere & similia exercere. (Incantatores enim dicuntur iuxta Isidorum 8 Etym. qui artem aliquam verbis peragunt,) distinguendum, quia interdum incantationes fiunt per verba sacra, aut per carmina scripta super infirmos & hæ quidem incãtationes licitè fieri possunt septem conditionibus seruatis, vt inferius patebit circa modos curandi maleficiatos infirmos. Incãtationes autẽ quæ fiunt super arma per aliqua verba, aut vbi talia carmina scripta deferuntur, hoc Iudicibus attendendum quod sibi sunt nomina incognita. Item characteres & signatu

*Incantatores sunt, qui artẽ aliquam verbis peragunt.*

signaturæ aliæ præter signaculũ crucis, tunc alia sunt omnino refutanda & attendendi sunt homines piè à talium crudelitate. Quòd si desistere nollent, tunc tanquam leuiter suspecti, sunt iudicãdi: de quibus in secundo modo sententiandi inferius patebit. Non enim tunc carent scrupulo hæreticæ prauitatis: imo quia talia omnino opere & auxilio Dæmonum habent fieri, cuius vt suprà patuit, qui auxilio vtitur, Apostata à fide iudicatur: licet etiam propter ignorantiam & emendationis gratiam, mitius quàm cum sagittariis maleficis sit agendum.

*Quomodo incantationes & benedictiones ad non vulnerãdum sunt probanda.*

Et quia plurimum commune cernitur apud clientes & mercatores secum deferre huiusmodi carmina & benedictiones, quæ incantationis speciem habere videntur, expedit omnino siue in foro pœnitentiæ per confessorẽ, siue in foro contentioso per ecclesiasticum Iudicem huiusmodi eliminare: cùm tacitum pactum propter verba ignota, & characteres signati cum Dæmone initur & Dæmon occultè se ingerit, & optata procurat, vt tandẽ ad peiora alliciat. Vnde vbi in foro cõtentioso talis debet adiurare iuxta secundum modum sententiandi: vbi in foro conscientiæ confessor debet carmina inspicere, sit nolit omninò proiicere, debet tamẽ nomina ignota & characteres delere, reliqua verò vt Euangelica verba, & signacula crucis permittere.

*Signacula crucis concedit auctor gestãda ad prohibitionem vulnerum.*

Super quibus omnibus, & præcipuè super maleficos sagittarios notandum quia supra tactum est, an vt manifestè deprehensi in hæretica prauitate iudicandi sint, de qua materia etiam prius tactũ est in prima quæstione primæ partis. Et quidem quòd sic, patet ibidem. Nam vt dicit Bernardus in glo. ordinaria in ca. abolendam. §. præsenti & ver. deprehensi. Tribus modis de iure quis pro manifestè deprehenso in hæretica prauitate habetur, puta facti euidentia, vt in simplici hæresi, quando publice prædicant hæresim. ff. de ritu nup. palam. §. vlt. vel legitima probatione per testes, vel ex sua confessione. Et eiusdem Bern. gloss. in cap. excommunicamus 2. super verba deprehensi publicè, ita quòd notorium sit illis etiam, quia condamnati sunt. Ad idem videtur ferre super cap. super quibusdam. extra de verbor. sign. prout patitur in prima quęstione primæ partis huius operis.

Ex quibus patet, quòd malefici sagittarij, similiter & alia

lia arma incantantes, pro manifestè deprehensis in hæretica prauitate per aliquod pactum expressum cum Dæmone initum propter manifesta ipsorum opera, quæ non nisi diabolica virtute fieri possunt, habendi sunt.

Patet & secundò, quia eorũ fautores, receptatores, & defensores, vt manifestè tales pro talibus habendi sunt, & pœnis præscriptis manifestè subiacere, ita quòd non iam sub dubio, aut tanquam suspecti receptatores, leui aut graui, vel violenta suspicione iudicandi, prout plures alij existere possunt: vnde & semper grauissimè contra fidem delinquunt, & semper mala morte à Deo percutiuntur.

Nam vt fertur, quidam princeps, cùm consimiles foueret maleficos, & cum his quandam ciuitatem in certis negotiis indebitè aggrauaret, dum hoc sibi à quodam familiari obiiceretur, ille omni timore Dei postposito respondit: Det Deus, quòd in hoc loco moriar, si iniustè à me illi aggrauentur. Ad quæ verba subitò diuina vltio subsecuta, subitanea morte expirauit, reuera in vindictam non tam iniustæ aggrauationis, quantum & fautoriæ hæresis. *Exemplũ pœnæ iniustè mouẽtis bellum.*

Patet & tertiò, quòd Prælati quicunque & Rectores, vbi huiusmodi flagitiis, & eorũ auctoribus & fautoribus, iuxta omnem possi bilitatẽm non resistunt, etiam tanquam manifesti fautores, & quòd præscriptis pœnis manifestè subiacere debeant, iudicantur.

*Modi tollendi, & curandi maleficia.*

## QVÆSTIO SECVNDA PRINCIpalis, Secundæ partis præmittendo difficultatem.

*Solùm Dæmonum auxilio tolli maleficia.*

VTrùm licitum sit, maleficia per alia maleficia, vel per aliqua illicita tollere. Et arguitur, quòd non: Quia vti auxilio Dæmonum non est licitum, vt suprà patuit in 2. senten. dist. octaua, à Doctoribus communiter determinatur; quia videlicet est apostasia à fide. Et quidem quòd sine auxilio Dæmonum non possit dissolui: Probatur, quia aut dissoluitur humano artificio, aut diabolica, aut diuina potentia. Non primum: quia inferior potestas non potest in-

fringere ſuperiorem, cùm nihil agat vltrà ſuam virtutem. Nõ etiam diuina, quia hoc eſſet opus miraculoſum: & cum illa Deus ad ſuum nutum operatur, & nõ ad inſtãtiam hominum. Sicut & Chriſtus, matri petenti miraculum de ſubuentione neceſſitatis vini, vt Doctores exponunt, quòd hoc miraculum conuentionis deſiderabat: Chriſtus reſpondit: Quid mihi & tibi mulier, ſcilicet commune, in opere miraculoſo: Apparet etiam, quod rariſſimè liberãtur, quantumcunque diuinum auxilium & ſuffragia ſanctorum implorent: Ergo non niſi auxilio Dæmonum liberari poſſunt: quod tamen non eſt licitum quærere.

Præterea hoc quod communiter toleratur, in vſu practicatur, licet ſit illicitũ, ſed hoc cõmuniter practicatur, quòd tales maleficiati currunt ad mulierculas ſuperſtitioſas, à quibus ſæpiſſimè liberantur, & nõ per ſacerdotes aut exorciſtas. Ergo practica oſtẽdit, quòd auxilio Dæmonũ maleficia tolluntur, cuius tamen auxiliũ quærere cũ ſit illicitũ, etiam nõ eſt licitum maleficia tollere, ſed patiẽter ſufferre.

Præterea ſecundùm Thomam & Bonauenturam, in 4. diſt. 34. de impedimento maleficiati, maleficiũ eſt ita perpetuum, quod non poteſt habere humanũ remedium. Quia ſi haberet remedium, non eſt homini notum vel licitum. In quibus verbis dant intelligere, quòd ſit quaſi infirmitas incurabilis, & perpetuò inhærens. Vnde ſubdunt, licet Deus præſtare poſſit remedium Dæmonem cogendo, & Dæmon deſiſtẽdo ille curaretur, tamen curatio nõ erit humana. Ergo niſi Deus diſſoluerit, per ſe non eſt licitum eius diſſolutionem quocunque modo quærere.

*Maleficium manet perpetuò.*

Præterea in eadem diſt. & quæſt. dicunt, quòd etiam per aliud maleficium adhibere remedium eſt illicitum. Vnde dicũt, & ſi poſſet per aliud maleficium adhiberi remedium, nihilominus reputaretur perpetuum, licet amoueretur maleficium. Quia nullo modo eſt licitum, per maleficium inuocare Dæmonis auxilium.

*Exorciſmi Eccleſiæ quãdo conducant.*

Præterea exorciſmi Eccleſiæ non valẽt ad reprimendum Dæmones ſemper, quò ad omnes moleſtias corporales, hoc Dei iudicio exigente: ſemper tamen valent contra illas Dæmonum infeſtationes contra quas principaliter ſunt inſtituti, ſicut contra obſeſſos, vel circa pueros exorcizando ſ.

Præterea non oportet, quòd ſi propter peccatũ Diabolo

ſit

sit potestas in aliquẽ data, cessante peccato cessat potestas. Quia interdum cessãte culpa, remanent peccata. Ex quibus verbis videntur præfati duo Doctores sentire, quòd non sit licitũ maleficia tollere, sed permittere illa, sicut permittũtur Domino Deo, qui illa tollere potest ad suũ placitum.

*Deus & Natura nec abũdant in superfluis, nec deficiunt in necessariis.*

In contrarium est, quòd sicut Deus & natura nõ abundant in superfluis, ita non deficiunt in necessariis: quare & necessariò fidelibus cõtra huiusmodi insultus Dæmonum sunt data non solùm remedia præseruatiua (de quibus in principio huius secundæ partis tactũ est:) verùm etiã remedia curatiua, cùm aliàs nõ sufficienter fidelibus à Deo prouisum esset, & opera Diaboli videtur fortiora operibꝰ Dei.

Præterea glossa super illud Iob 61. Non est potestas super terram, &c. dicit, omnia humana superat: & si meritis, sanctorum subiacet. Vnde & meritis sanctorum virorum in hac vita subiacent.

*Maleficia sanctorum meritis subiacent.*

Præterea S. Augustin. de morib. Ecclesiæ: non est Angelus, cùm inhærem is Deo, mente nostra potentior. Nam si potestas virtus est in hoc mundo, toto mundo sublimior est mens Deo inhærens. Vnde ex talibus dissolui possunt opera Diaboli. Responsio. Hæ sunt duæ solennes opiniones sibi inuicem, vt videtur, contrariantes.

*Nõ est Angelus pij mente potentior.*

Sunt enim quidam Theologi & Canonistæ inuicem concordantes, quòd licitum est maleficia tollere, etiam per opera superstitiosa & vana. Et huius opinionis sunt Scotus, Hostien & Goffre, & communiter omnes Canonistæ. Aliorum Theologorũ opinio, & præcipuè antiquorum, & quorundam Modernorum, vt Thomæ, Bonauenturæ, Alberti, Petri de Palude, & aliorũ multorum est, quòd nullo modo sint facienda mala vt eueniant bona, & quòd potius homo mori debeat, quàm in talia cõsentire, vt scilicet per opera superstitiosa & vana liberaretur.

*Ex quibus signis dignoscantur maleficia.*

Sed quia vnica distinctione poterũt eorum dicta cõcordari, videndę sunt prius eorũ sententiæ. Nã Scotus in suo 4. dist. 34. de impedimẽto maleficiali siue de frigidis & maleficiatis, reputat fatuitatẽ asserere, q̃ etiã per vana & superstitiosa non debeant maleficia tolli: dicit enim, nec in hoc est infidelitas aliqua, qua destruens non assentit operibus Diaboli, sed credit eum posse & velle frigare, dum datur tale signum, quia ex pacto non astrictus ad hoc, nisi dum

illud durat. Et sic destructio illius signi, imponet finem tali vexationi. Vnde & dicit, quòd est meritorium opera Diaboli delere. Et quia loquitur de signis, ponamus exemplum.

Sunt quædam mulieres, quæ tali signo notant maleficas, vt si vacca vbertate lactis ex maleficio priuatur, tũc vrceũ lactis super ignem appendunt, & certis verbis superstitiosis insistendo, vrceum cum baculo percutiũt: & licet flaſculum mulier percutiat, tamen omnia verba Diabolus ad dorsum maleficæ defert, per quæ sic Diabolus cum malefica fatigatur. Facit tamen illa Diabolus, vt percutientem Catholicã ad peiora alliceat: vnde periculosum non existit, aliàs non videtur opinio tanti Doctoris habere difficultatẽm: possunt & alia exempla adduci.

*Maleficia relegantur ad Medicos.*

Hostiensis ad idẽ in summa copiosa de frigidis & malef. & tit. de impotentia communi in gl. super c. literæ. §. mulierem autem. dicit, quòd in hoc defectu recurrendum est ad remedia medicorum. Et licet quædam remedia contra hæc scripta vana seu superstitiosa videantur: tamen cuilibet auctori in sua arte credendum est. Sed & satis tolerare potest Ecclesia retundere vana vanis.

Vbertinus denique in suo quarto præfata distinctione iis vtitur verbis. Possunt maleficia aut per orationes, aut per artem per quam facti sunt, destrui.

Ad idem Goffre. in summa sua eod. tit. Maleficium non potest solui semper per illũ qui fecit, vel quia est mortuus, vel quia nescit delere ipsum, vel quia maleficiũ est perditum: Si autem sciretur, licitè posset soluere. Et loquitur cõtra illos qui dicebant, quòd per maleficia non posset copulę carnali præstari impedimentum: eò quòd nullum tale esset perpetuum, vnde non dirimeret matrimonium iam contractum.

Præterea illi, qui fuerunt moti asserere, quòd nullum maleficium sit perpetuum, mouebantur his rationibus, quia putabãt omne maleficiũ posse moueri, vel per aliud maleficiũ, vel per exorcismos Ecclesiæ, qui sunt ordinati ad reprimẽdũ vim Dæmonũ, vel per verã pœnitentiã, cũ Diabolus non habeat potestatem nisi super peccatores. Vnde quoad primũ concordabãt cũ opinione aliorũ, quod ad minus per superstitiosa possunt tolli. Contrariæ autẽ opinionis est S. Tho. in suo 4. præfata dist. sic inquiẽtis: Quòd si maleficiũ non

non possit reuocari, nisi per aliud illicitum, vt per Dæmonis auxilium, vel huius, etiamsi scireretur posse sic reuocari, nihilominus perpetuum iudicatur: quia remedium non est licitum.

Ad idem Bonauentura, Petrus, Albertus, & communiter omnes Theologi: vbi cùm breuiter tangunt Dæmonis auxilium tacitè vel expressè innocandum, videntur sentire, quòd per nil aliud nisi per licitos exorcismos vel per veram pœnitentiam, vt in Can. si per sortiarias, allegatur, tangitur, remoueri debeant, moti, vt apparet, rationibus in principio quæstionis annotatis.

*De maleficio tollendo concordata opiniones.*

Et quia tãtos Doctores in eorum dictis, quantum possibile est, expedit concordare, & hoc vnica distinctione fieri potest: Ideò notandum, quòd maleficium aut tollitur per alium maleficum simul, & per aliud maleficiũ: aut tollitur, non quidem per maleficium, sed per maleficiales ritus & illicitos. Et hoc iterũ dupliciter: Quia vel per illicitos & vanos ritus insimul, vel per vanos & non illicitos.

Primum remedium est omninò illicitum, tam ex parte auctoris, quàm & ipsius remedij. Sed tamen quia fit dupliciter, quia aut cum nocumento illius qui maleficium intulit, aut sine nocumento, fit tamen per maleficiales ritus & illicitos, tunc comprehenditur sub secundo modo, videlicet vbi maleficium tollitur, non per maleficum alium, sed per maleficiales ritus & illicitos, tunc iterum illicitum iudicatur licet non tantùm sicut primum.

Vnde summariè dicere possumus, quòd per tria & tribus modis remedium redditur illicitũ, quando scilicet tollitur per maleficũ alium, & per maleficia alia, videlicet virtute Dæmonis alicuius. Secundò, quando non per maleficum, sed honestam personam tollitur, sic tamẽ quòd superstitiosis remediis maleficiũ, quod vni personæ aufertur, alteri infertur, & hoc iterũ illicitũ. Tertiò, quando aufertur sine eo quòd alteri infertur, vtitur tamen Dæmonum inuocatione expressa vel tacita, tunc iterum illicitum.

Et secũdũ hos modos dicitur à Theologis, quòd potius mors sit præeligẽda, quàm in talia cõsẽtire. Aliis verò duobus modis vltimis tollere maleficiũ potest esse vel licitum vel nõ vanũ, secũdũ Canonistas: & quod tolerari possũt, vbi remedia Ecclesiæ prius attentata sunt, vt cum exorcism.

Ecclesiæ, suffragia sanctorum implorata, aut vera pœnitẽtia nihil effecissent. Et vt clarior habeatur intellectus de singulis, sunt aliqua gesta & acta per nos reperta recitanda.

*De Episcopo maleficiato à cõcubina sua.*

Romæ tempore Nicolai Papæ, Episcopus quidam ex Alemaniæ partibus certa expediturus negotia aduenerat, cuius nomen occultare ordo charitatis postulat, licet iã vniuersę carnis debitũ persoluerit. Hic cùm quãdã iuuẽculã adamando, & ipsam ad suam diœcesim destinare, cum duobus famulis ac rebus aliis, & clenodiis dispositisset, iuuencula auiditate fœmínea, super clenodia quę prætiosa erãt, decepta, modum excogitare cœpit, vt ea in itinere existente, Episcopus maleficiis interiret, iámq; habebat in sua clenodia possessione. Et ecce sequẽti nocte Episcopus subitò infirmabatur: & ne fortassis veneno intoxicatus esset, à medicis percunctatur, & à famulis doleẽter dubitatur: tã ingẽs enim calor inerat pectori, vt non nisi gargarismis per aquã frigidam continuè haberet refocillari. Tertia igitur die cùm iã nulla spes vitæ haberetur, vetula quædam ingressum ad Episcopum instanter petiit & quòd causa suę sanitatis adueniret, aperuit. Ingressa igitur Episcopũ alloquitur, & sanitatem promittit, dũmodò suis acquiescere suasionibus velit.

*Pontifex dispe, a super ma e pœ, maleficio clenodo.*

Episcopus verò quidnã foret, cui acquiescere pro recuperanda sanitate, quàm summè affectabat, vbi inquirit vetula respõdit: Ecce hæc infirmitas maleficio vobis accidit, & nõ nisi per aliud maleficium liberari poteritis: vt videlicet ipsa malefica, quæ vobis intulit, moriatur, & eadem vestra infirmitate inficiatur. Stupefactus Episcopus, & quòd alio modo liberari non posset vbi persensit, nil tamen temerè volens agere, Papam consulere per supplicationẽ decreuit. At Pontifex cùm eum tenerrimè diligeret, & quòd non nisi per mortem maleficæ liberari posset, cùm didicisset annuit, vt inter duo mala minus permitteretur, & super hoc supplicationẽ signauit. Vnde denuò vetula accersita & quæ ea tum ipse quam summus Pontifex in mortem malefica cõsentirent, dũmodo pristina sanitati restitueretur, dissentit: sicque quod vetula abscessit, & quod sequenti nocte liberaretur promisit. Et ecce circa medium noctis, vbi se sanum & ab omni infirmitate liberatum persensisset, nuncio misso, quidnam de iuuencula foret, perscrutatur: & ecce aderat quæ ipsam circa meridiam noctem in latere matris dormiẽtem

tem infirmatã fuisse subitò affirmabat. Qua in re dabatur intelligi, quòd eadem hora & momento infirmitas Episcopum relinquendo, maleficam iuuenculam per aliam maficam vetulam inuasit, & sic spiritus malignus à læsione Episcopi cessando, ipsum sanitati per accidens restituere videbatur: cùm tamen propriè sanitatem non immittebat, quã tamen occupare Deo permittente poterat, & propter pactum cum malefica altera initum, quæ fortunæ alterius inuidebat, ipse Dæmõ magistram iuuenculam inficere habebat. Et benè æstimari potest, illa duo maleficia non per vnum Dæmonẽ duab⁹ personis, sed à duobus Dæmonibus duabus maleficis seruientibus, fuisse inflicta, ne in isto Dæmones sibi inuicẽ contrarientur, cùm semper in perditionẽ animarum quàm summè & concorditer affectant, singula operentur. Episcopus denique cùm pietatis causa visitare proponeret, camerã ingrediens horribilibus maledictionibus susceptus fuit, exclamando: Tu cũ tua, quæ te talia docuit, & te liberauit, maledicamini in æternum. Et Episcopus emollire eius animum ad pœnitentiam, & quòd omnẽ offensam ei remisisset vbi tentabat, illa vultũ auertendo, clamabat: Exeas maledicte, hîc nulla spes veniæ, sed animam meam omnibus Dæmonibus commendo, & miserabiliter interiit: & Episcopus cum gaudio ad propria remeauit.

*Malefica maleficam necat.*

Vbi etiam notandum, quòd quia priuilegium vnius non facit legem communem, ideò dispensatio Papæ in hoc casu non arguit omnibus sic licere.

*Aliud signũ dignoscendi maleficium.*

Ad idem refert Nider in suo Fornicario: dicit enim Modus tollendi maleficiũ, aut se vindicandi in maleficio talis practicatur interdum. Venit enim aliquis læsus in se vel in suis, ad maleficam sciscitans scire malefactorem, tũc malefica plumbum liquefactũ aliquoties fũdebat in aquas quousque opere Dæmonis in plũbo imago aliqua videretur. Qua visa, malefica quæsiuit ab explorante, in qua parte vis lædi maleficum tuũ & in eodem vulnere cũ agnosceret, eumque explorator locũ eligeret: statim malefica in eadẽ parte imaginis, quæ in plumbo relucebat fixuram vel vulnus per cultrum posuit, & locũ, vbi reum inueniret, indicauit, nomen tamen nullatenus manifestauit, sed experientia teste maleficus per omnia lædi reperiebatur, sicut sua imago plumbea demonstrabat. Hæc inquam remedia, &

similia iudicantur illicita, quamuis humana fragilitas sub veniæ consequendæ à Deo, sæpius his inuoluitur, plus æstuans pro sanitate corporis quàm animæ.

*De maleficis, ex pacto cum Dæmonibus maleficia tollentes.*

Secuadum verò remedium, de ipsis maleficis, maleficia dissoluentes sub expresso pacto cum Dæmone inito, absque nocumento personæ; & quidem de eis quid agendum sit, & qualiter cognoscuntur, infrà in sexdecimo modo sententiandi patebit. Hæ enim quàm plures existunt, & semper infra vnũ aut duo miliaria Teutonica lia reperiũtur, in quo spacio, quicquid aliæ maleficæ lædúnt, hoc illæ curare videntur: Quas etiã curationes aliquæ simpliciter, quoad omne tẽpus: aliquæ verò tãtùm à proxima angaria læsos maleficiis curare se iactitant: aliquæ verò non nisi in consensum maleficæ quæ maleficiũ intulit, curare possunt.

*Maleficæ iis quos curant, etiam sacras peregrinationes iniungãt.*

Et hæ notantur super expressum pactum cum Dæmone initum, propter hoc quòd occulta manifestare solent illis qui causa sanitatis recuperandæ ipsas accedunt. Ipsis enim causas suæ calamitatis subitò manifestant, dicentes, quòd propter rixas cum vicina, vel alia muliere, aut viro habitas, læsa fuerit in se vel in suis attinentibus. Quæ etiam ad occultandum sua flagitia, interdum peregrinationes vel alia pietatis opera iniungunt. Quas quidem accedere pro recuperanda sanitate, tantò pernitiosius existit, quantò præ illis, qui solùm per pactum tacitum curare videntur, in contumeliam fidei amplius delinquunt.

*Consulentes maleficos de sanitate, accersunt sibi mortem.*

Hi enim dum ex vna parte sanitatem corporalem Deo præponunt, ex altera parte sibi ipsis in vindictam criminis vitam Deo percutiente abbreuiãt. Sic enim in Saul diuina sæuit, vltio, cùm primò Magos & Ariolos abstulisset de terra; postea consuluit, vnde & in bello occisus cum filiis suis, 1. Reg. 28. & culpa tangitur, 1. Paralip. 10. Propter hoc etiam Ochosias infirmus mori habuit 4. Reg. 1.

Tales etiam visitatores maleficarum sunt infames: vnde nec ad accusationem debent admitti, secũdo quæstionum, octauo. Quisquis nec, &c. Item tales secundùm leges debẽt pœna capitis plecti, vt in prima quęstione operis tactũ est.

*Exorcismi olim irriti.*

Sed heu Domine Deus, cũ omnia iudicia tua iusta sint, quis liberabit pauperes maleficiatos, & in cõtinuis doloribus eiulantes, peccatis nostris exigentibus, inimicus nimis prævaluit, vbi sũt qui licitis exorcismis illa opera Diaboli dissoluere

dissoluere valeant? Hoc vnicum ergo supereſſe videtur remedium, vt Iudices eorum insultus ad minus refrenent variis pœnis auctrices maleficas castigando: vnde & infirmis facultas vsitandi maleficas amputabitur. Sed heu nemo percipit corde, omnes quæ sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærentes.

Illa enim malefica in *Richshofen* de qua suprà mentio facta est, adeò assidiuis frequentabatur pro recuperanda sanitate maleficiatis, quòd Comes castri Telonei lucrum habere voluit, ita quòd quilibet maleficiatus in se, vel in sibi attinentibus denarium vnum introitu portæ soluere habebat. Vnde & magnum exinde se habuisse prouentum asseruit.

*Telonium impositum consulentibus maleficam.*

Teste etiam experientia didicimus plurimas tales maleficas per diœcesim Constantiensem existere: non quòd ipsa præ aliis diœcesibus sit infecta, cũ hoc genus infidiæ serpat per omnes diœceses, & heu totum mundum infecisse videtur: sed quia ipsa diœcesis amplius elaborata fuit: Et quidam *Hengst* nomine repertus, qui maiorem concursum & quotidianũ à maleficiatis pauperculis habere cernitur: quem etiã concursum sic oculis nostris perspeximus in villa quadã *Eningen*: quod sine dubio ad quæcunq; loca Beatissimæ virginis, siue Aquisgrani siue ad Eremitas tãtus pauperum concursus non existit, sicut ad eũdem superstitiosum hominem. Nam hyemali & frigidissimo tempore, dum præ abundantia niuium omnis via regia & publica obstruitur, adhuc à circumiacentibus terris ad duo vel tria milliaria, cum magnis hominum fatigationibus frequẽtatur, quibusdã remedia percipientibus, aliis verò minimè: vt reor quòd nũ æquè omnia maleficia dissolui propter varia, vt suprà tactũ est, obstacula possunt. Et hi quidem sub expressa Dæmonum inuocatione maleficia dissoluentes, quòd ad secundũ remediũ illicitum, non tameu sicut primũ.

*Exemplum concursus maleficiatorũ ad maleficum.*

*Remedia superstitionibus constantia cõtra maleficia.*

Tertium verò remedium, quod quibusdam cœremoniis super stitiosis practicatur: non tamen in nocumentum alicuius personæ, aut per manifestos maleficos agitatur, experientia teste per hunc modum.

In ciuitate Spirensi mercator quidam forensis hunc casum sibi accidisse proposuit. In partibus, inquit, Sueuiæ, in castro quodam nobilium me degente quadã die dum pera

cto, prandio, associatus duobus domicellis, solatij causa super pratum incederem, quædam mulier obuiando, dum à remotis adhuc incederet, & à duobus domicellis agnita fuisset, vnus eorum ad me hæc verba protulit: munias te citò signo crucis, & similiter ad idem aliud ab alio latere hortabatur. At ego causam huius timoris inquirens, respõderunt. En peior malefica totius prouinciæ iam nobis obuiam fit: ipsa enim solo visu maleficare homines nouit. Tunc ego stomachando, nunquam tales timuisse me iactitabam: ecce vix verba compleui, & me grauiter in pede sinistro læsum persensi, ita vt sine graui dolore de loco figere pedem non potui aut gressum: vndè & alij concitò è castro per nuncium mihi equum destinandum ad illud reducunt, doloribus autem per triduum augmentatis.

*Etiam non timentes maleficas, maleficiuntur.*

Præfati incolæ, intelligentes maleficio me infectum, quendam rusticum ad spacium vnius miliaris accedunt, & casum proponunt, quem nouerant per artem quandam maleficia tollere. Qui concitò veniens, & pedẽ prospiciẽs, si, inquit, ex vobis contigit naturali defectu, experimẽtum capiam, & siquidẽ ex maleficio accidit, cum Dei adiutorio curabo; sin autem sciùs, remediis naturalibus opus erit insistere. At ego: Si absque superstitione & cũ Dei adiutorio curari potero, libens acceptabo: quoniã cum Dæmone nihil commune habere volo, nec eius adiutorium affectò. Ad idem & ipse villanus respondit, se non velle nisi licita remedia, & cum Dei adiutorio adhibere & curare, dummodò experientia didicisset, hoc per maleficium mihi contigisse: Ad quæ duo assensi: Ille plumbum, vt supra de alia maleficia tactum est, liquefactum in cochleari ferreo supra pedem tenuit, & in scutellã aqua plenam fudit, & subitò diuersarum rerum species proruperunt, ac si spinæ, vel pili, aut ossa similia fuissent intromissa. Iam, inquit, video, quòd infirmitas hæc nõ ex naturali defectu, sed maleficio vobis contigit. At ego, quomodo talia ex plumbo liquefacto scire posset, dum inquirerem. Ecce, septem sunt metalla, ex septem Planetis, & quia Saturnus dominatur plũbo, eius proprietas est, vt si plumbo super maleficium aliquod fusum fuerit, per suum influxum maleficium denũdabit: & bene, inquit, actum est, vt citò remedium adhibeatur, quod tot diebus vos visitare habeo, quæ sub male-

*Quæ de causa plumbum liquefactum, quod supra maleficiatum adhibetur prodat maleficii.*

ficio

ficio stetistis. Et interroganti quot dies elapsi fuissent, iam triduo fassus sum. Vnde & ipse singulis diebus per triduū me visitando, & pedem inspiciendo solùm & tangendo, & cuncta verba penes se ruminando integræ sanitati fugato maleficio me restituit.

Hic certè modus actorem non monstrat maleficum, sed modum superstitiosum. In eo enim quòd Dei adiutorio & non opere Diaboli sanitatem promisit, & hoc, quòd Saturni influxum super plumbum, tanquam ex eius dominio causatum allegauit, irreprehensibilis extitit, & potius commendandus fuit. Sed qua virtute maleficium fugatur, & species rerum in plumbo causauit, sub dubio relinquitur. Nam cū maleficium nulla virtute naturali possit amoueri, licet mitigari valeat, vt inferius de obsessorū remediis patebit, potius videtur, quòd per aliquod pactum, ad minus tacitum, cum Dæmone initum, hoc practicauerit Et dicitur hoc pactum tacitum, quando ad minus actor tacitè in assistentiam Diaboli cōsentit. Per quem modum innumera superstitiosa opera practicantur: licet differēter quoad diuinam offensam, cum in vno opere maior sit creatoris offensa quàm in altero. In eo enim quod de sanitate procuranda certus fuit, & in eo, quod toi diebus quot sub infirmitate extiterat, ipsum visitare habuit, nec aliquibus medicaminibus naturalibus vsus fuit, & tan ē iuxta præmissa ægrotum sanitati restituit, non tam suspectus, quàm vt manifestè deprehensus, ad minus licet nō super expressum initum cum Dæmone pactum, tamen iudicatur, & tanquam pro conuicto habeti, & pœnis ad minus in secundo modo sententiādi infrà contentis, sed puniti debet cum adiuratione solenni nisi leges, quæ in contrarium sentire videntur, ipsum si stentarent: in quo casu quòd ordinarium sit faciendum, in solutionē argumentorum patebit posteà.

*Quid significet pactum tacitum.*

Quartū verò remedium tolerādum, & de quo Canonistæ ad minus intendunt cum certis Theologis, dicitur vanū tantùm & præcisè, puta, quia solùm superstitiosum & non sub aliquo pacto expressio, vel tacito, ex intentione & proposito practicantis operatū Et circo ad minus: quia forte illis si velint etiam tertium remedium huic quarto adiungere, pocius videntur nobis eorum assertioni cedere, quàm contentionibus deferre: Et hoc quidem remedium vanum

*Vanum remediū tolerātur.*

supe

ſuperius exemplificatum de mulieribus quæ vrceolum ſuper ignē poſitum percutiunt, in finem, vt erat maleſica quæ vaccam vbertate lactis priuauit verberetur, licèt fortaſſis talia in nomine Diaboli facere habebant aut fortaſſis ſine eius permiſſione.

Ad idem poſſunt & alia earū geſta adduci. Nā interdum, vbi vaccas huiuſmodi læſas, ad paſcua emittere volunt, explorare etiam ipſam maleſicā nitūtur, tunc braccā viri, vel aliud immundum ſuper caput, aut dorſum vaccæ ponentes: & hoc potiùs feſtiuis diebus & ſacratioribus ipſam vaccam cum baculo fortaſſis iterum ſub tali, vt ſuprà, expreſſione percutiendo expellunt, & tunc vacca recto tramite ad domum maleficæ properat, & cornua in eius oſtium vibrat cū magno eiulatu cōtinuè pulſando & hęc vtiq; Diabolus in vacca operatur tamdiu quòd per alia maleficia ſedatur.

*Bracca viri cornibus vaccæ maleficiatæ impoſita, prodit maleficā.*

Reuera ſecundùm præfatos Doctores talia ſunt toleranda, non tamen memoria vt quidam aſſerere conantur exiſtunt. Cùm enim iuxta Apoſtolum omnia quæ in verbo aut opere facimus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facere præcipimur: licet ibi non ſit expreſſa Dæmonis inuocatio, & tamen eius nominis expreſſio: & iterum licet ibi non ſit intentio per actum aliquod tacitum vel expreſſum talia facere, quia fortaſſis dicet, volo hoc facere ſiue Diabolus intromittat ſe, ſine non, ipſa temeritas, quia diuinum timorem poſtponit, Deum offendit, vnde & Diabolo poteſtatem talia faciendi permittit. Inducendi ergo tales ſunt ad pœnitentiam, & hortandi, vt potius deſiſtant, & ad remedia infra ſcripta, vt ſuperius etiā in parte tacta, per vſum videlicet aquæ benedictæ & ſalis exorcizat, &c. recurrant.

*Inteſtinis cadauerum inteſtina maleficarum affliguntur.*

Simili modo iudicandum de illis, quibus, dum aliquod iumentum maleficio interimitur, & explorare maleficum, aut etiam ſi naturali defectu vel maleficio ſit interemptū, vbi nituntur ad loca, vbi cadauera beſtiarum exorcizantur properant, & inteſtina cadaueris ſuper terram trahendo vſque ad domum deferunt, non autem intrò domum per oſtium ſuper, ſed ſub limine domus ad coquinam trahunt, & igne facto ſuper cratem inteſtina ponunt, & tunc vt ex relatu talia practicatū ſæpiſſimè informati ſumus, ſicut inteſtina calefiūt & ardēt, ita inteſtina maleficæ calore & doloribus crucientur: aduertunt ergo exploratores, vt oſtium

stium domus optimè sit obstrusum,eò quòd præ doloribus maleficа ad introitū habebit carbonē de igne auferre,& tūc omnis cruciatus effugatur.Repertum denique sępius nouimus,vbi introitū habere non poterāt,ex tunc densissimis tenebris domum intus & extra vallabant,cū cōmotione tam horribili & strepitu, vt ex ruina domus omnes se tandem interimi putarent,nisi ostium aperiretur.

Ad idem etiam certa experimenta reducuntur. Nā certi volentes è multitudine mulierum in Ecclesia existentium experiri maleficas,quæ etiam sine eorum cōsensu Ecclesiā diuinis peractis exire non valeāt,tali experimēto insistunt. Nam die Dominica Sotularia iuuenū assungia,seu pinguedine porci,vt moris est,pro restauratione fieri,perungunt, & sic vbi Ecclesiam intrant,tandiu maleficæ exire Ecclesiā non poterunt,quò ad vsque exploratores,aut exeunt aut illis licentiam sub expressione,vt supra,exeundi concedant.

*Puerorum per ūcti calcei indicant maleficas.*

Simile fit etiam per certa verba,quæ annotare non expedit, ne quis per Diabolum seducatur. Nam nec Iudices aut Præsidentes his infallibilem fidem aut opinionem accōmodare debent nisi talis persona alias plurimum esset diffamata, cum sub tali prætextu ille mille artifex etiam innorias infamare posset. Vnde potius auertendi sunt homines à talibus experimentis, & salutares pœnitentiæ iniungendæ,licet interdum tollerentur.

Per hoc patet responsio ad argumenta, quæ concludunt maleficia non esse tollenda,quia primis duobus modis omninò illicitum est tollere tertium remedium secundùm leges,& si toleratur,tamen non paruam super hoc ecclesiasticus Iudex debet habere aduertentiam.Nam quod leges videntur tolerare patet C.de maleficis.l.eorum. vbi sic habetur.Alij autē qui faciunt id ne labores hominum ventorum grandinisque lapidatione sternātur,non pœna, sed præmio digni sunt. Et Antonius in summa de legibus,in quibus ius Canonicū & Ciuile discrepāt,hoc idē allegat. Ex quo videtur,quòd concedunt leges pro conseruatione frugum & iumentorū, & in omnē euentum posse certos homines talia practicantes non solùm tolerare,sed & præmiare.Erit ergo Ecclesiastici Iudicis aduertere, si tantummodo iuxta mentem legis contra grandines & aëris temperiem modis congruis, vt inferius patebit,aut etiam quibusdam superstitiosis

*Leges ciuiles tollerant maleficia maleficiis pelli.*

ſtitioſis procedit. Et tunc, dum inde nullam ſequitur fide ſcandalum, etiam tolerare: ſed reuera hoc nō erit iuxta tertium, ſed quartum modum, & quintum de quo conſequenter tractandum erit de eccleſiaſticis & licitis remediis inferendo interdum de ſuperſtitioſis ad quartum modum pertinentibus; & hoc per capitula ſequentia.

## *Remedium Eccleſiaſticum contra Incubos & Succubos Dæmones.*

### CAP. I.

VIa verò in præcedētibus capitulis primæ queſtionis ſuper modos maleficiādi homines iumēta & terræ fruges tacta ſunt ante omnia ea, quę ipſæ maleficæ erga proprias perſonas practicāt, qualiter videlicet innoxias iuuēculis in augmētū ſuæ perfidię alliciūt, qualis etiā modus ſit profitēdi earū & homagij præſtādi, qualiter etiā infātes proprios aut alienos Dæmonibus offerunt & quomodo localiter transferantur. Hęc inquam & ſimilia remediare quia non eſt poſſibile, niſi vt per ſuos Iudices de medio tollātur, aut ad minus in exemplum omnium futurorum puniantur, ideo de huiuſmodi remediis non ad præſens, ſed in vltima parte operis, vbi viginti modi procedendi & ſententiandi contra & ſuper maleficarum perſonas deducentur tractabitur.

*Quæ remedia vtin maleficis non poſſint.*

Ad præſens tantū ſuper remedia contra earū maleficiales effectus tēdere oportet, & primò qualiter homines maleficiati remediātur, demū qualiter beſtiæ, & vltimò qualiter fruges terræ conſeruantur. De hominibus verò maleficiatis, quò ad Incubos Dæmones vel Succubos, quia ſunt in triplici genere, ſcilicet, earū quę ſe volūtariè Dęmonibus Incubis ſubiiciūt, vt ſūt maleficæ, quia de Succubis quò ad viros non ita voluntariè practicatio reperitur, cùm ex naturali vigore rationis quo viri mulieribus præeminent talia plus abhorrent.

*Triplex genus Incuborum.*

Eſt & eorum qui à maleficis cum Incubis aut Succubis contra eorum voluntatē inuoluuntur, & eſt tertium genus ad hoc præcipuè virginum quarundam quæ contra earum omnino voluntatem ab Incubis Dęmonibus moleſtantur,

de qui

de quibus etiam sæpè præsumitur, quòd à maleficis sic maleficiantur, puta quia Dæmones ad instantiam maleficarum, sicut sæpissimè alias infirmitates immittere solent, ita & Incubos illis personis se facere habent, vt vel sic eos ad suam perfidiam allicere valeant: demus exemplum.

*Succubi ex maleficio immissi.*

Est in ciuitate Constantiæ pauper quidam sic maleficiatus, quòd in præsentia vxoris omnem actum Venereum prout viri cum mulieribus agere solent etiam repetitis vicibus per se exerceat, nec ab illis ad instantiam & eiulatum mulieris auerti potest, quia vno aut tribus actibus expletis verba replicat, volumus iterum de nouo inchoare, cùm tamen nulla persona corporali visu cernatur ei succumbere, fatque vt post diutinas huiusmodi vexationes, pauper ille collisus in terram omnibus viribus destituitur, & dum post aliquarum virium recuperationem interrogatur, quomodo & qualiter ista sibi contingant, & an ne personam succubantem habuerit. Respondere solet, se nihil videre, sed ita mente captiuatum, vt omninò abstinere nõ valeat: Et quidem super hoc maleficium mulier quædam plurimùm habetur suspecta, quòd ei intulerit, eo quòd illi pauperi minata fuerit per verba contumeliosa, quòd ipsum propter displicentiam sibi factam expedire vellet.

Sed leges & executores iustitiæ non adsunt qui saltem super diffamiam & grauem suspicionem in vindictam tanti criminis procederent: putãtes neminem debere condemnari, nisi qui confessione propria, aut trium testium productione legitima conuincatur, quasi in licita facti, aut euidentia semigraues aut violentas suspiciones nullas vtere mentur pœnas: de quibus tamen, modis sententiandi inferius vt præmissum est patebit.

*Quomodo hi, qui ab Incubis vexantur, curentur.*

Defectum verò genere, quo puellæ ab Incubis Dæmonibus molestãtur etiam nostris temporibus referre nimis longum foret, cùm historiæ certæ de similibus existant referæ. Sed cum quanta difficultate alia remediari possint, fatere potest ex his, quæ Tho. Brabantinus circa finem operis sui de apibus de quadam in hunc modum refert.

Vidi, inquit, & ex confessione audiui virginẽ quandã in religione habitã quæ primò dixit se nunquam in concubitum consensisse, per hoc tamen dat intelligere se cognitam fuisse: ego non credens arctaui eam rationibus & duris

com

comminationibus, ſub periculo animæ ſuæ: tandem cum lachrymis confeſſa eſt, ſe prius corruptam mente quàm corpore, & cùm poſteà doleret quaſi ad mortem, confiteretur omni die cum lachrymis, non potuit, tamen ingenio, ſtudio vel arte ab Incubo Dæmone liberari, nec ſigno crucis, nec aqua benedicta, quæ tamen ſpecialiter ad fugandos Dæmones ordinantur, nec etiam ſacramento Chriſti corporis, ipſis quoque Angelis terrifico, donec poſt plures annos oratione & ieiunio piè peractis fugaretur.

Et eſt credibile (ſaluo meliori iudicio) quòd poſtquam de peccato ſuo dolens confitebatur, potius ei concubitus Dæmonis pœna culpæ quàm culpa fuit.

Hæc etiam cum in vigilia Pentecoſtes querularetur apud Chriſtinam in valle Duciſſæ Brabantiæ, monialem deuotam, quæ mihi hoc retulit, quòd non auderet communicare propter Dæmonis importunam vexationem compatiens dixi ei, Chriſtina: Vade, quieſce ſecura, communicatura cras Dominico corpori; in me enim recipiam pœnam tuam. Recedens illa, gaudens dormit in pace, ad orationē de nocte ſurgit mane, cum omni trāquillitate ſacramenta ſuſcepit. Chriſtina autem ſuſceptam in ſe pœnam non pōderans, veſpere quieti ſe dans, audit in ſtatu ſuo quaſi procellam commouentem ſe, & inquietius agitantem, nec ſuſpicans Dæmonē, arrepto collo fugare nititur quicquid eſſet. Decumbit iterum, ſed pauida vexata ſurrexit, & hoc pluries tādem ſenſit: & vidit euerſis ferè ſtraminibus, quòd Dæmonis nequitia vexaretur. Dimiſſo ergo lecto noctem ducit inſomnem, & orare volens, Dæmonis cruciabatur inſultu, & vt dixit, nunquā talia paſſa fuerat. Vnde prædictæ mulieri mane, Renuncio, inquit renuncio pœnæ tuæ: vix enim ſine vitæ diſcrimine, violentiam tentatoris peſſimi euaſi. Qua ex re perpenditur, difficile eſſe huiuſmodi remediare, ſiue maleficio, ſiue abſque eo contingat.

Sunt tamen adhuc aliqua per quæ fortaſſis ipſi Dæmones fugantur, de quibus & Nider in ſuo Formicario. Licet enim, vt ibi fertur, quinque modis valeāt puellæ & viri liberari, videlicet per ſacramentalem confeſſionem & ſanctam exercitationem in crucis conſignatione, vel Angelica ſalutatione, tertio per exorciſmorum applicationem, quarto per certi loci mutationem & per cautam ſanctorū excom

excommunicationem. Et ex præmissis patuit, quòd prima duo moniali non profuerunt, non tamen propterea omittenda sunt; quod enim vni est remedium, non propter hoc sequitur quòd & alteri, ita è conuerso. Nam & Incubos sæpè per orationem Dominicam, aut aquæ aspersionem, vel etiã per Angelicam salutationẽ fuisse repulsos historiæ tradũt.

*Incubi pellun-tur Angelica salutatione.*

Refert enim Cæsarius in dialogo suo, quòd sacerdos quidam postquam se suspenderat, eius concubina Monasteriũ intrauit, & per Incubum ad luxuriam procata est, quem tamẽ per crucis cõsignationẽ repulit, & per aquæ benedictæ aspersionẽ, licet statim postea rediit. Quãdo autẽ Angelicã salutationẽ dicebat, lõgè velut sagitta disparuit & recessit, sed interdum rediit, licet propè eam accedere non auderet.

Item de tertio, videlicet per sacramentalem confessionẽ, patet per eundem Cæsarium, qui dicit, quòd concubina antedicta, cùm iã cõfessa esset purè, in toto derelicta est ab Incubo. Refert idẽ, quòd quidam vir in Leodio passus Incubum, confessione sacramentali finita localiter liberatus est.

Ponit insuper exemplum de quadam inclusa, quam Incubus nec oratione, nec confessione, nec propter aliud spirituale exercitiũ reliquit, quin eius lectum ascenderet, sed cùm ad informationem cuiusdam viri religiosi diceret, Benedicite, statim eam Dæmon reliquit.

*Vis verbi Benedicite.*

De quarto, videlicet loci mutatione, dicit qui prius, quòd filia cuiusdam sacerdotis stuprata per Incubum, & facta ex dolore phrenetica, trans Rhenumque elongata, ab Incubo dimissa est, sed pater eius, quia à loco filiam disposuerat, à Dæmone percussus est, adeò vt moreretur in triduo.

*Mutatio loci mutat Incubos.*

Fit & mentio de quadam, quæ per Incubũ crebrò in lecto vexata proprio, consociam deuotam petiit, vt loco vexatę iaceret, quod cum feciſſet, tota nocte quasdam inquietudines grauissimas sensit, & prior tũc quieta fuit. Notatur etiã à Guihelmo, quòd Incubi plus vexare videtur mulieres & puellas pulchros crines habentes, ideo quia aut curę aut ornatui crinium incumbunt huiusmodi, aut quia per crines viros inflammare cupiunt vel cõsueuerunt, aut quia in eis inaniter gloriantur, aut quia diuina bonitas hoc permittit, vt terreantur mulieres viros inflammare per ea, quæ etiam Dæmones inflammari viros volunt.

*Puella pulcros crines habens magis sentit incubos.*

De quinto, de excõmunicatione, quę fortassis aliquando

eadem est exorcizationi, patet in legenda sancti Bernardi. In Aquitania siquidem mulier ab Incubo sex annis incredibili abusu libidinis vexata audiuit sibi Incubũ, ne ad virum sanctum, qui venturus erat, appropinquaret minãtem. Nihil, inquit, tibi proficiet: sed eo recedente, tuus crudelissimus ero persequutor, qui hactenus tuus amator extiti. Quę cùm virũ sanctũ Bernardũ inuocaret, respondit. Tolle meũ baculũ, & lecto tuo infige, & faciat malignus, quod potest. Hoc cùm fecisset, Dæmõ camerã fœminæ nõ est ausus intrare, sed foris minabatur atrocissimè, se eam velle persequi, Bernardo recedente. Quo per fœminam audito, conuocat populũ B. Bernardus, omnes iubet accensas candelas gestare in manibus, & Dæmonem cum vniuerso, qui aderat cœtu, excommunicauit, ac ne ad illam, vel aliam deinceps accessum habeat, interdixit, & ita ab illa pœna liberata est.

*Baculus San. Bernardi liberat ab Incubo.*

Verum hîc notandum, quòd potestas clauium concessa Petro & suis successoribus, quia sonat super terram, & tantum pro viatoribus hęc iurisdictionis potestas, sit in remedium Ecclesiæ cõcessa, mirum videtur, quòd & aëreæ potestates hac iurisdictione valeant arceri. Sed dici potest, quòd quia personæ quæ à Dæmonib. molestantur sunt sub iurisdictione Papæ & clauium, non mirum, si per indirectum huiusmodi potestates vigore clauium arceantur, sicut etiã indirecta animas potestate clauium à pœnis purgatorij ignis absoluere potest: non obstante, quòd potestas illa sonat super terram, & animæ sunt sub terra.

*De potestate clauium Petri quæ sonat super terram.*

De potestate etiam clauium concessa capiti Ecclesiæ, scilicet vicario Christi, non est tutum disputare, cùm notum sit, quòd tanta potestas sit à Christo Ecclesiæ & eius vicario concessa, quanta puto homini concedi à Deo potuit, & hoc in vtilitatem Ecclesiæ.

Piè etiam æstimari potest, quòd si ægritudines à Maleficis virtute Dæmonum inflictæ excommunicarentur cum ipsis Maleficis auctoribus, & Dęmonibus, non adeò in ipsos infirmos sæuirent & quòd citius liberarentur adhibitis super hoc & aliis exorcismis licitis.

In partibus denique Athisis vulgaris est narratio simul & aliis in locis, quòd dum diuina permissione locustæ volantes cum ingenti multitudine vineta, frondes, segetes, & cũcta virentia eradicarent, huiusmodi excommunicatione &

*Locustæ arcẽtur excommunicatione.*

maledictione

maledictione fugatæ, & subitò interemptæ fuerunt. Quòd si sanctificato viro quis ascribere velit, & non virtuti clauium, sit in nomine domini: vnum pro certo habemus, quòd nec virtus miraculorum, nec potestas clauium gratiam gratum facientem de necessitate præsupponunt: cùm vtrumque ex gratia gratis data procedat.

Est & iterum notãdum, quòd vbi nullum prædictorum remediorum iuuat, quòd tũc ad exorcismos licitos sit recurrendum: de quibus inferi' patebit. Quia etsi hi ad fugãdum Dæmonis nequitiam non sufficiant, tunc reuera talis vexatio Dæmonis est pœna pro peccatis satisfactoria, si prout oportet sustineatur in charitate, sicut & alia mala huiusmodi, quæ nos hîc premunt, ad Deum ire compellant.

Verùm etiam aduertendum, quòd interdum aliquæ in veritate per Incubum non vexantur, sed tantummodò ita se vexari putant: & hoc quòd mulieribus præcipuè, & non viris, cùm aliàs sint timidæ, & mirabilium formarum in imaginatione susceptiuæ.

*Mulieres mirabilia imaginantur.*

Vnde & Guilhelmus sæpè allegatus. Multæ, inquit, de apparitionibus phantasticis, ex morbo melancholico in multis fiunt, & in mulieribus maximè, sicut apparet de visionibus & reuelationibus. Et causa in hoc est, vt norunt Medici, ipsa natura muliebrium animarum, eò quod longè facilioris & leuioris impressionis sunt, quã animæ viriles: Et subdit ibidem, Scio me vidisse mulierem, quæ credebat se agnosci ab intus à Diabolo, & talia incredibilia se sentire dicebat.

*Oua formicarum faciunt intumescere aluum.*

Nonunquam etiã impregnatę sibi videntur mulieres ab Incubis, & intumescunt vehementer ventres earum, & cùm partus tempus aduenerit, sola emissione multæ ventositatis detumescunt. Nam de ouis formicarum in potu sumptis, incredibilem ventositatem & tumultum in ventre generant hominis. Similiter de granis catapuciæ, & de granis arboris, quæ dicitur nigra pinus, consimilia in ventre fiunt. Facillimum est autem Dæmoni similia & maiora in ventribus hominum procurare. Hæc addita sunt, vt non facillimè quis mulierculis fidem adhibeat, sed illis duntaxat, super quibus experimenta fidem fecerunt, vt de illis, qui didicerunt in propriis lectis, vel alio modo condormientibus, per experientiam talia vera esse.

*Remedia pro illis qui circa vim generatiuam maleficiuntur.*

## CAPVT II.

*Viri plus maleficiuntur quàm fœminæ.*

LICET mulieres in maiori numero sint Maleficæ quàm viri, vt prima parte operis ostensum est, tamen viri plus maleficiuntur: & huius ratio est: quia cùm Deus plus permittit super actum Venereum, per quem primum peccatum diffunditur, quàm super alios actus humanos: sicut & per serpentes, quæ magis incantationibus deseruiũt quàm alia animalia, eò quòd fuerit Diaboli primum instrumentum: & cùm actus ille Venereus plus & faciliori modo potest maleficiàri in viro quàm in muliere: ideò. Et quidem patet quod tactum est, nempè cùm quinque modis Dæmon in generatiuam potẽtiam possit agere, & illi modi citius procurãtur in viris.

Remedia adhibenda super vnumquẽque modum iuxta possibilitatem sunt deducenda: & ille, qui vitiatus est in tali potentia, attendat sub quo modo suum maleficium contineatur. Sunt autem quinque modi iuxta Petrum de Palude in suo 4. distin. 34 in processu huius maleficij.

Nam Dæmon ex hoc, q̃ est spiritus, habet potestatẽ super creaturam corporalem, Deo permittente, & ex conditione naturæ suæ, præcipuè ad motum localem, vt illum prohibeat, vel vt promoueat: Vnde per hanc potestatẽ possunt corpora viri & mulieris impedire, ne sibi appropinquent, & hoc directè vel indirectè. Directè quando vnum elongaret ab altero, vel non sineret ad alterum appropinquare. Indirectè, quando aliquod impedimentum procuraret, vel quando se interponeret in corpore assumpto: sicut

*Quidam desponsat idolũ.*

cuidam inueni pagano acciderat, qui Idolum desponsauerat, & nihilominus contraxerat cum quadam iuuencula, nec propter hoc poterat eam cognoscere, vt suprà patuit.

Secundo modo, vbi hominem inflammaret erga vnam, refrigeraret erga aliam, & hoc posset occultè procurare per applicationem quãdam herbarum aut aliarum rerum, quas optimè nouit ad hoc validas.

Tertio modo, vbi æstimationem viri aut mulieris turbaret, qua redderet vnam personam alteri exosam, quia vt suprà patuit in prima parte operis, potest imaginationem imprimere.

Quarto

Quarto modo, reprimendo vigorem membri, qui ad fructificationem necessariò requiritur, sicut & motum localem cuiuscunque organi reprimere potest.

Quinto, prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generationis descendant, vel ne ab illis viis recedat, vel ne excidatur, vel emittatur.

*Quomodo potentia coëundi internoscēda.*

Quòd si quis dicat, nescio sub quo modo maleficiū mihi illatum cōtineatur, vnum scio, quòd generatiua potentia erga vxorem meam careo. Respondeti potest, si potens est ad alias mulieres, non autem ad propriam, tunc sub secundo modo: quia de primo modo certificaretur Succubū Dæmonē, id est, quòd per Dæmones Incubos & Succubos deluderetur. Item si vxorem non habet exosam, & tamen non potest ipsam agnoscere, sed benè alias, tunc iterū manet sub secundo modo: si autem habet exosam, & non potest agnoscere, tunc sub secundo & tertio modo continetur. Itē si nō habet exosam, vellet autē cognoscere, sed non habet vigorē mēbri, tunc sub quarto modo. Si verò habet vigorē mēbri, sed non haberet excisionē seminis, tunc sub quinto modo. Modus ergo curandi patebit, vbi declaratur, si æqualiter in charitate & extra charitatem existentes, his maleficiari valeāt: & quidem quòd non: dēpto quarto modo, qui tamen etiam rarissimè. Accidere enim potest, qui in gratia & charitate existit sic declaratur, tamē lectori præsupponitur, quòd loquimur de actu coniugali inter matrimonialiter coniunctos, quia aliàs implicaretur: cùm omnis actus Venereus extra matrimoniū est peccatum mortale, & non nisi ab his, qui extra charitatem existunt, exercetur.

*Contra libidinosos accepit Diabolus potestatem.*

Nam cū asserere oporteat ex totius scripturæ sacrę traditione, quòd Dæmones magis permittuntur à Deo sęuire in peccatores quàm in iustos. Licet legatur ipsum iustissimū Iob fuisse percussum, hoc tamen non fuit singulariter super potentiā generatiuā, nec etiam directè: ideò dicere oportet, q̄ quibuscūq; talia maleficia inter matrimonialiter cōiunctos cōtingūt, signū est, quòd vel ambæ personæ, vel altera extra charitatem existat, & quidem fundamentum huius ex scripturis deducitur, auctoritate & ratione. Nā Angelus dixit Tobiæ in illos, qui libidini vacant, accipit dæmon potestatem: Liber Iob demonstrauit, vbi septem

viros virginis Saræ occiderat.

Item Cassianus collat. patrum definit & B. Antonius, nullatenus posse Dæmonem mentem cuiusque vel corpus inuadere, nisi eam prius destituerit omnibus cogitationibus sanctis, ac spirituali contemplatione vacuam nudamq; reddiderit. Hæc verba vt quæ applicari possunt super maleficium corporis, vniuersaliter super totum corpus, cùm Iob tali maleficio percussus, non tamen nudus diuina gratia fuit, sed particulariter, quando videlicet particulare maleficium ratione alicuius peccati accidit corpori: Et hoc quidem non potest esse, nisi peccatum incontinentiæ. Ratio. Nam vt dictum est, propter fœditatem illius actus, & quia per ipsum primum peccatum diffunditur; Deus plus permittit super ipsum, quàm super alios humanos actus: ergo & inter matrimonialiter coniunctos, vbi diuino auxilio propter peccatum destituuntur, amplius circa illam vim generatiuam maleficiari à Deo permittuntur.

Quòd si quæritur, cuiusmodi sint illa peccata, dici potest: quòd peccata incontinentiæ quæ inter cognatos cùm varia sint, iuxta illud Hieronymi, & habetur in textu: Adulter est in propriam amator ardentior, simul & huiusmodi amatores amplius in prædictis maleficiuntur.

Remedia ergo Ecclesiastica sunt duplicia: Vnum in foro contentioso, alterum in foro conscientiæ practicatur. Primũ, si in iudicio allegatur in potẽtia ex maleficio illata, tunc distinguendum est: quia talis impotentia, aut est temporalis, aut est perpetua. Si temporalis, non impedit. Tunc autem præsumitur esse temporalis, quando infra spatium trium annorum cohabitantes, & quantum possunt operam dantes, siue per Ecclesiastica sacramenta, siue per alia remedia sanari possunt. Si verò non sanetur aliquo remedio, ex tunc præsumitur esse perpetua.

*Impotentia aut est tẽporalis, aut perpetua.*

Item aut præcedit matrimonij contractionem & cõsummationem, & sic impedit contrahendum, & dirimit iam contractum, & sequitur matrimonij contractionẽ, sed non consummationẽ Et est cõmunis modus maleficiãdi viros, quando spernunt amasias: tũc enim quia sperabant se matrimonialiter copulare & defraudantur, inferunt maleficia viris, vt ne aliis cõmisceri valeãt. In tali enim casu, vt aliqui dicunt, dirimitur matrimonium iam contractum, nisi sub

*Quæ impotentia matrimonium dirimat.*

conti

continentia cohabitare velint, vt Maria & Ioseph. Et habet pro se Can. dicitur enim. 23. q. 1. quòd coniugiũ confirmatur officio, s. carnis, vt dicit gl. Et parum pòst dicitur, antequam confirmetur impossibilitas officij soluit vinculum cõiugij. Aut sequitur matrimonium confirmatum, & tunc vinculũ matrimoniale nõ dirimit. Plura alia à Doctoribus notantur, sed quia non præcisè sunt præsentis speculationis (notãtur autem in variis scriptis Doctorũ, vbi de maleficiali impedimento tractant, ideò hîc est supersedendum.

Tantummodò, si quis difficultaret, quomodo actus ille possit impediri respectu illius mulieris, & non respectu alterius. Respondit Bonauen. hoc est, vel quia fortilegus ad hoc respectu personę determinatæ Diabolum inuitauit, vel quia Deus respectu personę cuiuslibet impedire non permittit. Occultum iudicium Dei hîc latet, vt in vxore Tobiæ. Qualiter autem Diabolus hoc facere possit, patet ex præmissis. Dicit tàmen hîc Bonauen. quòd impedit generationem, non impedimento intrinseco lædendo organũ, sed extrinseco impediendo vsum: & est impedimentum artificiale & non naturale: & ita potest impedire ad vnam, & nõ ad alias: vel tollendo exercitationem concupiscentiæ ad illam vel aliam: & hoc per virtutem propriam, vel per herbã, vel per lapidem, vel per aliquam creaturam occultam, & satis concordat cum dictis Petri.

Remediũ verò ecclesiasticũ in foro conscientiæ traditur 33. q. 8. Si per sortiarias. vbi sic dicitur: Si per sortiarias atq; maleficas artes nonnunquã occulto iusto Dei iudicio permittente, & Diabolo præparante concubitus sequitur, hortãdi sunt, quibus ista eueniunt, vt corde cõtrito & spiritu humiliato, Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis purã cõfessionẽ faciãt, & profusis lachrymis, & largioribus eleemosynis & operationibus atq; ieiuniis Domino satisfaciãt. *Ecclesiasticũ remedium optimum.*

In quibus verbis notatur, quòd tantũmodo propter peccata & extra charitatem existentibus talia contingunt. Sequitur & per exoreismos ac cætera Ecclesiasticæ medicinæ munimina ministri Ecclesiæ, tales quantum annuerit dominus, qui Abimelech & domum eius Abrahæ orationibus sanauit, sanare procuret. *Abrahæ precatio sanat impotentiam Regis Abimelech.*

Vnde summariè dicere possumus, quòd quinque sũt remedia quæ salubriter à malefaciatis licitè applicari possunt, vi-

delicet sanctorum aliquorum licita peregrinatio,& ibidem peccatorum suorum cum contritione vera confessio, signi crucis, orationis deuotæ multiplicatio,per verba sobria licita exorcizatio,quæ qualiter fieri debent, inferius patebit. Et causa maleficij oblatio facit ad hoc, quod suprà de Comite tactum est,qui per triennium sibi matrimonialiter copulatam virginem cognoscere non potuit.

*Remedia contra maleficiatos super amorem,vel odium inordinatum.*

## CAP. I

SIcut maleficium in potentia generatiua, ita & philocaptio & odium, in voluntate causantur. Expedit primo de eius causa, & tantum, quantum possibile est de eius remediis transcurrere.

*De Philocaptione.*

Philocaptio igitur seu amor inordinatus vnius ad alterum,triplici ex causa oriri potest. Aliquando ex sola incautela oculorum,aliquando ex tentatione Dæmonũ solùm, aliquando ex maleficio Necromãticorum, & Maleficarum simul & Dæmonum.

1. *Concupiscẽtia est mater peccati.*

De primo dicitur Iacob. 1. Vnusquisque tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus, deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit,generat mortem. Sic Sichem,cùm vidisset Dinam exeuntem ad videndum mulieres regionis illius, adamauit eam,& rapuit, & dormiuit cum ea, & conglutinata est anima eius cum ea. Et Gen. 34. secundum gl. infirmæ animæ sic accidit,quando postpositis propriis aliena negotia curat,seducitur consuetudine,& fit vna vnitate consensus cum illicitis.

2. *De eodem ijsdem verbis supra pag. 117.*

De secũdo quòd oriatur ex tentatione Dæmonũ principaliter: Sic Amõ sororem Thamar speciosissimam, adamauerat,& deperierat in ea validè,ita vt propter amorem eius ægrotaret 2. Reg. 14. Non enim in toto tam corruptus esse potuit mente,vt in tantum facinus stupri prosiliret, si non grauiter à Diabolo tentatus fuisset. De hoc etiam genere amoris refertus est liber sanctorum Patrum,qui refert,omnem tentationem etiam carnalis amoris sibi in eremis subtra

ſubtraxiſſe. Quidam tamen, vltra quàm credi poteſt, amore mulierum tentabantur aliquoties, vnde & 2. Cor. 12. Apoſtolus dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet, vbi gl. tentando per libidinem, datus eſt mihi ſtimulus.

*S. Paulus libidinibus ſtimulatur.*

Aiunt quidam, tentatio autem cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis, hoc intelligitur de tẽtatione, quæ ab hoſte non à carne: quia peccatum eſt veniale, etiamſi ei non conſentiatur. De his varia exempla leguntur in variis locis.

3.

*Amor hæreos vnde proueniat. per Hæreos græcum vocabulum Ερως intelligunt, quod amorem deſignat.*

Detertio, quòd amor inordinatus proueniat ex maleficiis Dæmonũ & Maleficarum, poſſibilitas huius maleficij ſupra in quæſtionibus primæ partis, an Dæmones per Maleficas mentes hominũ ad amorẽ vel odium immutare, & incitare valeant, ad longum deducitur, per varia etiam geſta, & acta à nobis reperta comprobatur: imò inter omnia maleficia nimium propter ſui generalitatem reputatur.

*De inſanis amoribus.*

Quòd ſi quæritur: Petrus philocaptus amore talis, &c. neſcitur an primo, ſecundo aut tertio modo. Reſpondetur, odium inter coniugatos cum crimine adulterij, etſi operatione Dæmonum fieri poſſit, vbi tamen viſco carnalis cõcupiſcẽtiæ amoris quis adeò inuoluitur & ſuccẽditur, vt nulla confuſione, verbis, plagis, aut factis, ad reſiſtẽdum cogi valeat. Item vbi quis ſæpè pulchriorem dimittit vxorem & turpiſſimæ adhæret. Item vbi nocturno tempore nec quieſcere valent, ſed ita dementantur, vt per deuia quæque incedere habeant. Optimates, prælati, & alij diuites ſæpiſſimè his miſeriis inuoluũtur. Et quidem hoc tempus muliebre, de quo Hildegardus (vt Vincen. in ſpec. hiſtor. refert) prædixit, quòd non tandiu durabit, quantum hucuſque perſtitit: cùm iam mundus plenus ſit adulterij, præcipuè in optimatibus. Et quid opus ſcribere de remedijs, qui remedia abhorrent? Tamen vt pio lectori ſatisfiat, aliqua breuiter tangamus ſuper philocaptionem ſine maleficio.

*Hodiernum ſeculum fertur muliebre.*

*Remedia contra amore non prouenientes ex maleficio.*

Auicenna ſeptem remedia ponit, quando videlicet perſonam ægrotare facit, ſed parum iſta noſtræ ſpeculationi, niſi quantum myſticè animæ languenti deſeruiũt. Dicit enim ille, quòd ex variatione pulſus, & ad nominationem amatum ibi radix ægrotationis habetur, tunc ſi lex ſuſtinet, fiat cópula per matrimoniũ: quia ſic ſanãtur cùm obeditur

naturæ: Aut fiat applicatio medicinaliū, de quibus ibidem tractat & docet: Aut vt ægrotus amorē suū de dilecto per licita remedia ad aliud diligendū cōuertat, quod prior præeligere debet, & ita fugere præsentiam, quia sic distrahitur animus. Aut etiam si corrigibilis est, tribuletur & dehortetur, quòd opus amoris est maxima miseria. Vel dirigātur ad ipsum, qui quantum cum veritate & Deo possunt, vituperēt corpus & dispositionem delicti, & mores cum transfiguratione facierum turpi seu difformi. Vel saltem vltimo, vt occupentur in rebus arduis, & distractiuis officiis.

Reuera sicut animalis homo per huiusmodi remedia sanatur, ad spiritualem singula capiendo interiorē hominem reformabunt: obediatur legimentis potius quàm naturæ, conuertat amorē suum ad certas delicias, recordetur, quàm momentaneum sit quod delectat, & æternū quod cruciat, quærat delitias in illa vita, vbi sic inchoātur, quòd nunquā finiuntur, cuius qui amator esse voluerit, & istam perdet, & illā modo inueniet, & æternis ignibus deputabitur. ecce tria damna irrecuperabilia ex amore insano prouenientia.

*Amore capti sunt exercizandi.*

Super philocaptionē verò ex maleficio remedia in præcedenti capitulo tacta, non inconuenienter & hīc applicari possunt: præcipuè autem exorcizatio per sacra verba, quam sibi ipsi facere taliter maleficiatus potest. Quotidie autem Angelum sanctum sibi ad custodiā à Deo deputatum inuocet, puta confessione, sanctorum limina, præcipuè autem beatissimæ virginis frequentet, & sine dubio liberabitur.

*Virtutum armis illiciti amores sunt debellandi.*

Sed quam vituperabile, vt barbari homines donis naturalibus, & virtutum armis abiectis, seipsos tueri renuunt: cùm puellulæ sæpissimè inuicta infirmitate huiusmodi maleficia his armis propulerunt: in quorum commendationem vnum è multis in medium producamus.

*Exemplum sacerdotis, qui virginem frustra maleficijs ad amorem prouocauit.*

Fuit in rurali villa quadam prope Lindauliam Constan. diœcesis, virgo adulta, facie pulchra, & elegātior moribus, in huius aspectu captus quidam vir leuis moribus, clericus ferè solo nomine, vtinam non sacerdos, qui vultus suæ mentis vltra celare non valens, venit ad laboratorīū dictæ virginis, & honestis verbis se rete Dæmonis exhibens primò tādem ad amorem sui virginē ausus est, verbis dūraxat prouocare animū, quod illa diuino instinctu percipiens, intacta mēte & corpore, respōdit viriliter. Domine cū verbis talibus

talibus domum meã nolite frequẽtare, alioquin repulsam sustinebitis, verecundia mediãte. Cui ille : Et si me diligere modò renuis verbis dulcibus monita, nunc post modicum coacta operibus me amabis, tibi promitto. Erat vir ille suspectus incantator, & de maleficio. Sed verba hæc virgo pro vento habuit nec scintillam amoris carnalis ad virum in se sensit pro tunc, sed euoluto non multo tẽpore, imaginationes amorosas de viro illo prædicto cepit habere. Quod illa percipiens, diuinitus inspirata, ad matrẽ misericordiæ confugit, & pro auxilio à filio impetrando deuotissimè implorauit, & statim honestã societatem requirens, peregrinari cepit ad locum Eremitarum; sic enim nominatur Ecclesia in honorem ipsius genitricis miraculosè consecrata in præfata diœcesi. In qua sacramẽtaliter cõfessa, ne in ea aliquid inuenire posset malignus spiritus, & ad ipsam matrẽ pietatis precibus fusis, protinus omnis cessauit hostis machinatio, ita vt eam postmodum nunquam tãgeret.

Supersunt tamen adhuc & cordati viri, à Maleficis mulierculis importunè super huiusmodi sollicitati, quasi nequaquam à philocaptione earum se continere possent, qui tamen viriliter resistentes, quantum sæ vltrò pulsare illecebris imaginationibus sentirent, tamen etiam per præsidia præmissa cuncta machinamenta Diaboli superarent.

*Exemplum constantis casti iuuenis.*

Et verè speculum huius pugnæ quidam iuuenis prædiues in oppido *Isbrug* qui quantum à maleficiis pulsatus fuit, nec calamo exarare quis posset, semper virilem animum gerens, per præfata remedia intactus euasit. Quare & meritò concluditur, præfata remedia contra huiusmodi morbum esse certissima, itam quod certissimè liberentur, quicunque his armis vtuntur.

Et quòd de amore inordinato hoc, & de odio inordinato, cùm oppositorum eadem sit disciplina, intelligendum est: Licet æqualis in modo maleficiandi cùm sit differentia, etiam aliud remedium illa persona, quæ odio habetur requirere debet. Ipse enim qui odio habet & in corde defert, non de facili, si adulter est, ad amorem vxoris, etiam per quascunque peregrinationes flectitur.

Et quia relatu Maleficarum compertum est, quòd per serpentes huiusmodi maleficia ad odiũ procurantur, eò quòd dum primum inditamentum erat Diaboli, & in sui

*Malefici procurant odia per serpentes.*

male

maledictionem recepit inimicitiam inter ipsum & mulierem: ideò & tales inimicitias ex ipsis procurare satagunt, ponendo pellem aut caput serpentis sub limine ostij cameræ, aut domus, vnde & omnes anguli domus sunt perquirendi & innouandi, quò ad inhabitationes, quantum possibile est: vel alienas inhabitare domos.

*Migratio in alias ædes admonet maleficia.*

Et quidem cùm dictũ sit, quòd seipsos maleficiati exorcizare valeant, intelligitur quòd verba sacra, benedictiones & carmina, secum deferre in collo poterunt, siquidem legere, aut seipsos benedicere, nescirent, quæ tamen qualiter facienda sint, in sequentibus patebit.

*Carmina in collo gestãda.*

*Remedia super eos, quibus virilia membra præstigiosa arte auferuntur, & vbi interdum in bestiales formas homines transmutantur.*

## CAPVT IIII.

SVper eos, qui præstigiosa arte illuduntur, & se virili membro carere, aut in bestiales formas transmutatos esse putant, quibus remediis subleuari valeant, ex præmissis satis euidenter elicitur. Nam cùm tales omninò diuina gratia destituantur, quod præcipuum in maleficiatis existit fundamentũ, non possibile, vt ferro manente in vulnere, emplastrum curatiuum apponatur. Expedit ergo vt per veram cõfessionem Deo ante omnia reconcilientur. Demùm quia, vt suprà, in secunda parte operis, in capitulo septimo tactum est, talia membra nunquam in veritate euelli, aut segregari à corporibus, sed tantummodo præstigiosa arte occultari ad sensum tactus & visus. Patuit etiam, quòd huiusmodi illusiones in gratia constitutis, non ita faciliter, nec actiuè, nec passiuè contingunt, vt videlicet eis membra auferantur, aut quòd in eorum visiua potentia, quasi aliis sint ablata deludantur: ideò & remedium in eodem capitulo exprimitur cum ipso morbo, vt videlicet quantum possibile sit, cum ipsa Malefica amicè se componant.

*De transmutatione hominũ in bestias.*

Super eos denique, qui in bestiales formas se trãsmutatos esse putant, sciendum quòd hoc genus maleficij, nõ tã in occidentalibus sicut orientalibus regnis practicatur, intelligo

cellige quò ad ſecundas perſonas, licet quò ad proprias Maleficarum perſonas, hoc ſæpius apud nos viſum fuerit: ipſas videlicet Maleficas in effigiis animalium oculis intuentium ſe obieciſſe, vt ſupra capitulo octauo deductum; quare & remedia quæ in tertia parte operis deducentur, ſuper exterminium videlicet Maleficarum per ſeculare brachium forent applicanda.

*Quomodo mutati in beſtias ſe ſaluent in oriente.*

Et quidam quomodo oriẽtales huiuſmodi illuſiones remediare ſolent, ſic deducit. Nam ex militaribus fratribus ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani in Rhodis veridica relatione plura de his percepimus. Præcipuè autẽ quod in ciuitate Salamina regni Cypri talis caſus accidit. Nã cùm ibi portꝰ ſit maris, & nauis quędã onuſta mercimoniis applicãdo peregrinis nauim exeuntibus, vt quiſq; victualib. ſe muniret, iuuenis quidã ex eis robuſtus domum cuiuſdã mulieris extra ciuitatem ſupra littus maris ſituatã acceſſit, & an oua haberet ad vendendũ à muliere ſciſcitabatur. At mulier cernens iuuenẽ robuſtũ, forenſem & alienum à patria, vnde minor de eo ſuſpitio apud intraneos ſuper eius perditione oriri poſſit: expecta, inquit, paululum, & iuxta optata ſingula recipies. Et dũ morã faceret, clauſa in interiori parte domus, iuuenis ab extra, vt eum quantotius expediret, ne nauem eum negligere contingeret, clamare cepit: tũc mulier aliqua oua attulit, iuueni tradidit, & in caſu quo nauem neglexiſſet, ad eã rediret, ipſi iniunxit. Veloci igitur curſu ad nauẽ quæ in littore maris erat, properauit, & ante ingreſſum eò, quòd necdum alij ſocij omnes conuenerãt oua comedere & ſeipſum reficere ſtuduit: Et ecce poſt horã mutus, effectus, & quaſi mẽte deſtitutus: vt poſt ipſe referre ſolitus erat, de ſeipſo admirans, quidnã ſibi accidiſſet, coniicere non poterat: Volens ergo nauim intrare ab inmorãtibus baculis verberatus repellitur, cunctis acclamãtibus: Ecce, ecce, quidnã in aſino? maledicaris beſtia, num & tu nauim intrabis? Repulſus ſic iuuenis, & verba illorũ, qui ipſum aſinũ affirmabãt, intelligens, apud ſe ruminabat, & ꝙ maleficio mulieris infectus eſſet, cogitare cepit, præcipuè in eò ꝙ nullum verbũ formare poterat, cùm tamẽ ipſe omnes intelligebat: Et dũ rurſum nauim aſcendere tentaret grauiotibus cæſus verberibus, ipſum amaro corde remanere, & receſſum nauis conſpicere opus erat.

*Mira res geſta, de homine in aſinũ mutato.*

Huc

Huc illucq; discurrens cùm omnes ipsum asinum æstimabant, necesse erat, vt tanquã bestia ab omnibus tractaretur. Compulsus igitur ad domũ mulieris rediit, cui ad placitũ pro conseruatione vitæ suæ vltra triennĩ seruiuit, nil operis faciẽs manibus, nisi necessaria domus in lignis & bladis apportans: etiam quæ exportanda erant tanquã iumentum deportabat, hoc consolationis relicto, vt licet ab omnibus aliis iumentum reputaretur, ab ipsis tamen Maleficis coniunctim vel diuisim morantibus, vt verus homo humanitus conuersando in incessu, statu & habitu agnoscebatur.

*Quomodo hominibus in iumenta conuersis onera imponantur*

Quòd si quæritur, quomodo onera ipsi tanquã iumento imponebantur. Dicendum quòd sicut narrat Augustinus de mulieribus stabulariis, quæ hospites conuertebant in iumenta onera portantia lib. decimooctauo, cap. 17. de ciuitate Dei: & de patre Præstantij qui se caballum seu equum fuisse, & annonam cum aliis animalibus baiulasse narrauit, vtique ex illis actis de præsenti iudicamus: ita quòd triplex deceptio præstigiosa arte fiebat.

Prima quò ad homines iuuenem non vt hominem, sed vt asinum intuentes. Quod qualiter Dæmones faciliter procurare possint, supra 8. cap. patuit. Secundò quoà illa onera non fuerunt illusoria, sed vbi vires iuuenis excedebant, Dæmon inuisibiliter deferebat: Tertiò quod sibi dum inter alios conuersabatur, iuuenis etiam iumentum videbatur in imagine duntaxat & æstimatiua potentia, quæ sunt affixæ organis corporalibus: non autem in ratione quæ non adeò erat ligata quin se hominem sciebat, sed arte magica delusum, vt tanquam bestia æstimaretur: sicut & de Nabuchodonosor idem exemplificatur.

*Missa conspectio immutat Asinum in hominem.*

Triennio igitur sic elapso, in quarto, scilicet, dum quodã die ante meridiem ciuitatem præfatã intrasset, & mulier à longe sequeretur: contigit quãdam Ecclesiam, in qua diuina celebrabantur, iuuenem sic maleficiatũ præterire audiẽs nolam campanæ, (cùm more Latinorum & non Græcorũ in illo regno diuina peragantur) pro eleuatione corporis Christi ad Ecclesiam se conuertit & intrare dum propter verbera & expulsionem non auderet, à foris genua & crura posteriora in terram fixit, & anteriores pedes, id est, manus, simul iunctas eleuans ex capite asinino, vt putabatur, sacramentũ in eleuatione intuetur. Quod prodigium dum certi

certi Ianuenſes mercatores conſpexiſſent, mirãtes aſinum ſequentur, & inter ſe de miro opere conferentes, ecce Maleſica cum baculo aſinum inſequitur. Et quia, vt præmiſſum eſt, huiuſmodi maleficia illis in partibus plurimum practicantur, ad inſtantiam mercatorum per Iudicem aſinus cum Maleſica capitur interrogata & quæſtionibus expoſita, crimen fatetur, & vt ad domum redire valeat, iuuenem reſtituere ſuæ formæ promiſit: dimiſſa igitur & domum regreſſa, iuuenis ad priſtinam formam reducitur, & ipſa denuò capta debitam vltionem pro commiſſis ſuſcepit, & iuuenis ad propria cum gaudio remeauit.

*Hoc eſt Genuenſes.*

*Remedia contra obſeſſos ex maleficio.*

## CAPVT. V.

QVòd interdũ ex maleficio Dæmones quoſdam homines ſubſtantialiter inhabitant, ſuprà c. 9. ſatis patuit: quibus etiã de cauſis: quia noa ſolùm pro grauibus criminibus propriis, imò interdũ pro proprio ſuo maiori merito: aliquando pro alieno leui delicto: aliquãdo pro ſuo veniali peccato: aliquãdo pro graui alieno peccato, & aliquãdo pro alieno facinore proprio pro quibus etiã diuerſè diuerſimodè poſſidentur, quidam plus, alij minus, vt etiã Nider in ſuo Formicario recitat. Nõ mirum ſi maleficio, ſeu ad inſtantiam Maleficæ Dæmon Deo permittente, hominem ſubſtantialiter, modo quo ibi declaratur, quod videlicet per ſubſtantiam ſit intelligendum, inhabitet.

Quibus autem remediis liberari poſſint, quòd videlicet per exorciſmos Eccleſiæ, & cùm hoc vera contritione, vel etiam confeſſione, vbi pro mortali quis eſſet obſeſſus, patuit ex ibidem deductis, & ex illius ſacerdotis Bohemi liberatione. Sed quòd vltra hæc duo remedia etiam tria alia valeant ſuffragari, videlicet Euchariſtiæ ſacra communio, ſanctorum locorum applicatio, vel bonorum oratio & excommunicationis abſolutio, præfati Doctoris diſcurſu, quem etiam deducere exeedit, cùm non omnes neceſſariorum tractatuum copiam habent.

*Sacram communionẽ ſaluare obſeſſos à maleficio.*

Nam de ipſa ſacra communione, Caſſianus colla. abba. prima

prima loquitur in hæc verba: Communionẽ sacrosanctam, nequitiæ spiritibus traditam, à senioribus nostris, nũquam meminimus interdictam: Quinimo etiã, si posset eis quotidie impartiri, eam etiam debere censebãt: quæ ad purgationem ac tutelam corporis animæq; peruenire credenda est, & quæ ab homine percepta, eum qui in membris eius insidet spiritum seu in ipsis latitare conatur quodam exurẽs fugat incendio: Hoc namque modo curatum Abbatem Andronicũ nuper aspeximus: insultabit offenso cùm eum à cœlesti medicina viderit segregatum: tanto enim durius & frequentius attentabit affligere, quanto eum à spirituali remedio senserit longius abdicatum. Hæc Cassianus.

Et iterum de eisdem ibidem dicit: Duo hîc credere immobiliter oportet. Primò, quòd sine Dei permissu nullus ab his spiritibus omninò tentetur. Secundo, quòd omnia, quæ nobis à Deo inferuntur siue tristia ad præsens, siue læta videantur, velut à piissimo patre, clementissimóque Medico pro nostris vtilitatibus irrogentur. Et idcirco eos velut Pædagogos traditos humilitatis vt decedentes ab hoc mũdo, vel purgationes ad vitam aliam transferantur, vel pœnali rigore plectantur, qui secundùm Apostolum traditi sunt in præsenti Satanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.

*Diaboli sunt pædagogi humilitatis.*

Sed hîc oritur dubitatio: cũ Apostolus dicat: *probet seipsum homo*, & sic de pane illo edat, quomodo possunt obsessi, non habentes vsum rationis, cõmunicare? Respondet S. Th. de hoc in 3. par. q. 80. sic distinguendum de hominibus amentibus. Aliqui, inquit, dicuntur, nõ habere vsum rationis dupliciter. Vno modo quia habent debilem vsum rationis, sicut dicitur non videns, qui malè videt. Et quia tales possunt aliquam deuotionem concipere huius sacramenti, non est eis hoc sacramentum denegandum.

*Quibus obsessis sacramentum non sit dendum.*

Alio modo dicuntur aliqui non habere vsum rationis, quia sic à natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum adhibendum, quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio.

Aut non semper caruerunt vsu rationis, & tũc si prius quando erant suæ mentis compotes, apparuit in eis huius sacramẽti deuotio, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi, nisi fortè timeatur periculum vomitus, vel ex

vel expuitionis.

Vnde legitur ex Concilio Carthaginensi,& habetur 26. q.6. Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dum ad eum inuitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierint. Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionẽ & infundatur ori eius Eucharistia. De baptizatis qui corporaliter ab immundis spiritibus vexãtur, est eadẽ ratio, & de aliis amẽtibus. Hæc Th. Addit tamen in 4. distin. 9. quòd Dęmoniacis non est deneganda cõmunio, nisi certũ sit, pro aliquo crimine à Diabolo torqueri. Cui sic Petrus de Palude addit: In hoc casu pro excommunicandis sunt habendi, qui traditi sunt Satanæ.

Ex quibus liquet, quòd si aliqui sunt possessi à Dæmone etiam propter sua crimina, habentes tamen lucida interualla, & rationis vsum, posteà conuertuntur de peccatis suis, vel debitè cõfitentur: tales cùm sint absoluti coram Deo, nullatenus sunt à communione diuinissimi sacramenti Eucharistiæ sequestrandi.

*Sanctorum merita abigũt Dæmones.*

De sanctorum applicatione, vel deuota oratione, quomodo per hæc obsessi etiam potenter liberentur, legendæ sanctorũ refertæ sunt. Merita enim sanctorum, martyrũ, confessorum, virginum, exigunt, vt hi spiritus nequam, sanctorum in patria existentium oratione & intercessione vincãtur, quos sancti in via vicerunt.

Similiter viatorum deuotæ orationes liberationem obsessorum obtinuisse sæpè leguntur. Vnde ad hoc hortatur Cassia. vt suprà. Si, inquit, haberemus hanc sententiam, imò fidem, quam superius comprehendi, & vt omnia per dominum fieri pro vtilitate animarum & dispensari vniuersa, nõ solùm nequaquam despiciemus eos: sed etiam pro eis, tanquam pro membris nostris incessanter orabimus, eisque totis visceribus ac pleno compatiemur affectu.

*De excommunicatione.*

De vltimo modo absoluẽdi aliquẽ ab excõmunicatione, sciẽdũ quòd nec iste cõmunis est, nec fortè licitus, nisi habẽti authoritatẽ & specialẽ reuelationẽ, vel probabilitatẽ, quòd possessus quis sit propter excõmunicationẽ Ecclesiæ, sicut Apostolus 1. ad Corinth. 5. excommunicatũ à se & à plebe Corinthum fornicarium tradidit Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret in die Domini nostri

Iesu Christi, id est, vt gl. dicit, vsque ad illuminationem gratiæ contritionis, vel ad iudicium.

Ex pseudodoctores, qui fidem perdiderant, videlicet Himenæum & Alexandrum tradidit Satanæ, vt discerent non blasphemare, 1. Tim. 1. Tantæ enim potestatis erat Apostolus (dicit glos.) tantámque gratiam habebat, vt recedentes à fide solo verbo traderet Diabolo.

Vnde S. Thom. in 4. distin. 18. vbi magister tres effectus excõmunicationis tradit: eosdem sic declarat idẽ Doctor. Ex hoc ipso, inquit, quòd aliquis suffragiis Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria quę quis ex suffragiis consequitur. Valet enim ad augmentum gratiæ, eis qui habent, vel ad merendũ ei, qui non habet. Et quãtũ ad hoc, magister dicit, quod gratia subtrahitur per excõmunicationẽ, valet etiã ad custodiã virtutis. Et quãtum ad hoc, dicit quòd protectio subtrahitur, non quòd omninò à Dei prouidẽtia excludãtur, sed ab illa quæ filios ecclesiæ specialiori modo custodit. Valẽt etia ad defendendũ ab hoste, quantum ad hoc dicit, puòd Diabolo maiori potestas sæuiendi in ipsum datur, & corporaliter & spiritualiter.

Vnde in primitiua Ecclesia, quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare, sicut Spiritus sanctus visibili signo manifestatur, ita excommunicatus corporali vexationi à Diabolo innotescebat. Nec est incõueniẽs, si ille, qui non est desperatus, hosti datur, quia nõ datur ei quasi damnandus, sed quasi corrigendus: cùm in potestate Ecclesiæ sit, ex eius manu ipsum eripere cùm voluerit. Hæc Tho. vbi tamen Exorcista ad cautelam obsessum absoluat, non videtur inconueniens.

*Cautela pro Exorcistis.*

Sed subdit Nider, quòd cauendum est valdè Exorcistæ, ne de suis viribus faciliter præsumat, aut iocum & ludum serioso Dei operi intermisceat, aut superstitiosũ vel suspectum aliquid de maleficio adiiciat. Alioquin pœnam vix euaderet vt declaratur per exempla.

Nam de primo refert B. Greg. 1. dialogo, de quadam, quæ contra conscientiã suam à marito petente obtinere debiti redditionem in vigilia dedicationis Ecclesiæ S. Sebastiani: & quia cõtra conscientiã Ecclesiæ processioni se immiscuit, possessa est, & publicè furiebat. Quo viso sacerdos eiusdem Ecclesiæ de altari syndonẽ tulit, eamq; cooperuit, sed & hũc

sacerdotem

sacerdotem repente Diabolus simul inuasit. Et quia vltra vires voluit quicquam præsumere, compulsus est in sua vexatione cognoscere quis esset. Hæc Greg.

*Ioculares exorcistæ.*

De secundo, vt nullus de officio exorcisatus sanctũ ordinem concernens iocum faciat. Refert Nider se vidisse in conuentu Colonien si fratrem verbis satis iocosum, sed in gratia expellendi Dæmones famosum. Hic cùm in terminis conuentus Colonien sis Dæmonem in obsesso corpore arctaret, iam Dæmon petiuit à fratre locum recedendi: quo gauisus frater, ait in ioco: In cloacam meam vadas. Exiit igitur Dæmon nocte, cùm frater ventrem purgare vellet, Dæmon eum tam dirè torsit prope cloacam, vt vitam cum difficultate saluaret.

*Dæmoniaci non ad maleficos ducendi.*

Sed & hoc præcipuè cauendum, vt obsessi etiam per maleficas, ad præsidia maleficarum non ducantur: Vnde & de præfata fœmina Grego. infert: Cùm, inquit, propinqui eam carnaliter amantes, atq; amando persequentes ad obtinendũ salutis remedium maleficis tradidissent, & per eas ad fluuium ducta & in aquam mersa multis incantationibus agitata fuisset: dum vnus Dæmon expelli debuit, legio subintrauit, & eorum distinctis vocibus iam clamare cepit: vnde consanguinei tandem confitentes, & de hoc dolentes eã præsentarunt sancto Episcopo Fortunato, qui diuturnis orationibus & ieiuniis, eam ex integro sanauit.

*An exorcistis benedictæ herbæ vel petræ adhibendæ.*

Sed quia dictum est, debere Exorcistas cauere, ne superstitiosum vel suspectum aliquid de maleficio adiiciant, dubitare Exorcista posset; An certas herbas & petras, etiã nõ benedictas adhibere posset? Responsio. Si benedictæ sunt herbæ, tantò melius, si verò non, vt herba quædã quæ aliàs nominatur Fuga Dæmonis, vel etiam naturas lapidum, si quis adhibeat, nõ erit superstitiosum: dũmodò credat, quòd non directè de sui natura Dæmones compellunt, quia tũc incideret in errorem, quòd simili modo aliis herbis aut verbis possent cogi, vt errore Necromanticorũ fatetur, putantes se efficere per naturales & proditas talium virtutes.

Vnde sanctus Tho. in 4 dist. 7 ar. vlt. Non est, inquit credendũ aliquibus virtutibus corporalibus Dæmones subiacere & ideò non cogantur inuocationibus & factis quibusdam maleficis, nisi in quãtum per hoc fœdus cũ eis initur. Secundũ ꝙ dicitur Esa. 28. Percussimus fœdus cũ morte, &

cum inferno fecimus pactũ. Et illud Iob. 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo, &c. & sequentia verba sic finaliter exponit super Iob dicens: Si quis recte considerat omnia pręmissa, videntur pertinere ad præsumptionẽ Necromãticorum confutandam, qui nitũtur cum Dæmonibus pactũ inire, ac eos sibi injcere, vel qualitercunque constringere.

*Locus Iobi explicatus.*

Ostenso ergo, quòd homo non potest sua virtute Diabolum superare, concludit, dicens. Pone super eum manum tuam: subaudi, si potes, superatur tamen virtute diuina. Vnde subdit, memento belli, quo scilicet, ego pugno contra eum, & potest dici, quòd ponitur præsens pro futuro, scilicet, pugnabo in cruce, vbi capietur Leuiathan per hamum, scilicet, per diuinitatem occultatam sub esca humanitatis: æstimans saluatorem purum hominem. Vnde etiam postea 41. dicitur, Non est potestas super terram, quæ ei possit comparari. Per hoc, inquit, signatur, quòd nulla virtus corporalis, potest adæquari potestati Dæmonis, quæ est potestas pure spiritualis. Hæc Thomas.

*Melodiis fugatur Dæmõ.*

Sed quia indirectè à Dæmone obsessus, potest virtute melodiæ, vt Saul per cytharã Dauid, vel herbæ, vel corporalis rei alterius sibi à naturali proprietate in existenti releuari; Ideò applicari possunt. Quod quidem posse fieri autoritatibus & rationibus deducitur. Nam 26. quæstio. 7. dæmonium sustinenti dicitur, licet petras vel herbas habere sine incantatione: & sunt Hieronymi verba.

*Tobiæ historia comprobatur applicatione herbarum.*

Item magister in hist. tractans illud Tobiæ, Cordis particulam, scilicet, de pisce quem cepisti, si super carbones ponas, fumus eius exterret omne genus Dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos, dicit: Nec super hoc mirari debemus, cùm fumus cuiusdam arboris adustæ eandem vim habere videatur; quamuis etiam spiritualem in se contineat sensum, scilicet, de futuro spiritualis orationis.

Ad idem Albert. super Lucam 9. & Nicolaus de Lyra 1. Reg. 16. imò & Paulus Burdegalensis super 1. Reg. 16. hanc conclusionem tenet, quòd nõ solùm cõcedendum videtur, quòd per aliqua sẽsibilia possint afflicti à Dæmonibus releuari sed etiã per sẽsibilia aliqua possint totaliter liberari. Sed hoc intellige, quando non atrociter affliguntur, & probat per rationem. Nam cùm Dæmones nõ possint materiã

*Quomodo Dæmones mutent corporalia.*

corporalem

corporalem secundùm suam voluntatem transmutare, sed debita actiua debitis passiuis coniungendo, vt Nicolaus dicit. Eadem ratione per aliquam rem sensibilem potest dispositio causari in corpore humano, per quã fiet aptum ad susciendum actionem Dæmonis. Verbi gratia: Mania est maximè dispositiua ad alienationem mentis, secundùm Medicos, & per consequens, ad susciendum afflictionem Dæmoniacam: Quæ quidem Demoniaca passio, vbi penitus curatur, penitus afflictio Dæmonis actiua recedente passiua in possesso recederet.

Idem posset dici de iecore piscis: Idẽ de melodia Dauid, ratione cuius licet primò refocillaretur Saul, & leuius haberet, tamen totaliter expulsus fuit per illam, vt dicit litera: Recedebat ab eo spiritus malignus. Nec consonum est literę, dicere, quòd hoc fiebat ex merito Dauid, seu per orationes eius, quia non est verisimile, quòd hoc scriptura taceret, cùm esset in laude eius notabiliter dictum. Hæc de Paulo præfato, licet non posuerimus suprà in quæst. 5. primæ partis: Quòd quia præfigurabatur virtus crucis per expansionem venarum corporis Christi, ideò liberabatur Saul. Et plura ibi etiam continentur, quæ præsenti speculationi seruire possunt: Tantùm concludamus, quòd rerum sensibilium applicatio in Exorcismis licitis non est superstitiosum. Iam autem non expedit de ipsis Exorcismis aliqua differere.

*Dauidis cithara non oratione refocillatur Saul.*

*Quid cithara Dauidis significet.*

### *Remedia per licitos exorcismos Ecclesiæ, contra quascunque infirmitates à maleficis illatas, & de modo exorcizandi maleficiatos.*

## CAPVT VI.

QVia, vt in superioribus tactum est, maleficæ omne genus infirmitatis corporalis inferre possunt: quare & sub generali regula concludere oportet, quòd quicquid remedij in verbis, vel operibus, aliis infirmitatibus suprà notatis applicari potest, hoc etiam quibuscunque aliis infirmitatibus præcedentibus non expressis: vt vbi epilepsia aut lepra essent inflicta, conuenire potest. Et quia inter remedia verborum exorcismi liciti computantur, de ipso etiam sæpè mentio,

tanquam de quodam generali remedio habita eſt : tria principaliter de ipſo practicanda ſunt.

Primò, an non habens exorcizatus ordinem, vt ſcilicet laicus, vel ſecularis perſona valeat licitè Dæmones, aut eius maleficia exorcizare: Vbi tres aliæ annectuntur, qualiter videlicet ſunt liciti: Et de ſeptem conditionibus, quæ requiruntur ad carmina & benedictiones, vt quis valeat ſecum talia deferre: & tertio qualiter morbus ſit exorcizandus, & Dæmon coniurandus. Secundum principale, quid agendum vbi gratia ſanitatis per exorciſmos non obtinetur. Et tertio, quò ad remedia, non iam verborum, ſed operum cum ſolutionibus certorum argumentorum.

*Miſſa in priuatis ædibus dici poteſt.*

Ad primum eſt Doctoris Thom. in 4. diſt. 23. ſenten. In ordine, inquit, exorcizatus & in aliis minoribus ordinibus omnibus, cum conferuntur, recipitur poteſtas vt quis hoc vel illud ex officio facere poſſit, puta exorcizare: & idem à non habentibus ordinem, licitè fieri poteſt, quamuis illi hoc non habeant ex officio. Sicut in domo non conſecrata poteſt dici Miſſa, quamuis conſecratio Eccleſiæ ad hoc ordinetur, vt in ea Miſſa dicatur, ſed hoc tunc magis pertinet ad gratiam gratis datam quàm ad gratiam ſacramenti.

*Etiam licitũ eſt laicis exorcizare.*

Ex quibus verbis dici poteſt, quòd licet ad liberationem maleficiati, bonum eſt concurrere exorciſtam habens poteſtatem exorcizandi morbos maleficiales, tamen etiam interdum deuotæ perſonæ abſque exorciſmis, vel cum ipſis fugare poſſunt huiuſmodi morbos.

*Læſi in anima raro iuuantur in corpore.*

Nam fertur de quadã virgine paupercula, & ideo plurimum deuota eius dum amicus in pede maximè per maleficium læſus fuerat, quod iudicio Medicorum patuit, eo etiam quòd nullis medicaminibus ſanari poterat, cõtigit vt virgo infirmũ viſitaret, qui & ſtatim ab ea petiuit, vt pedi benedictionem aliquã applicaret. Annuit illa, & ſilẽter tantũmodo orationem Dominicã, & Apoſtolorum Symbolũ cum geminatis viuificæ crucis ſignis applicuit. Tũc ſtatim infirmus curatum ſe ſentiens, ſcire voluit in remediũ futurorum, quid carminationis virgo applicaſſet. Quæ reſpõdit, Vos debili fide diuinis & approbatis exercitiis Eccleſiæ nõ inhæretis, & carmina ac remedia prohibita crebro veſtris infirmitatibus applicatis, idcirco ratiõ in corpore curamini, quia ſemper in anima lædimini. Sed ſi in o-

rationem

rationem & ſignorum licitorum efficaciam ſperaretis, facilè ſæpe curaremini. Nihil enim tibi applicui, niſi dominicam orationem, & Apoſtolorum Symbolum, & iam ſanatus es. Gratia huius exempli quæritur, an non aliæ benedictiones & carminationes ſeu coniurationes per exorciſmos habeant efficaciam, cùm hic videantur reprobari. Reſpondetur quòd hæc virgo non reprobauit niſi illicita carmina, cum illicitis coniurationibus & exorciſmis.

*Vnde abuſus exorciſmorũ manauerit.*

Pro cuius intellectu cõſiderare oportet, vnde huiuſmodi habuerunt originem, & quomodo ad abuſum deuenerunt. Nam principiũ horũ fuit ſanctiſſimum: ſed ſicut omnia Dæmonis inſtinctu deprauantur mediantibus Dæmonibus & malis hominibus, ita & diuina nomina. Apoſtoli enim & ſancti viri ſecundùm illud Marc. vlti. In nomine meo Dæmonia eiicient: infirmos viſitarunt, & orationes ſuper eos per ſacra verba fuderunt, deinde ſucceſſu temporis ſacerdotes deuotè ſimilia ritè peregerunt, propter quod deuotiſſimæ orationes & ſancti exorciſmi reperiuntur in antiquis hodie Eccleſiis ad omnia, quæ homines facere aut pati poterãt, per deuotos viros applicati, olim ſine omni ſuperſtitione, ſicut etiam hodiè literati & ſacræ Theologiæ Doctores reperiuntur, qui infirmos viſitantes ſimilia verba ægrotis applicant & non ſolùm dæmoniacis.

*Exorciſmi ſuper ægrotos adhibiti.*

Sed heu, ſuperſtitioſi homines à ſe multa vana & illicita ad inſtar horũ inuenerunt, quibus hodiè vtuntur circa infirmos & iumenta: nec clerus amplius ex ſua deſidia licitis vtitur verbis, viſitando infirmos. Propter quod Guilhelmus dictus Durandus gloſſator Raymundi dicit, quòd talia præfata ſacerdos religioſus aut diſcretus, etiam laicus vir, ſiue mulier excellentis vitæ probatæ diſcretionis facere poteſt, fuſa oratione licita ſuper infirmum non ſuper pomum aut ſuper cingulum aut ſimilia, ſed ſuper infirmitates. Iuxta illud Euangeliſtæ: Super ægros manus imponent, &c. Nec ſint huiuſmodi perſonæ prohibendæ à talibus: niſi forte timeatur, quòd ad exemplum illorum indiſcreti & ſuperſtitioſi alij carminationis ſibi vſurpent abuſum, tuentes ſe exemplo illorum. Hi ergo ſuperſtitioſi carminatores reprehenduntur à prædicta virgine, & dixit illos habere debilem fidem, imò malam, qui tales conſuluerunt.

*Etiam mulieribus conceditur exorcizare.*

Iterũ autem gratia huius declarationis quæritur, quibus verbis carmina & benedictiones cenſentur licitę vel ſuperſtitioſæ, & de modo quo debent applicari: & an Dæmon ſit coniurandus, & morbus exorcizandus.

Ad primum, quod quia hoc dicitur licitũ in cultu Chriſtianę religionis, quod nõ eſt ſuperſtitioſum, & ſuperſtitioſũ dicitur (vt notatur ex glo. ſuper illo ad Coloſ. 2. quæ ſunt rationem habentia in ſuperſtitione, quod ſuper modũ religionis ſeruatur, vnde ibi dicitur: ſuperſtitio eſt religio ſuprà modum ſeruata, id eſt, religio modis vel circũſtantiis malis & defectuoſis practicata.

*Superſtitio quid ſit.*

Etiã ſuperſtitioſum eſt, quicquid traditione humana nomẽ religionis vſurpat abſq; ſuperioris authoritate, vt hymnos iungere ad Miſſas, defunctorum præfationẽ interrũpere, Symbolum in Miſſa cantandum abbreuiare, aut in organis & non in choro decantare, in Miſſa reſpondentem non habere, & his ſimilia. Sed ad propoſitum noſtrũ modo, quãdo fit aliquod opus ex virtute religionis Chriſtianæ, vt ibi quiſq; vellet infirmos ſubuenire per aliquã orationẽ & benedictionem per verba ſacra: de qua materia nunc intendimus, talis habet conſiderare ſeptem cõditiones, quæ ſi reperiuntur, talis benedictio cenſetur licita, etſi fiat per modum adiurationis, per virtutem diuini nominis, per virtutẽ operũ Chriſti, quæ ex ſua natiuitate, paſſione, precioſa morte, &c. innotuerunt, per quæ etiam Diabolus victus & eiectus fuit, dicẽtur illæ benedictiones, carmina & exorciſmi liciti: & hi qui practicãt poſſunt dici Exorciſtę, aut Incãtatores liciti, iuxta Iſid. 8 Etym. Incantatores dicuntur, qui artem aliquam verbis peragunt.

*Adiurationes licita.*

Et prima cõditio cõſideranda, vt ex doctrina ſancti Tho. 2. 2. q. 93. elicitur, vt verba non cõtineãt aliquid, quod pertineat ad inuocationem Dæmonũ expreſſã vel tacitã. Quid ſit expreſſa, patet: quid ſit tacita, hoc conſideratur ex intentione & opere. Intentione, vt vbi operans non curat ſiue à Deo, ſiue à Diabolo habeat in ſuo opere intentum, dũmodo finẽ optatũ cõſequatur opere. Vt vbi opus quod facit, nõ habet aliquam proprietatem ex natura ad producẽdum talem effectum. De qua non ſolum Medici & Aſtrologi, imò Theologi habent iudicare. Per quem modum Necromantici faciunt imagines, annulos, & lapides artificiales, qui vti

*Necromantica imagines.*

que

que nullam habent naturalem inclinationem ad effectus, quos ipsi expectant sæpissimè, vnde & in eorum operibus Diabolus se habet immiscere.

*Nomina ignota sunt suspecta.*

Secundò considerandum est, ne benedictiones seu carmina contineãt aliqua nomina ignota, quia secundùm Chrysostomum talia metuenda sunt, ne in eis aliquid superstitionis lateat.

*Rithmica incantationes.*

Tertiò, ne materia verborum aliquid falsitatis contineat: quia sic eius effectus non posset expectari à Deo, cùm ipse non sit testis falsitatis. Sic quædam vetulæ in suis carminibus vtuntur rithmatizando: Beata virgo Iordanẽ transiuit, & tunc S. Stephanus ei obuiauit, & eam interrogauit, & multas alias falsitates.

*Breuia limitum.*

Quartò, ne ibi contineantur vana & characteres inscripti præter signum crucis. Vnde Breuia, quæ portantur à soldatis reprehenduntur.

Quintò, ne spes habeatur in modo scribendi, legendi, ligandi, aut in quacunque huiusmodi vanitate, quę ad diuinã reuerentiam non pertinent, quia alias omnino iudicabitur superstitiosum.

Sextò, vt in allegatione & prolatione diuinorum verborum, vel scripturæ sacræ respectus solum habeatur ad ipsa sacra verba & ad intellectũ eorũ, & ad Dei reuerentiam, seu ad virtutem diuinam à qua expectatur effectus, vel ad sanctorum reliquias, à quibus præfata expectantur secũdario, licet à Deo principaliter.

*Signatio credentium.*

Septimo, vt cõmittatur effectus, qui expectatur, diuinæ voluntati: qui scit, vtrum sanitas vel tribulatio plus prosit inuocanti vel minus, vel an obsit. Et hanc conditionem posuit Tho. in 1. secun. in materia, de gratia & distin. 15. in 4.

Vnde concludamus, quòd si nulla dictarum conditionum opus infecerit, illud erit licitum: probat Thomas supra illud Marci vltimo: Signa eos qui crediderint: & post. In nomine meo Dæmonia eicient, &c. serpentes tollent. Ex quo eicit. quòd prędictis seruatis conditionibus, per diuina verba licitum est arcere serpentes.

*Verbum Dei non minus est quàm corpus Christi.*

Item probat præmissa vlterius. Non minoris sanctitatis sunt verba Dei, quàm sanctorũ reliquiæ dicente Augustino Nõ est minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Sed secũdũ omnes, licet reliquias sanctorũ secũ reuerenter portare:

ergo qualitercunque nomen Dei inuocemus, ritè per orationem Dominicam, per salutationem Angelicam, per eius natiuitatem, passionem, quinq; vulnera, per septem verba, quæ protulit in cruce, per titulũ triũphalẽ, per tres clauos, & aliorũ armorum militiæ Christi, cõtra Diabolũ & eius opera, omnino erunt licita, & spes potest haberi in eis committendo effectum diuinæ voluntati.

*Serpentes licere coniurationibus arcere.*

Et hoc quod dictum est de coartatione serpentum, idem intellige de aliis animalibus, quãdo solus respectus habetur ad sacra verba, & ad ipsam virtutem. De ipsis tamen cautè est agendum incantationibus: quia, vt dicit Doctor, tales incantatores sæpè habent illicitas obseruantias, & per Dæmones sortiuntur effectum, præcipuè in serpentibus. Qui serpens fuit primum Dęmonis instrumentum ad hominem decipiendum.

*Incãtator serpentum interimitur à serpente.*

Nam in ciuitate Saltzburgensi quidam incantator erat, hic quadam die ad spectaculum aliorum, cunctos serpentes ad quẽdã foueam incantare voluit, & interimere, ex spatio, vt fertur, vnius miliaris. Congregatis ergo vndique serpentibus, dum ipse supra foueam staret, nouissimè quidam ingens & horribilis serpens, foueam intrare difficultabat, & sępè quasi ipsum abscedere permitteret, & liber serpere quo vellet, motibus innuebat. Sed cùm ille ab incãtatione eius desistere nolebat, aliis omnibus in fouea interemptis, quia statim ibi moriebantur, & necesse erat, vt & ille horribilis intraret, stans serpens ex oppositio incantatoris, supra foueã saltum fecit, & in ipsum incantatorem irruit, & ventrẽ eius vt cingulum stringens, ipsum incantatorem secum in foueam traxit, & interemit. Qua ex re perpenditur, non nisi pro vtilitate ad fugandum videlicet ab hominum inhabitationibus, talia sunt virtute diuina practicanda, & cum Dei timore & reuerentia.

*Quomodo scripti exorcismi gestandi & appendendi.*

Quò ad secundum, videlicet, quomodo sint huiusmodi exorcismi vel carmina deferenda, & ad collum suspendenda vel in vestimentis insuenda: videtur, quòd talia sint illicita. Nam August. 2. de doctrina Christiana. Ad superstitionem pertinent mille magicarum artium, & ligaturæ, & remedia, quæ Medicorum quoq; disciplina condemnat, siue in precationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdã rebus suspendẽdis atq; insignãdis.

Item

Item Chrysostomus super Matthæum. Quidam aliquam partem Euangelij scriptam circa collum portant: sed nonne quotidiè Euangelium in Ecclesia legitur & auditur ab omnibus? cui ergo in auribus Euangelia posita nihil prosunt quomodo eum possunt circa collum suspensa seruare? Deindè vbi est virtus Euangelij, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, benè circa collum suspendis si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa. *Notãdum dictum Chrysostomi.*

Sed hîc est responsio Doctorum, præcipuè sancti Thomæ, vbi supra artic. 4 vbi quærit: An suspendere Diuina verba ad collum sit illicitum: quòd in omnibus incantationibus vel scripturis suspensis, duo cauenda videntur.

Primò quidem, quid sit quod scribitur, vtrum sit ad inuocationes Dæmonum pertinens, manifestè tunc non solùm superstitiosum imò illicitum, & apostasia à fide iudicatur, vt suprà tactum fuit sæpè.

Similiter etiam cauendum ne contineat ignota nomina, &c. accipe conditiones suprà positas: & tunc sicut licitum est huiusmodi super infirmos ore proferre: ita licitum est illa secum deferre. Prædicti autem Doctores respectum habent, & damnant: cùm quis ad figuras & literas scriptas maiorem haberet aduertentiam & respectum, quàm ad intellectum verborum.

Et si dicatur, q̃ laicus non intelligens verba, non potest habere respectum ad intellectum eorum: Respondetur, habeat respectum ad virtutem diuinam, & illam committat diuinę volũtati, vt faciat quicquid placitũ fuerit suę pietati.

Quò ad tertiũ: an simul Dæmon sit coniurandus & morbus exorcizandus, vel è conuerso, aut vnum sine altero. Responsio, hîc plura sunt aduertenda. Primò, an Dæmon semper sit præsens, quando maleficiatus affligatur. Secundò, cuiusmodi res possint exorcizari aut adnuari. Tertiò, de modo exorcizandi.

Ad primum, cùm iuxta Damascenum, Dæmon ibi est, vbi operatur: videtur quòd maleficiato semper præsens sit, cùm eum affligit. Item in legenda beati Bartholomæi tunc videtur sanare Dæmon, quando cessat à lasione. *An Dæmon semper præsens sit, cum maleficiatum affligit.*

Responsio q̃ Dæmõ præsens sit maleficiato & afflicto, hoc potest intelligi dupliciter, vel quò ad suũ esse, vel quò

ad

*Quomodo Diabolus mortaliter peccãtes in habitet.*

ad ſuum effectum. Primo modo, præſens eſt in principio dum maleficium intromittit. Secundo modo, per ſe non dicitur præſens in ſuo effectu: Sicut etiam cum Doctores quærunt, an Diabolus cum qualibet culpa mortali hominem ſubſtantialiter inhabiter: dicunt quòd non per ſe, ſed per ſuum effectum: ſicut dominus inhabitare dicitur ſeruũ, quantum ad ſuum dominium: aliud tamen de obſeſſis.

Quò ad ſecundũ, cuiuſmodi res poſſint exorcizari, notandum eſt ſuper Doctoris Thomæ in 4. diſt. 6. ſententiam, vbi dicit, quòd quia propter peccatum hominis Diabulus accipit poteſtatem in hominem, & in omnia, quæ in vſum hominis veniũt in ipſius nocumentum. Et cùm etiã nulla conuenientia eſt Chriſti ad Belial, deò quandocunq; aliquid ſanctificandũ eſt ad cultum diuinum, prius exorcizatur, vt liberatũ à poteſtate Diaboli, qua illud in nocumẽtum hominis aſſumere poterat, Deo cõſecretur. Et hoc patet in benedictione aquæ & cõſecratione templi & in omnibus huiuſmodi. Vnde cùm prima ſatisfactio qua homo Deo cõſecratur ſit in baptiſmo, oportet quòd etiã homo prius exorcizetur, quàm baptizetur, multò fortiori ratione quã aliæ res. Quia in ipſo homine eſt cauſa, quare Diabolus poteſtatem accepit in alia, quæ ſunt propter hominem, ſcilicet peccatum originale, vel actuale. Et hæc ſignificant ea, quæ in exorciſmo dicuntur: vt cùm dicitur: Recede ab ea ſatana, & huiuſmodi, & ſimiliter ea quæ ibi fiunt.

*Cur homo in baptiſmo exorcizandus.*

Ad propoſitũ ergo, cùm quæritur, an morbus ſit exorcizandus, & Dæmon adiurãdus, & quid illorum primò. Reſpondetur, morbus non exorcizatur, ſed ipſe homo morbatus & maleficiatus. Sicut in puero nõ exorcizatur infectio formitis, ſed puer infectus. Itẽ ſicut prius puer exorcizatur & pòſt Diabolus adiuratur vt recedat, ita maleficiatus prius exorcizatur, & pòſt Diabolo & eius facturæ imperat vt recedat. Item ſicut ſol & aqua exorcizãtur, ita maleficiata omnia quæ in ipſius vſum cõuerti poſſunt, vt cibaria & poragia exorcizare & benedicere plurimum expedit. Item licet ritus exorciſmi teneat in baptizandis vt fiat exuſſlatio verſus occidentalem partem & abrenunciatio: ſecundò manuũ ad cœlum erectio, cum ſacra fidei confeſſione Chriſtianæ religionis: & tertiò oratio, benedictio, & manus impoſitio; & quartò denutatio, & oleo sãcto vnctio, &

*Morbi non exorcizantur, ſed maleficiati.*

*Cibaria & poragia maleficiatorũ exorcizanda.*

& post baptismum communio, & candidioris vestis induitio. Tamen non est necesse, vt hæc circa maleficiatum exorcizandum fiant, sed quòd primò purè & debitè sit confessus, candelam accensam, si potest, teneat, & sacram communionem recipiat, & loco vestis candidæ, candela benedicta in longitudine corporis Christi, aut ligni crucis, nudo corpore circumligatus maneat. Dici ergo potest.

*Maleficiatus ad candelam benedictã, in longitudine corporis Christi alligãdus.*

Exorcizo te Petrum, aut Barbaram infirmum, sed sacro sancto baptismate renatam, per Deum viuum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum qui te suo precioso sãguine redemit, vt ius homo exorcizatus, vt effugiat atq; discedat à te omnis phantasia & nequitia Diabolicæ fraudis, omnisq; spiritus immũdus, adiuratus per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos: & seculum per ignem, Amen. Oremus. Deus misericordiæ, Deus clemens, qui secundũ multitudinẽ miserationũ tuarum, quos diligis, corripis, & quos recipis piè ad emendationẽ coërces, te inuocamus Domine, vt famulo, qui in corpore patitur membrorum debilitatẽ, gratiam tuã conferre digneris, vt quicquid terrena fragilitate corruptũ, quicquid diabolica fraude violatũ est, vnitati corporis Ecclesiæ mẽbrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lachrymarum eius, & nõ habentis fiduciã nisi in misericordia tua ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte, per Christum dominum nostrum, Amen. Ergo maledicte Diabole, recognosce sententiã tuam, & da honorẽ Deo vero & viuo, da honorem Domino Iesu Christo, vt recedas ab hoc famulo cum tua factura, quem Dominus noster Iesus Christus suo precioso sanguine redemit. Deinde secundò & tertiò iterũ exorcizet: vt suprà cum orationibus. Oremus.

*Modus & forma exorcizandi maleficiatos.*

Deus qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, clina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum ex aduersa valetudine corporis laborantem, placatus respice & visita, & salutari tuo, & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam per Christum Dominum nostrum, Amen. Ergo maledicte Diabole, &c vt suprà.

Oratio tertio exorcismo. Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium auxilij tui super infirmum nostrum clemẽter extende, vt ope misericordiæ tuæ adiutus, vel ad tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur,

per

per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et semper aspergat eum aqua benedicta. Et nota quòd hic præscribitur, non quòd omninò ita fieri debeat, aut quòd alij exorcismi non sint maioris efficaciæ, sed vt modus exorcizandi & adiurandi habeatur. In antiquis enim historiis & Ecclesiarum libris interdum deuotiores & efficatiores exorcismi reperiuntur, sed quia in omnib. Dei reuerentia est præponenda, agat secundùm hoc vnusquisque quantum expediens fuerit.

Concluſiuè ex præmissis concludendo propter simplices, fit modus iste exorcizandi maleficiatum, vt primò purã faciat confessionem. Iuxta ca. alle. sæpè, si per sortiarias. Demùm fiat diligẽs inquisitio per singulos angulos, & in lecti sterniis, culcitris; & sub limine ostij, si fortassis instrumenta maleficij cautè possent inueniri. Iumẽta etiam statim sunt ad ignem proiicienda. Expediret etiam, vt cuncta renouarẽtur in lectisterniis & indumentis, habitationem etiã & domũ mutaret. In casu verò quo nihil inuentum fuerit, tunc exorcizandus, si potest, Ecclesiam intrabit manè, & quantò dies sanctiores, vt festa beatæ Virginis, aut vigiliæ existunt tantò melius sacerdos etiam confessus, & in bono statu amplius proficiet. Teneat itaq; exorcizandus candelam in manu benedictam, meliùs quo poterit sedendo, aut genua flectẽdo: & qui adsunt deuotas orationes pro eius liberatione fundant: & incipiat Litaniam incantando. Adiutorium nostrum in nomine Domini: & habeat respondentem & aspergat ipsum aqua benedicta & stola circundabit collum, & subinferat Psalmum: Deus in adiutorium: & prosequatur Litaniam, vt moris est super infirmos, dicendo ad inuocationem Sanctorum, ora pro eo, vel orate, & propitius esto, Libera eum Domine, singula prosequendo vsq; ad finem: Vbi orationes sunt dicendæ, tunc loco orationum incipiat Exorcismum, & continuabit modo præscripto, vel alio meliori vt sibi videbitur: possent etiam huiusmodi exorcismi continuari ad minus in septimana, vt sic multiplicatis intercessionibus gratia obtineatur sanitatis.

Verùm post omnia communicandus est Eucharistiæ sacramento: licet quidam ante exorcismum hoc faciendum putant: & in confessione attendat confessor si aliquo vinculo excõmunicationis esset innodatus, vel si vnquã temerè innodatus

nolatús absolutionem à suo Iudice non recepisset, tunc enim licet ad cautelam eum absoluat, tamen reddita sospitate à suo Iudice, qui eum ligauerat, quærat.

Attendendum, quòd vbi exorcista non habet ordinem Exorcizatus, tunc procedere potest per orationes, & si legere nouit scripturas, legat Euangelia quatuor prima Euangelistarum: item Euangelium: Missus est Angelus: & passionem Domini, quæ omnia magnam habent virtutem ad expulsionem operũ Diaboli. Item Euangelium S. Ioan. In principio erat Verbum: scribatur, & ad collum infirmi suspendatur, & sic gratia sanitatis à Deo expectetur.

*Euangelium Ioannis suspẽsum collo.*

Verùm si quis quæreret differentiam aquæ Benedictæ aspersionem, & exorcismum, cùm vtrumque effectu contra Dæmonis molestiam ordinatur. Respondit S. Tho. vt suprà dist. 6. Diabolus impugnat nos ab exteriori & interiori. Aqua ergo benedicta ordinatur contra impugnationem Diaboli, quæ est ab exteriori, sed exorcismus contra impugnationem Diaboli, quæ est ab interiori. Vnde illi cõtra quos datur, dicuntur energumeni, ab eo, quod est intra, & ergon, labor, quasi intus laborantes. In maleficiato ergo exorcizãdo vtrũque adhibetur, cùm vtrobiq; molestentur.

*Vis aquæ benedictæ.*

Verũ quò ad secundũ principale, quid agendũ vbi gratia sanitatis per exorcismos nõ obtineatur? Respõsio. Licet sex ex causis hoc fieri possit, est tamẽ vna septimana super quã iudiciũ nostrũ suspenditur. Nã quod aliquis nõ liberatur, aut hoc est propter paruitatẽ fidei circũstantiũ, aut ipsum agrotũ offerentium, aut propter peccata maleficium sustinentium, aut propter cõmoda remedia adhibere negligentium, aut propter exorcistæ aliquod in fide vitium aut propter reuerentiam virtutum in alio existentium propter purgationem, vel meritum maleficium patientium.

*Causæ cur exorcismis non semper obtineatur sanitas.*

De primis quatuor docet Euangelica virtus, Matt. 17. & Marc. 9. In patris vnici filij sui lunatici, & discipulorum Christi præsentia. Primò enim asserens, quòd turba fide careret: vnde pater eum lachrymis orauit: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et ad turbam Iesus ait: O generatio incredula & peruersa quousque ero vobiscum? De secundo, videlicet de sustinente Dæmonem Iesus increpabat eum, scilicet, filium: quia B. Hieron. ibi dicit quòd propter peccata sua à Dæmone fuerat oppressus.

De

*Columna fidei inter Apoſtolos qui fuerint.*

De tertio, de neglectu debitorum remediorũ patet, quia non fuerunt præſentes boni & perfecti viri. Vnde Chryſoſto. ibi dicit: Columnæ fidei, videlicet, Petrus, Iacobus, & Ioannes non aderant, ſicut in transfiguratione Chriſti præſentes erant: nec oratio & ieiuniũ aderant, ſine quibus Chriſtus ait, hoc genus Dæmoniorum nõ eiicitur. Vnde Origenes ibi dicit: Si aliquando oportuerit circa orationem aliquid patientium remanere, non amitteremur: neq; interrogemus, neque loquamur quaſi audiẽte ſpiritu immũdo, ſed abigamus ieiuniis & orationibus noſtros ſpiritus malignos. Et glo. dicit: Hoc genus Dæmonij, id eſt, iſta carnaliũ voluptatũ mutabilitas, ad quẽ ſcilicet ſpiritus ille inclinabat, non vincitur, niſi ſpiritus oratione confirmetur, & caro per ieiunium macereturꝰ.

*Dæmones expellendi, non interrogandi.*

De quarto Exorciſtæ vitio, præſertim ſcilicet in fide, patet ibidem de Chriſti diſcipulis præſentibus: Vnde poſteà ſecretò diſcipuli quærentes cauſam ſuæ impotentiæ: Reſpondit: propter incredulitatem veſtram. Amen dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis, mõti huic: tolle te, &c. Vbi Hilarius Crediderunt quidem Apoſtoli, ſed nondum erãt perfecti in fide; nam Domino in monte morante cum aliis tribus, & illis cum turba reſidentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.

*Non ſufficienter exorcizatus ante baptiſmum, magis ſubiacet poteſtati Dæmonum.*

De quinto patet in vita patrum, vbi legimus aliquando obſeſſos non liberatos per S. Antonium, ſed per diſcipulum eius Paulum fuiſſe liberatos. De ſexto patuit ſuprà, quia non ſemper cùm quis liberatur à culpa, liberatur à pœnis, ſed remanet interdum pœna in vindictam & ſatisfactionem præcedentis delicti.

Et adhuc illud remedium, de quo fertur, quòd plures fuerint liberati, videlicet, quòd maleficiati de nouo fuerint baptizati, licet ſub conditione, ſuper quo, vt præmiſi, nil determinare debemus. Veriſſimũ tamẽ exiſtit, quòd cùm debitè quis ante baptiſmum non fuit exorcizatus, vtique diuina permiſſione Diabolus ſemper maiorem recipit in talẽ poteſtatem. Patet ex præmiſſis, nec ambiguũ eſt, quin plures negligentiæ ſiue à ſacerdotibus nõ benè diſpoſitis, vbi iam quartum impedimentum prænotatum tangitur, videlicet Exorciſtæ vitium, committatur, ſiue à vetulis, quæ tempore neceſſitatis debitum modum baptizandi non ſeruant.

Nec tamen

Nec tamen asserere volo, quin sacramenta à malis conferri non possint, & quòd imò, quantumcumque malus baptizat & conficit, dummodò debitè sub debita forma, verborumque materia in intentione baptizat ordinatus & conficere intendat. Sic à simili in exorcizando ritè procedat, & non suffusus aut violentus. Vnde & sine actuali vel habituali intentione, & vtinam non respirando, & verba necessaria omittendo huiusmodi sacris officiis se immisceat. Reuera, sicut ad conficiendum quatuor essentialia desiderantur, scilicet, materia, forma, intentio, ordo modis tamen prætactis, & vbi vnum defuerit, nec conficere poterit: ita circa exorcismos suo modo asserere oportet.

*Sacramenta etiam ab ineptis, administrari possunt.*

Nec obiectio valet, quòd sine exorcismis in primitiua Ecclesia baptizabantur, aut etiam quòd nunc characterem baptismalem sine Exorcismo valeat baptizatus recipere, quia sic Gregorius in vanum Exorcismos instituisset, & Ecclesia in suis cæremoniis potius erraret. Quare ne ausus sum omninò reprehendere, qui maleficiatos sub conditione vellent rebaptizare, & neglecta fortassis recuperare.

*In primitiua Ecclesia sine exorcismo baptismus peragebatur.*

Fertur etiam de illis, qui de nocturno tempore in somniis per alta ædificia sine læsione solent incedere, quod vtique opus esse maligni spiritus, tales sic deferentes, plures afferunt, hi cùm rebaptizantur, melius habere noscuntur. Et mirum quòd vbi nominibus propriis vocantur, subitò ad terram colliduntur, ac si fortassis illud nomen non debitè in baptismo fuerit impositum.

*Incedentes & scandentes noctu in somniis quomodo curentur.*

Expedit lectorem esse attentum super sex illa impedimẽta; licet enim super energumenos aut possessos, & nõ super maleficiatos sonãt, tamen quia æqua virtus vtrobique requiritur, diuina imò dici potest, quòd maioris sit difficultatis maleficiatum curare, quàm Energumenum aut possessum: ideò illa impedimenta si ibi possunt habere locum, & à fortiori super maleficiatos: quòd tali ratione probatur.

Nam vt suprà patuit cap. 10. aliqui possidẽtur interdum pro nullo proprio delicto, sed pro reui alieno, & variis aliis de causis. In maleficio autem quando adulti maleficiãtur vt plurimùm in eis cõtigit, quia in animæ necationẽ grauissimè à Dæmone ab intus possidentur. Vnde duplex labor circa maleficiatos, vbi simplex circa possessos ab extra requiritur: De hac grauissima possessione Cassia. colla. abbat.

Sereni dicit. Illi ſunt verè miſeri ac miſerabiles iudicandi, qui cũ ſe vniuerſis criminibus flagitiisque cõtaminant, non ſolùm nullũ in eis veriſimiliter ſignum Diabolicę ſuppletionis oſtenditur, ſed nec aliqua quidem operibus eorum condigna tentatio, nec vllum flagellũ correptionis infertur. Non enim merentur celerem temporis iſtius, expeditamque medicinam, quorum durities & impœnitens cor, pœnam vitæ præſentis excedens, theſaurizant ſibi ipſis iram & indignationem, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij, in quo vermis eorum non extinguetur.

Et iterum idem Caſſianus, comparando corporalem paſſionem ad animum per peccatum, paulò ante dicit: Multò grauius, inquit, conſtat illos, vehementiusque vexari, qui cùm corporaliter ab ipſis affligi minimè videantur, animo tamen perniciosius poſſidentur, eorum ſcilicet vitiis & voluptatibus inuoluti. Secundùm Apoſtoli námque ſententiam, à quo quis ſuperatur, eius ſeruus efficitur: Niſi quòd in hoc iſti deſperatius ægrotant, & cùm ſint eorum mancipia, nec impugnari ſe ab illis, nec dominatũ eorum ferre cognoſcunt. Ex quibus elicitur quòd à fortiori, maleficiati in corpore non tamen poſſeſſi Dæmone ab extra, ſed ab intra quoad animæ necationem, grauius propter plura impedimenta ſanantur.

*A quo quis ſuperatur, eius ſe uus efficitur.*

Quò ad tertium principale, ſcilicet quò ad remedia notandum, quòd quia opera illa ſunt duplicia: Licita omninò & non ſuſpecta, aut ſuſpecta & non omninò licita: Et de primis ſuprà tactum eſt immediatè c. 5. circa finem. vbi dubitatio ponitur ſuper herbas, aut petras vt maleficia repellant, quomodo hoc licitum ſit.

De ſecundis verò remediis, quæ videntur eſſe ſuſpecta, non tamen omninò licita, nunc tractandum, & aduertere oportet ea quæ in ſecundo principali huius ſecundæ partis operis tacta ſunt de quatuor remediis, quorum tria cenſentur illicita, quartum autem nõ omninò licitum, ſed vanum, de quo & Canoniſtæ loquuntur, quòd licitũ eſt vana vanis contundere. Sed quia nos Inquiſitores huius opinionis ſumus cũ ſanctis Doctoribus, quòd in caſu, quo remedia per ſacra verba & exorciſmos licitos non ſufficiunt, & hoc propter impedimenta ſuperius tacta, in numero ſex aut ſeptẽ, & tunc tales maleficiati hortandi ſunt ad patiẽtiã

*Licet vana vanis contũdere.*

æqua

æquanimiter, ad tolerandum mala præsentis vitæ in suorũ criminum purgationem, & non vlterius quærere quocunque modo superstitiosa, & vana remedia. Ideò si quis præmissis licitis exorcismis non contentus, ad huiusmodi vana admixis remedia, de quibus suprà tactum est, se transferre voluerit, sciat hoc non nostra voluntate, aut admissione fieri, sed quòd polita & enucleata fuerũt ibidem talia remedia, factũ fuit, vt tantorum Doctorũ, vt Scoti & Hostiensis &c. ex parte vna, & aliorum Theologorum ex parte altera, dicta quocũq; modo cõcordarẽtur. Fatemur ergo cum sancto Augustino in quodã sermone contra Sortilegos & diuinatores, & intitulatur sermo de Auguriis, vbi dicit: Fratres nostis, me frequenter us supplicasse, vt consuetudines Paganorum & maleficorum minimè seruare deberetis, sed hoc proficit apud aliquos parum. Et quia, si vobis non dixero, pro me & pro vobis redditurus sum in die Iudicij rationem & vobiscum mihi necesse erit æterna supplicia sustinere. Ergo apud Deum me absoluo, dum iterum atque iterum admoneo & contestor, vt nullus ex vobis Diuinos aut sortilegos requirat, nec eos de qualibet re, aut causa, aut infirmitate interroget, quia quicunq; fecerit hoc malum statim peribit in eo Baptismi sacramentum, & continuò Sacrilegus & paganus efficietur, & nisi pœnitentia subuenerit, statim in æternum peribit.

*Notenda admonitiones S. Augustini cõtra consulẽtes magos.*

Et posteà subdit: Nullos dies exeundi & redeundi obseruate: fecit enim Deus omnia bona valdè, & qui vnum diem, etiam alterum statuit: sed quoties necessitas vrget faciendi aliquid aut exeundi, signate vos in nomine Christi, & Symbolum vel Orationem Dominicam fideliter dicentes, securi in Dei adiutorio agatis.

*An naturalib. magicè vtendum.*

His autẽ quidã superstitiosi, & filij timorum huius seculi, non contenti, errores erroribus accumulare volentes, vltra intellectum & intentionem Scoti, & Canonistarum, his argumentis se defendere conantur. Quia enim res naturales habent quasdã virtutes occultas, quarum ratio ab homine assignari non potest sicut & magnes trahit ferrum: & multa alia quæ Augustinus 21. de ciuitate Dei enumerat: ideò inquirere de huiusmodi rebus pro sanitate acquirenda, vbi exorcismi & naturales medicinæ deficiunt, non erit illicitũ, licet videatur vanũ. Hoc autẽ fieret, vbi quis per ima-

*De impreſſione cœleſti in corpora artificialia.*

gines non necromanticas, ſed aſtrologicas, vel per anulos & huiuſmodi ſanitatẽ in ſe vel in alio procurare vellet. Itẽ arguũt, ſicut corpora naturalia ſubduntur corporibus cœleſtibus, ita etiam corpora artificialia, puta imagines, ſortiuntur quaſdam virtutes occultas, ſpeciem conſequentes ex impreſſione corporum cœleſtium: ergo etiam corpora artificialia, puta imagines, ſortiuntur aliquam virtutem occultam à corporibus cœleſtibus ad aliquos effectus cauſandos: ergo vti eis & aliis huiuſmodi non eſt illicitum.

Præterea Dæmones poſſunt multipliciter corpora tranſmutare, vt Auguſt. 3. de Trinit. dicit, & patet in maleficiatis: ergo licet vti etiam eorum virtute, ad tollendũ illa. Sed reuera in oppoſitum ſunt dicta omnium ſanctorum Doctorum, vt ſatis & ſparſim hinc inde patuit.

Vnde ad primum dicitur, quòd herbes naturales ſimpliciter adhibentur ad aliquos effectus producendos, ad quos putantur habere naturalem virtutẽ, non eſt illicitum. Si verò adiungãtur vel characteres aliqui, vel aliqua quæcũque ignota, & vanæ obſeruationes quæ manifeſtum eſt naturaleſ non habere ſuper hoc efficaciam erit ſuperſtitioſum & illicitum. Vnde S. Tho. in 2. q. 96. art. 2. in fine quæſtionis tractans hanc materiã dicit, quòd in iis, qui fiũt ad aliquos effectus corporales inducendos, vt pote ſanitatẽ, vel aliquid huiuſmodi, cõſiderandum eſt, vtrùm videantur naturaliter poſſe tales effectus cauſare: & quia licet cauſas naturales adhibere ad ſuos effectus ideò non eſt illicitum. Si autem videantur non poſſe naturaliter tales effectus cauſare, conſequens eſt, quòd nõ adhibentur ad hos effectus cauſandos tanquã cauſæ, ſed ſolùm quaſi ſigna: & ſic pertinẽt ad pacta ſignificationũ cum Dæmonibus inita. Vnde Aug. 21. de ci. Dei. Alliciuntur Dæmones per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus condidit, delectabilibus, pro ſua diuerſitate diuerſis nõ vt animalia cibis, ſed vt ſpiritus, ſignis, per varia genera lapidũ, herbarũ, lignorum, animaliũ, carminũ, rituum.

*Adhibitio characterum vitiat naturalia remedia.*

*Dæmones quo modo alliciãtur per creaturas & ſignas.*

Ad ſecundũ dicit idem Doctor, Virtutes naturales corporum naturaliũ, conſequuntur eorũ formas ſubſtantiales, quas ſortiũtur ex impreſſione corporum cœleſtiũ, & ideò ex eorundem etiam impreſſione ſortiuntur quaſdam virtutes actiuas. Sed corporum artificialium formæ procedunt ex conceptione artificis. Et cùm nihil aliud ſint quàm compoſitio,

positio, ordo & figura, vt dicitur 1. Physic. non possunt habere naturalem virtutem ad agendum. Et inde est, quòd ex impressione cœlestium corporum, nullam virtutem sortiuntur, in quantum sunt artificialia, sed solùm secundum materiam naturalem. Falsum est ergo quod Porphyrio videbatur, vt Augustinus dicit 10. de ci. Dei. Herbis, lapidibus & animantibus: & sonis certis quibusdam etiam vocibus & figurationibus, ac figmentis quibusdam etiam obseruatis in cœli auersione, atq; moribus syderũ fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas variis effectibus syderum exequendas: quasi effectus magicarum artium ex virtute cœlestium corporum prouenirent. Sed sicut Augustinus ibi subdit, totũ hoc ad Dæmones pertinet, ludificatores animarum sibi subditarum. Vnde etiam imagines, quas Astronomicas vocãt, ex operatione Dæmonũ habent, cuius signum est eis inscribi quosdam characteres, quæ naturaliter nihil operãtur. Non enim est figura principium actionis naturalis. Sed in hoc distant Astronomicæ imagines à Necromanticis, quod in Necromanticis fiunt expressæ inuocationes: vnde & ad expressa pacta cũ Dæmonibus inita pertinẽt. Astronomicæ ad tacita pacta, propter figurarũ & characterũ signa.

*Ex motu syderum non fabricari potestates in terris posse.*

*Astronomica imagines ex opere Diaboli.*

Ad tertium, non est homini potestas super Dæmones commissa, vt eis licitè vti possit ad quodcunque voluerit: sed est ei contra Dæmones bellum indictum, vnde nullo modo licet homini Dæmonum auxilio vti per pacta tacita vel expressa. Hæc Thomas.

*Differentia inter Necromanticas & Astronomicas imagines.*

Ad propositum: quia dicit, Nullo modo: nec etiam quibuscunque vanis, quibus videlicet se Dæmon quocunque modo possit immiscere. Si tamen sunt adeò vana, vt & fragilitas humana, pro recuperanda sanitate illa aggreditur, doleat de præteritis, caueat de futuris, oret vt sibi debitum dimittatur, & in tentationem non amplius inducatur, inquit Augustinus in fine regulæ.

*Homini nulla est potestas concessa, vti Dæmonib.*

*Remedia contra grandines & super iumenta maleficiata.*

## CAPVT VII.

Valiter deniq; iumenta maleficiata possunt remediari, similiter & tempestates cœlis, notanda sunt primò quæ tam remedia illicita, quæ à quibusdã

Nam ea fiunt aut quibusdam verbis aut factis superstitiosis, vt qui vermes in digitis aut membris per quædam verba & carmina illicita curant: de quibus carminibus, qualiter cognoscantur vt sint licita vel non, in præcedenti capite tactum est. Alij sunt qui super iumenta maleficiata: non aquam benedictam spargunt, sed ori infundunt.

*Curatio vermis in digitis.*

*Aquam benedictam bestijs in os fundere.*

Primum remedium verborum esse illicitum, vltra præmissa, Guilielmus sæpè allegatus sic demonstrat. Si. n. verbis ineffet virtus & dicamus verbis, vt verbis: tunc ex quinque modis esset vnus, vel ex parte materiæ, id est, aëris aut ex parte formæ, hoc est, soni, aut ex modo significandi, aut ex parte omniũ simul. Non primum, quia aër nõ interficit, nisi sit venenosus: sonus etiam non, quia excellẽs obiectum corrumpit potentiam: nec tertium, quia tunc hoc nomen diabolus, vel mors vel infernus nocerent semper, & sanitas ac bonitas semper prodessent. Item nec omnia simul, quia toto aggregato ex partib. inualidis, etiam totũ est inualidũ.

*Excellens obiectum corrũpit potentiã.*

*Totum ex partibus inualidis, facit totũ inualidum.*

Nec valet si obijcitur, Deus contulit verbis, sicut herbis, & lapidibus. Quia si quæ virtutes insunt quibusdã verbis, aut sacramentalibus, aut aliis benedictionibus & carminib. licitis, has habẽt in se, non vt verba, sed ex institutione, & ordinatione Diuina, & ex pacto Dei. Sicut si Dominus diceret: quicunque hoc fecerit, faciam ei hanc gratiam: Et sic verba in sacramentis efficiunt quod signant. Quamuis secũdũ alios etiam habent virtutem intrinsecam: Sed prima opinio, quia iam defertur, ideò amplectenda. De alijs autem verbis & carminibus, patet ex præmissis quòd vt verba sũt composita, vel prolata, aut figurata nihil efficiunt, sed inuocatio nominis Diuini, & obsecratio, quæ est per sacra quædam protestatio, ad committendum effectum diuinæ voluntati prosunt. Remedia etiam operum, quę illicita videntur, vt suprà tactum est.

Et etiam vbi in partibus Sueuiæ plurimùm practicatur, quòd prima die Maij ante ortũ solis, quilibet villanæ exeũt, & ex syluis vel arboribus deferunt ramos de salicibus aut alios frondes, & ad murum circumiacentes, in introitu stabuli suspendunt, asserentes quòd per integrum annũ iumenta cuncta illæsa à maleficis remanent & præseruantur.

*Salices ij. Maij in stabulo valeruant à maleficis.*

Hoc

Hoc quidem remedium ſecundùm opinionẽ illorum, qui dicunt vana vanis contundi poſſe, non eſſet illicitum: Sicut nec etiam qui per carmina ignota morbos expellerent. Sed ſine offenſione procedendo dicamus, quòd ſi prima die vel ſecunda, mulier vel quicunque egrediatur, non habens reſpectum ad Solis occaſum vel ortum, colligit herbas, frondes, aut ramos, cum Oratione Dominica, aut Symbolo fidei, & ſuſpendit illa ſuper oſtium ſtabuli, bona fide, cõmittens effectum cuſtodiæ Diuinæ voluntati, non erit irreprehenſibilis, vt ſuprà in præcedenti capitulo ex verbis Hieron. & habetur 26. q. vlt. licet herbas & petras habere etiam ſuſtinenti dæmonium ſine incantatione.

*Signum crucis intra ſegetes erectum cuſtodit eas.*

Ad idem ſunt, qui intra vineas aut ſegetes, ſignum crucis, frondes, aut flores benedictos in die palmarũ cõtinent ac erigunt, & aſſerunt, quòd vndique frugibus per grandines læſis, ſegetes in eorum campis illæſæ remanſerunt. De quibus iuxta diſtinctionem tactam diſcernendum videtur.

*Eleemoſyna ex lacte, præſeruant.*

Ad idem, ſunt quædam quæ pro conſeruatione lactis, ne videlicet vaccæ per maleficia priuentur, integrũ liquorem lactis, quẽ die Sabbati colligũt, pauperibus gratis pro Deo diſtribuunt, & per huiuſmodi eleemoſynã aſſerunt vaccas etiam ſub vbertate ampliori lactis à maleficiis præſeruari. In quo opere nihil ſuperſtitioſum iudicarur, dũmodò pietatis cauſam, quam pauperibus exhibent, etiam Diuinam pietatem implorare pro conſeruatione iumentorum taliter proponunt, vt tamen effectum cuſtodiæ Diuinæ prouidentiæ pro ſuo beneplacito relinquant.

Prætereà Nider in ſuo præceptorio, præcepto primo dicit, quòd etiam per carmina ſcripta & verba ſacra licet iumenta, ſicut homines infirmos, benedicere, & per ea quæ incantationis ſpeciem habere videntur, dummodò ſeptem præmiſſæ conditiones ſeruentur. Dicit enim, quòd à deuotis perſonis & virginibus experientiam habuerit, quòd adhibito ſigno crucis ſuper vaccam, & Dominica Oratione, cum ſalutatione Angelica, trinies, vel circiter, ceſſat opus dæmonis, ſi eſt per maleficium.

Et in ſuo Formicario conſtat, quòd malefici de ritib. Eccleſiæ veneratis & ſeruatis, ſua maleficia præpediri fatentur: vt per aquæ benedictæ aſperſionem, per ſalis conſecrati ſumptionem, per candelabrũ in die purificationis & palma-

rum consecratarum vsum licitum, & similia. Quia ad hoc talia Ecclesia exorcizat vt vires Dæmonis imminuat.

*Suspectis de malefitio nihil commodato dandum, aut donandũ.*

Præterea quia maleficæ, quando volunt iumentum priuare liquore lactis, solent ex illa domo, in qua iumentũ moratur, modicũ lactis, vel butyri, ex illo iumento coagulatum petere, vt sic consequenter valeant per suam artem iumentũ maleficiare. Ideò sint cauræ mulieres, à quibus suspectæ huiusmodi petunt, ne eis in minimo mutuent aut donent.

Præterea sunt certæ mulieres, quæ dum sentiunt, quòd in coagulando butyrum, nihil proficiunt, sicut in vasis oblongis ad hoc aptis laborare solent, tunc si subitò ex suspectæ Maleficæ domo modicũ butyri habere possunt, tria fusta seu bolos ex illo butyro faciũt, & sub sanctissimæ trinitatis inuocatione, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, illa fusta in vasculum proiiciunt, & sic omne maleficium fugatur. Vbi iterum incidit, vanum vanis contundere, tantummodò ex eo, quòd butyrum à malefica suspecta habet mutuare. Quòd si absq; hoc, sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis orationẽ Dominicam adiungendo, etiã si de proprio butyro, siue alieno, si propriũ nõ haberet, tres petias immitteret, effectum Diuinæ voluntati committens, irreprehensibilis maneret, licet commendanda non esset propter tres videlicet petias butyri immissas: commendanda autem, si per aspersionem aquæ benedictæ, vel salis exorcizati, immissionem, cum oratione, vt suprà, maleficium fugaret.

*Sub liminibus mal. fitia inquirenda.*

Præterea, quia sæpè omnia iumenta maleficiis interficiuntur, aduertere debẽt, quibus talia accidunt, vt sub limine ostij stabuli, aut præsepis, vel vbi adaquantur, terra amoueatur, & alia terra cum aspersione aquæ benedictæ ad illa loca reponatur. Quia sæpè maleficæ fallaces sunt, maleficij aliqua instrumẽta ad illa loca se occultasse: talia etiã quæ ad substantiã Dæmonũ tantummodò fouere facere habeant, Dæmonem autem maleficium reposuisse: quod quidẽ maleficium res vilissima erat, vt lapis, lignum, vel mus, aut serpens aliquis. Constat. n. quòd Diabolus maleficia operatur per se, nec in illis reb indiget cõsensu. Aut & perditionẽ maleficę quærit, vnde & ipse in aliquo modo cooperari cogit.

Contra grandines verò & tẽpestates, vltra ea, quæ suprà de signo crucis erecto, hoc remedij practicatur: lapillienim tres ex grãdine in ignẽ sub inuocatione sanctissimę Trinitatis

nitatis subiiciuntur, & oratio Dominica, cum Angelica salutatione bis aut ter adiungitur, atque Euangelium Ioannis, In principio erat Verbum, cum signo crucis vndique contra tempestatem, antè & retrò, & ex omni parte terræ subinfertur. Et tunc, cùm in fine replicat trinies, Verbum caro factum est, & trinies ex post dixerit; Per Euangelica dicta, fugiet tempestas ista, subitò, siquidem tempestas ex maleficio fuit procurata, cessabit. Hæc verissima experimenta nec suspecta iudicantur. Hoc ipsum enim, quòd lapilli in ignem proiiciuntur, si absque inuocatione Diuini nominis fieret, superstitiosum censeretur.

*Euangelium Ioannis pro tempestatibus arcendis legendum.*

Quòd si dicatur, nunquid sine illis lapillis sedari possit tempestas? Respondetur, vtique per alia sacra verba. Proiiciens autem intendit Diabolũ molestare, dum eius facturã per inuocationem sanctissimæ Trinitatis distruere conatur. Ad ignem potius quàm ad aquam proiicit, quia citius dum resoluũtur, eò etiam citius eius factura destruitur, effectum tamen custodiæ diuinæ voluntati committit.

Est ad hoc, quòd Maleficæ quædam à Iudice interrogata, an per aliquem modum tempestates à maleficiis concitatæ sedari possent. Respondit, possunt, per hoc videlicet, *Adiuro vos grãdines*, & ventos, per quinque vulnera Christi, & per tres clauos qui eius manus & pedes perforarunt, & per quatuor Euangelistas sanctos Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, vt in aquam resoluti descendatis.

*Verba arcentia tempestatem.*

Fatentur etiã multæ licet quædã sponte, quædam in torturis & difficulter, quòd quinque sunt, per quæ multũ impediuntur, aliquando in toto, aliquando in parte, aliquando ne in personã hominis fiant, aliquando ne in suis amicis: & sũt, fidẽ integrã vel Dei præcepta seruãtibus, se signo crucis, & orationib. muniẽtibus, ritus & ceremonias Ecclesiç colẽtibus, publicã institiã benè exequẽtibus, & Christi passionẽ verbo vel mẽte ruminantibus: vnde & Nider, vbi supra. Ea de causa vniuersaliter vel communiter in Ecclesia Campanæ contra aurem pulsantur, tum vt tanquam tubas Deo cõsecratas eas Dæmones fugiãt & recedãt à suis maleficiis, tũ etiã vt populus excitatus Deũ cõtra tẽpestates inuocet. Et eandem ob causam, cũ ablatis sacramẽto & sacris verbis ad aurã sedandã proceditur cõmuniter, ex antiquissima consuetudine Ecclesiarum, in Gallia, & in Germania.

*Quinque modi plurimũ impedientur Maleficia.*

*Campanæ pulsatio, contra tempestates vtilis.*

*Circumgestare sacramentũ contra tempestates an licitum sit.*

Sed quia hic modus circa deportationem Sacramenti ad auram sedandam, videtur multis quiddam superstitiosum: non intelligentes regulas per quas agnoscitur aliquid superstitiosum vel non.

*Quinque regula, ad quas examinantur ea qua videntur superstitiosa.*

Ideò considerandũ est, quòd quinq; dãtur regulæ seu cõsiderationes, per quas quilibet agnoscere potest, an opus Deo exhibitũ sit superstitiosũ, id est, supra modũ Christianæ religionis obseruatũ, vel sit ad debitũ cultũ & honorẽ Deo exhibendum, tam in cordis, quàm corporis actibus, ex vera virtute religionis progrediens. Ista enim eliciuntur ex glossa super illud Apostoli ad Colos. 2. quæ sunt rationem habentia sapientiæ in superstitione: quæ dicit: Superstitio est religio supra modum seruata: vt etiam supra tactũ est.

*Superstitio est quicquid minuit gloriam Dei.*

Prima est, quòd in omnibus operibus nostris gloria Dei debeat esse principalis finis noster: iuxta illud, Siue mã ducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facietis. Ideò in omni opere, ad religionem pertinens Christianam, attendatur an opus sit ad gloriam Dei, & homo in opere det principaliter gloriã Deo, ita quòd per ipsum opus & mens hominis Dei subiiciatur. Et quidẽ licet propter hãc regulam cęremonialia, vel etiam iudicialia veteris Testamenti in nouo non exercentur, cùm sciamus illa sub figura: hæc autem in veritate iam esse propalata, tamen deportatio sacramenti vel reliquiarum ad auram sedandam non videtur contra hanc regulam militare.

Item, cùm secunda regula sit, quòd attendatur an opus quod fit, sit ad exercitium vel refrenatinum concupiscentiæ, vel abstinentiæ corporalis, modo tamen virtuti debito, hoc est, secundùm ritum Ecclesiæ vel secundùm moralem doctrinam. Quia Apostolus dicit, Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum. Et propter hanc secundam regulam, fatuè faciunt volentes nõ pectinare caput sabbato vel ieiunare die Dominico, tãquã meliori die, & similia, non videtur iterum, quòd deportatio sacramẽti, &c. sit superstitiosa.

*Die Sabbati caput non pectinandum.*

Item cùm tertia regula sit quòd attendatur, an opus sit secundùm statũ vniuersalis Ecclesiæ, vel secundùm sacræ scripturę testimonium, vel saltem secundum particularem Ecclesiæ ritũ aut de consuetudine generali, quæ secundùm Augustinũ pro lege habẽda est. vnde & beatus Gregorius scribit Anglorum Episcopo conquęrenti, quòd sint diuer-

*Consuetudo generalis Ecclesiæ, pro lege est habenda.*

sæ

sæ Ecclesię cõsuetudines in Missarũ celebratione Respõdit Gregorius, vt siue in Romana, siue in Galliarũ, siue in quacũq; Ecclesia aliquid inueneris, quod plus omnipotẽti Deo possit placere, sollicitè eligas: Diuersæ enim cõsuetudines Ecclesię in cultu Diuino, in nullo veritati repugnãt, & ideo seruãdæ & eas præterire illicitum est. Ideò, vt in principio tactum est, antiquissimæ consuetudines Ecclesiarũ Galliæ, & quãrũdã Germaniæ: cum decreuerint Eucharistiã ad aurem deportare, non poterit hoc esse illicitum: verum quòd non in patulo fiat, sed in sacrario absconditè & incluso.

*Diuersitas cultus diuini non repugnat veritati.*

Item cùm quarta regula sit quòd inspiciatur, an opus quod fit, habeat naturalem proprietatem ad effectum, qui expectatur: aliàs enim si hoc nõ habet, censetur superstitiosum. Ex qua consideratione characteres ignoti, & nomina suspecta, etiam imagines astronomicæ & necromanticæ refutantur omnia tanquam suspecta. Ideò & ex hac consideratione nõ possumus dicere, quòd deportatio reliquiarũ, aut Eucharistiæ cõtra diabolicas infestationes, sint superstitiosa, imò religiosissima, cùm ibi tota salus nostra contra aduersarium contineatur.

Item cũ quinta regula sit vt attendatur, quòd opus quod fit non præbeat occasionem scandali vel ruinæ: quia tũc, licet non esset superstitiosum; tamen propter scandalum esset dimittendum, vel differendum, vel occultè sine scandalo faciendũ. Ideo si deportatio talis sine scandalo fieri potest, vel saltẽ occultè tunc nõ est obmittẽda. Ex ista enim regula sæpè obmittuntur benedictiones per verba deuota, siue super infirmos, siue vt ad collũ alligentur, & hæc à secularibus obmittuntur. Dico quòd saltẽ non publicè fiat, vbi occasionem ruinæ in aliis simplicibus præstare posset. Hæc sufficiant quò ad remedia contra grandines, per verba & opera licita.

*Remedia quædam contra quasdam occultas Dæmonum infestationes.*

## CAP. VIII.

Sed iam iterum suspenditur iudicium ad scribendum remedia contra quædam terræ frugum nocumenta, quæ per vermes interdum, & cinifes, per turmas ad longissima terrarum spacia in aere volantes, ita vt superficiem terræ cooperire

cooperire videantur, radicitus cuncta virētia, tam in vinetis quàm segetibus, & graminibus consummatis immittūtur. Item remedia contra pueros opere Dæmonum subtractos.

Ad primum tamen dicendum iuxta S. Thom. 2.2.q. 90. vbi petit: An liceat adiurare irrationalem creaturam. Respondit quòd sic: per modum tamen compulsionis, quæ referri tunc debet ad Diabolum, qui in nocumentum nostrum vtitur irrationabilibus creaturis. Et talis est modus adiurandi in Ecclesia exorcismis, per quas Dæmonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis. Si enim intētio refertur quò ad irrationalem creaturam quò ad se, quæ nihil intelligit, vana esset. Ex quo datur intelligi, quòd per exorcismos licitos, & adiurationes, possunt depelli, diuina tamen assistente clementia: taliter, vt prius populo ieiunia, processiones, & aliæ deuotiones iniungantur; propter adulteria enim & multiplicationem criminum, huiusmodi mala immittuntur: vnde & ad confessiones homines inducendi sunt.

*An liceat adiurare irrationalem creaturam.*

*Excommunicatio irrationabiliū creaturarum.*

In nonnullis etiam prouinciis excommunicationes fulminantur, sed tunc vim adiurationis super Dæmones fortiuntur.

*De Campsoribus dictis Vvechselkinder*

Est & alia horribilis Dei permissio super homines, vbi interdum mulieribus subtractis propriis filiis & pueris alieni à Dæmonibus supponuntur: & hi quidem pueri vulgariter Cāpsotes in Alemanico *Vvechselkinder* nūcupati, sūt in triplici differentia. Nam aliqui sunt semper macilenti & eiulantes, cum tamen quatuor mulieres nulla vbertate lactis vnum lactare sufficerent. Aliqui verò sunt incuborū Dæmonū opere producti, quorū tamen filij nō sūt, sed propriè illius hominis & viri, cuius semen receperunt, vt Succubi, vel in somniis viros polluētes. Hos. n. interdum pueros diuina permissione supponunt, subtractis propriis filiis.

Est & tertium genus vbi interdum Dæmones speciem paruulorum apparentes, nutricibus se coniungūt. Commune in omnibus tribus, quòd multum ponderosi macilentes non crescunt, & nulla vbertate lactis, vt præmissum est, lactentur: & sæpius dicuntur euanuisse.

*Cur Deus permittat infantes à Dæmonibus obtrudi.*

Quare autem diuina pietas talia permittat, dici potest quòd ex duplici causa. Primò quia parētes pueros nimis diligunt, vnde propter eorum vtilitatem talia permittūtur.

Secun-

Secundo, quia præsumendū est, quòd huiusmodi mulieres quibus talia accidunt, vt plurimum sunt superstitiosæ, & in multis aliis à Dæmonibus seducuntur, vnde & Dominus verus zelotes, secundùm rectum zelum, qui est vehemens amor in propriā sponsam, ex quo alium non solùm accedere nō patitur, sed nec signa adulterij vel suspicionis, vt maritus zelotypus super animam quam precioso sanguine emit & per fidē desponsauit, sustinere potest in tactu, colloquio appropinquatione, quocunq; modo cum inimico Diabolo & aduersario salutis. Et si signa adulterij maritus zelotypus non patitur, quantùm tunc turbatur quando adulterium committit? Vnde non mirum, si proprij subtrahuntur filij, & adulterini supponuntur.

Et quidem vt fortius ista imprimātur, & quantum Deus animam zelatur, & non vult nec signa suspicionem causantia pati: patet ex antiqua lege, vbi vt populum suum funditus elongaret ab idololatria, prohibuit non solum idololatriam, sed multa alia, quæ occasionem possent præbere ad idololatriam, & quæ etiam in se non videntur habere vtilitatem, quam tamen in suo mystico sensu mirabiliter retinent. Vnde non solum dixit. Exo. 22. Maleficos non patieris viuere super terram: sed & hoc adiunxit. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant: Sicut copulatrix occiditur, & peruagari inter homines non permittitur. *Malefici leonibus comparātur.*

Nota zelum Dei. Deuteron. 22. Deus præcepit. Nidum cum ouis, aut pullis desuper cubantem matrem: non deberent simul seruare, sed matrē permittere auolare, quia hoc gentiles ad sterilitatem vertebant. Zelotes Dominus in suo populo noluit tale signum adulterij pati. Sic iam vetulæ inuentionem denarij, signum magni fortunij, & per oppositum vbi thesaurum somniarent iudicant. Item præcepit omnia vasa cooperiri, & vasculum non habens, operculum immundum censeri. *Thesaurum somniās infortuniū notat.*

Error erat vt venientibus de nocte Dæmonibus, aut vt vetulæ dicunt *Die Seeligen*, sed sunt Maleficæ vel Dæmones in earum effigiis, debeant omnia consumere, vt post abundantius tribuant. Colorant quidam & dicunt, *Schrettel*. Sunt contra determinationem Doctorum, quòd præter homines & angelos non sunt aliæ creaturæ rationales, vnde non sunt nisi Dæmones. *Schrettel.*

Idem

radetis barbam, illi enim faciebant idololatriæ in venerationem Idolorum.

*Aræ Idolorũ destruenda.*

Item Deut. 22. vt viri non induerentur vestibus mulierũ nec è cõuerso, quòd illæ in veneratione Deę Veneris faciebant, & alij in venerationem Martis, & Dei Priapi.

Item ea de causa iussit destrui aras Idolorum, & Ezechias destruxit serpentem æneum, quando populus ei volui offerre, dicens, cuprum est. Et ea de causa inhibuit somnia non obseruari & augurias, & præcepit vt vir aut mulier, in quo Pythonicus spiritus esset, occideretur, sicut iam sunt *Vvarsageria* nuncupata; quæ omnia, quia suspicionem generant ad adulterium spirituale, ideò vt dictum est, ex zelo quem Deus habet ad animas sibi desponsatas, sicut sponsus ad sponsam, inhibuit.

Sic etiam & nos prædicatores aduertere debemus, quòd nullum sacrificium Deo magis acceptũ, sit quàm zelus animarum, vt Hieronymus super Ezechielem testatur.

Vnde & consequenter in tertia parte operis, de exterminio maleficarum, quò ad vltima remedia tractãdum erit. Hoc ipsum enim vltimum Ecclesiæ est refugium, ad quod etiam ex Diuino obligatur, vt dictum est: præcepto nempè: Maleficos ne patiaris viuere super terrã vbi & remedia cõtra maleficos sagittarios includuntur: cùm & hoc ipsum genus nisi per seculare brachium poterit exterminari.

Remedium dum quidam intuitu commodi temporalis sese ex toto Dæmoni deuouerunt: sicut experientia sæpè docuit per veram cõfessionẽ, licèt à Diaboli potestate liberabantur, tamen diu & post grauissimè molestati, & præcipuè nocturnis temporibus fuerunt. Et hoc in eorum pœnã Deus permisit. Signum autem quòd liberati erant, ex illo agnoscebatur, quia pecunia in bursis aut capsulis post confessionem deficiebat: super quæ plurima gesta deduci possent, sed breuitatis causa obmittuntur.

TERTIA

# TERTIA PARS MALLEI MALEFICARVM, AD OPVS IVDICIALE, TAM IN FORO ECCLESIASTICO, quàm ciuili, contra maleficos, ac omnes hæreticos pertinens, XXV. Quæstiones complectens.

*IN QVIBVS REGVLA INchoandi processum Iudicij, continuatio & sententiandi modus luculentißimè demonstratur.*

*Quis sit competens maleficarum Iudex.*

## QVÆSTIO PRIMA.

VTrum maleficæ & earum fautores, receptatores, & defensores, ita subiiciũtur iudicio Ecclesiastico diœcesanorum, & ciuili, quòd ab earũ inquisitione valeant hæreticæ prauitatis inquisitores esse exonerati: & arguitur quòd sic. Nam in cap. accusatus. §. sanè. libr. 6. dicitur: Sane cùm negotium fidei, quod sumìnè priuilegium existit, per occupationes alias non deceat impediri, pestis inquisitores hæreticæ à sede Apostolica deputati de diuinationibus aut sortilegiis, nisi hæresim saperẽt, manifestè intromittere se non debẽt, nec punire talia exercẽtes, sed relinquere suis iudicib. puniẽdos. Nec

*Inquisitorum limitata inquisitio.*

Nec videtur obstare, quòd hæresis maleficarum hic non exprimitur: tum quia eisdem pœnis in foro conscientiæ puniuntur, de consec. dist. 1. pro dilectione. Si Diuinatorum & maleficarum peccatum occultum sit, interponitur pœnitentia quadraginta dierum: si notorium, Eucharistia denegatur, & quorum eadem pœna, etiam idem iudicium decernitur: Tum etiam, quia eadem vtrobique videtur esse culpa: sicut mortilegi iudiciũtur sortium tur: ita maleficæ nocumenta creaturarum à Dæmonibus expectant & exigunt, quòd à solo Deo quærendum est à creaturis illicitè requirentes: vnde vtrobique peccatum Idololatriæ.

Ad quem sensum Esaiæ 21. notatur, quòd rex Babylonis stetit in biuio, in capite duarum viarum, commiscens sagittas, interrogauit Idola.

Præterea si dicatur, quòd cap. restringit Diuinatores & Sortilegos super crimen hæreseos, in quo subesse debent iudicio Inquisitorum, cùm dicit, nisi hæresim saperent manifestè, ita quòd ad minus Diuinatores & Sortilegi hæreticales sint eis subiecti. Contra, quia tunc essent dãdi Diuinatores artificiales, de quibus nullibi in scripturis fit mẽtio.

Præterea si maleficę sunt Inquisitorũ iudicio subiectæ, hoc erit propter crimen hæreseos: sed quod facta maleficarum sine hæresi possunt fieri, probatur. Nam sicut conculcare Christi corpus in luto, quod valdè horrendum esset peccatũ, potest fieri sine errore in intellectu, & per consequens etiam sine hęresi: quia stat firmiter, aliquem credere ibi esse corpus, proijcere tamen in lutum, ad complacendum Dæmoni ex aliquo pacto, ideò vt optatum finem, puta thesauri inuentionem, vel simile obtineret. Ita & facta maleficarum sine errore fidei, licet nõ absque grandi peccato fieri possunt. Vnde in illo casu vtique iudicium Inquisitorum subterfugiunt, & suis iudicibus relinquuntur.

*Salomon fuit Apostata.*

Præterea sicut Salomon Diis suarum vxorum reuerentiam exhibuit propter cõplacentiam, nec tamen propterea Apostasiam perfidiæ incurrebat, quia mente fidelis & verã fidem semper retinuit: ita & maleficæ propter reuerentiam quam exhibent Diabolo, propter pactum initum, mente fidem retinentes, non sunt propterea hæreticæ nunc upandæ.

Præterea si dicatur quòd omnes maleficæ fidem habent abnegare, vnde & hæreticæ iudicandæ. Contra, quia in casu quo

quo etiam mente & corde abnegarent, adhuc non hæreticæ, sed apostatæ nuncuparentur. Et cum sit differentia inter Hæreticum & Apostatam, & Hæretici Inquisitorum iudicio subiiciantur, vtique maleficæ totum iudicium subterfugere habent.

Prætereà 26. quæst. 5. dicitur: Episcopi eorumq; ministri, omnibus modis elaborare studeant, vt pernicioſam & à zoroastre inuentam Sortilegam & Magicã artem, ex parrochiis suis penitus eradicare studeant, & si aliquẽ virum aut mulierem huius sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. Vnde cum c. 348. in fine dicat, suis iudicibus relinquant, & quia loquitur in plurali, tam de Ecclesiastico quàm Ciuili iure, ideò ad minus per c. allegatum subduntur Diœcesanorum iudicio.

Quòd si Diœcesani etiã seipsos exonerare vellent, prout Inquisitores præfatis iam tactis argumentis rationabiliter facere videntur, vellẽtque maleficarum punitionem ad temporales Iudices retorquere, his argumentis probabiliter hoc facere possent. Habetur in c. vt inquisitionis. §. prohibemus quoq; districtius præfatis dominis temporalibus & rectoribus ipsorumq; officialibus, ne ipsi de hoc crimine, cùm sit merè Ecclesiasticum quoquo modo cognoscãt vel iudicent: & loquitur de crimine hæreseos: sequitur ergo, q; vbi crimen non est merè Ecclesiasticum, sicut est crimẽ in huiusmodi maleficis, qui propter damna temporalia, quæ ab eis inferũtur, à Ciuili & nõ ab Ecclesiastico, debẽt puniri.

*Qua ratione Diœcesani punitionem maleficarum ad laicum forum possint relegare.*

Prætereà, C. de Iudæis. l. vlt. in fine dicitur: Cernat prætereà bona sua proscripta, & mox sanguinis pœnę destinãdus, quia fidem Christi expugnabat peruersa doctrina. Quòd si dicatur, quòd lex loquitur de Iudæis conuersis, & post redeuntibus ad ritum Iudæorum, instantia non valet: Imò argumentum amplius per hoc fortificatur, eò quòd cùm talis propter Apostasiam à fide, Iudex ciuilis habet punire: ergo etiam maleficas fidem abnegantes: Cùm abnegatio fidei in toto vel in parte sit fundamentum maleficarum.

*Prætextu quæstionis hæresũ nemo debet commotiones excitare.*

Prætereà licet in solutione dicatur, quòd pro eodem Apostasia & Hæresis sit capiẽda, adhuc tamen Ecclesiasticus Iudex nõn se habet de eis intromittere, sed ciuilis. Nam occasione quæstionis hæresum nullus debet populum commouere: sed præses debet per se prouidere.

In Auth.de man.prin.colla.3.§.neque occasione. vbi dicitur, Neq; occasione religionum hæresumq; quæstionis permittas alicui prouinciam cõmouere,aut aliter quadam præceptione iniungi prouinciam cui præsides,sed ipse prouidebis competẽti vtilitate fiscalibus,& quæ alia sunt perscrutari, & non permittere aliquid fieri citra nostras præceptiones occasione religionum. Patet ex his, quòd de expugnante fidem nullus debet se intromittere, nisi præses.

Præterea si cognitio iudicum,& punitio talium maleficarum nõ spectaret totaliter ad ciuilem Iudicem, quomodo leges de his tribus se intromittere possunt. Nam C. de maleficis.l.nemo l.culpa.l.nullus.omnes illos,quos vulgus maleficos vocat,capitali pœnæ subiicit,& e.l.militi,bestiis obiicere decernit,qui magica arte vitæ innocentũ insidiantur Item quòd quæstionibus & tormentis ad interrogandum subiici debeãt:& quòd nullus fidelium sub pœna exilij,amissioneq;.omnium bonorum,cum eis participet:cum multis aliis pœnis annexis,quę legẽti illas leges occurrunt.

*Iudicem ecclesiasticum & ciuilem conjunctim debere de maleficio iudicare.*

E contrario verò & pro veritate,legum Doctores talium maleficarum punitionem in Ecclesiasticum Iudicem possunt retorquere,vt simul copulatiuè habeant cognoscere,& iudicare : Et hoc sic probatur. In crimine canonico præses cum metropolitano habet discernere, & non metropolitanus per se.sed adiuncto præside:patet in Authen.de mand. princip.§.Si verò canonicum sit quod quæritur, vna cum Metropolitano prouinciæ hoc disponere & decernere prouidebis.Siue alij quidam dubitant gloss.id est,in fide, quo casu solus cognoscet:Siue alij quidam gloss. tunc Episcopus cũ præside scilicet cognoscet, & causæ Deo dare amabilem,& decẽtem terminum, qui & decenter orthodoxam custodiat fidẽ,& indẽnitatem præstet fiscalibus, & nostros subiectos seruet inuiolatos gl.id est eos nõ currúpatin fide.

Præterea princeps secularis licet puniat pœna sãguinis, non tamen per hoc iudicũ Ecclesiæ excludit,cuius est cognoscere & definire. Imò necessariò præsupponit, vt patet C.de summa trin.& fi cath.l 1.in fi.& Extra de hære.c.ad abolendam.& c.vergentis,& c.excõmunicamus.1.& 2.Imò eadem pœna est & secundum leges & secundum Canones: vt patet C.de hæret l. manichæos, & l Arriani.Vnde & ad eos pertinet,præcipuè insimul,& non diuisim talium punitio

Præterea.

Præterea ſicut leges decernunt clericos à propriis iudicibus emendare,& non à temporalibus ſeu ſecularibus, eò quòd crimẽ eccleſiaſticum in eis cẽſetur. Ita & maleficarũ crimen,cùm ſit partim ciuile & partem eccleſiaſticũ, propter damna temporalia & fidem quam violant: Ideò ad vtriuſque partis iudices pertinet ad cognoſcendum,iudicandum & puniendum.

Et fortificatur ratio in Auth. vt cleric. apud proprios iudices, §. ſi verò. colla 6. vbi dicitur. Si verò Eccleſiaſticum ſit delictũ,egens caſtigatione Eccleſiaſtica & mulcta, Deo amabilis Epiſcopus diſcernit,nihil communicantibus clariſſimis prouinciæ iudicibus. Neque enim voluimus talia negotia omnino ſcire ciuiles iudices:cùm oporteat talia eccleſiaſticè examinari & emendari animas delinquentiũ per Eccleſiaſticam mulctã ſecundùm ſacras & diuinas regulas, quas & noſtræ ſequi non dedignantur leges. Hæc ibi. Vnde & per oppoſitum crimen mixtum ab vtriſque eſt puniẽdũ.

Reſponſio,cùm principalis intentio noſtra in hoc opere ſit,ab inquiſitione maleficarũ,quantũ cum Deo fieri poſſit, nos Inquiſitores partium ſuperioris Allemaniæ exonerare, ſuis iudicibus ad puniendum relinquendo, & hoc propter negotij arduitatem, dum tamen indemnitati fidei & ſaluti animarum non eo minus prouideretur,quare & præſens opus aggreſſi ſumus:ipſis iudicibus modus cognoſcendi,diffiniendi & ſententiandi relinquendo.

Ideò ad oſtendendum quòd Epiſcopi contra maleficas in multis procedere poſſint, etiam ſecluſis Inquiſitoribus, licet ipſi Epiſcopi ſine temporali & ciuili iudicio,vbi punitio tranſit in vindictam ſanguinis, non ita procedere valeãt Expedit certas opiniones aliorũ Inquiſitorũ in diuerſis regnis Hiſpaniæ in medium deducere, & illos(ſalua eorum ſẽper reuerẽtia cũ ſub ordine vno Prædicatorũ militamus, infringere,vt eò clarior in ſingulis habeatur intellectus.

*Epiſcopi contra maleficas procedere poſſunt, excluſis Inquiſitoribus.*

*Hiſpanicam inquiſitionem ſioi nimium famere.*

Eſt itaque eorũ opinio,quòd omnes malefici, Sortilegi, Diuinatores,Necromãtici, & breuiter ſub quocũque genere Diuinationũ exiſtãt & qui fidem facrã ſemel ſuſceperũt, & profeſſi ſunt iudicio Inquiſitorũ ſubiacere, taliter vt in tribus quæ notantur in capitulo, multorũ querela:in principio. De hær. in Clement nec Inquiſitor ſine Epiſcopo,nec Epiſcopus ſine Inquiſitore procedere habeãt Licet in quinque

aliis vnus sine altero procedere valeat, si cui placet capitulum legat & inueniet. Vnum autem è tribus est sententia diffinitiua, ad quam vnus sine altero non debet procedere, & hoc vbi præfati Hæretici sunt habendi.

*Auctoritas Episcoporũ enervatur per nimiam auctoritatẽ Inquisitorum.*

Addunt insuper blasphemos & quocunque modo Dæmones inuocantes, & excommunicatos, qui in excommunicatione stetissent per annum animo contumaci, in causa fidei, vel etiam in non causa fidei, sub certis casibus, & plura alia includunt, per quæ auctoritas Ordinariorum nimis enervatur, & vobis Inquisitorib. ampliora onera imponuntur, non inuis securè coram tremendo iudice, qui vtique districtam a nobis super commisso officio exiget rationẽ. Et quia eorum opinio non infringitur, nisi eorum fundamentum sit annullatum. Ideò notandum quòd principale fundamẽtum per glossatores canonum, & præcipuè super c. accusatus & §. sanè, & super verba hæresim sapiant manifestè accipitur. Fundant insuper se super dicta Theologorum, Tho. Alberti, Bonauenturæ, in 2. dist. dist. 7.

*Sortilegi vel diuinatores sunt aut artificiales aut hæreticales.*

Et his specialiter aliqua expedit recitare Nã vbi cadicit, vt in argumẽto primo deductũ est, quòd inquisitores hæreticę prauitatis, de sortilegiis, & diuinationibus se nõ debeãt intromittere, nisi hæresim sapiant manifestè dicunt, quòd sortilegi vel diuinatores sunt duplices, scilicet, artificiales & hæreticales. Et primi dicuntur meri diuinatores, quia videlicet merè ex arte agunt: De quibus etiam loquitur capitulũ ex tenore, Extrà: de sortilegiis: vbi dicit, quòd Vdalricus presbyter cum quodam infami, hoc est, diuinatore, dicit glo. ad secretum locum perrexit, non ea intentione vt Dæmonem inuocaret: quasi dicat: quia hoc fuisset hæreticum, sed vt cum inspectione astrolabij furtum quoddam inueniret: quasi dicat quòd est mera diuinatio, vel sortilegium.

*De Diuinatoribus hæreticalibus.*

Secundi verò Hæreticales dicuntur Diuinatores, qui in eorum arte Dæmonibus aliquem honorem latriæ vel dulię impendunt, qui diuinando futura prædicere conantur, vel aliquid simile, quòd hæresim sapiat manifestè exercent, & tales in dicto inquisitorum, sicut & alij hæretici subiacent.

Et quòd hæc sit mens canonis, probant per canonistas glossantes verbũ saperent. Nã Io. And. super allegatũ canonem accusatur, & verbum saperent, dicit, ita saperent, sicut

est

est circa aras Idolorum nepharias preces emittere, sacrificia offerre, Dæmones consulere, eorúmque responsa suscipere, Vel associant sibi propter sortes exercendas hæreticos vel faciunt prædicta cum sanguine, vel cum corpore Christi, vel in sortibus, vt possunt habere responsa, puerum rebaptizant, vel his similia.

*De pueris rebaptizãtibus, vt respõsa eũciant.*

Ad eundem sensum allegant Archid. super eodem c. & §. Sanè, & super eodem verbo saperent. Item allegant Ioannẽ Mo. Raymũdum, Guilihelmum de mõte Laudu Item probant per determinationem Ecclesiæ, ex Concilio Acquirẽsi. 26. q. 5. Episcopi. vbi huiusmodi mulieres superstitiosę infideles nominãtur, cùm dicitur vtinam hæ solæ in sua perfidia periissent, & perfidia in Christiano dicitur hæresis vnde & Inquisitorum hæreticorum iudicio sunt subiecti.

Probatur insuper per Theologos, primò per sanctum Thomam, in 2. sen. dist. 7. vbi quærit, vtrum vti auxilio Dęmonis sit peccatũ, vbi inter alia hæc verba dicit super illud Esaiæ octauo. Nunquid non populus à Deo suo requiret visionem? In omnibus, in quibus complementum operis ex virtute dæmonis expectatur, est Apostasia à fide, propter pactum initum cum dæmone, vel verbotenus, si inuocatio interfit, vel facto aliquo, etiamsi sacrificia desint.

Ad idem allegant Albertũ in eodem suo scripto & distin. Item Petru de Tarentasia, item Petrum de Bonauentura, nouiter canonizatum. qui tamen non Petrus nominatur, cùm fuerit verum nomẽ suum. Itẽ Alexandrum de Ales, & Guidonem ordinis Carmelitarum, qui omnes dicunt, quòd dæmones inuocãtes, sunt Apostatæ & per cõsequens Hæretici, vnde Inquisitorum hæreticorum iudicio subiecti.

*Bonauentura canonizatus*

Sed quòd præfati Inquisitores per hæc & per quæcũque ab eis allegata, non possint sufficienter probare, quin etiam præfati sortilegi, &c. iudicio ordinariorũ, seu episcoporum, seclusis Inquisitoribus possint subiacere: & quòd Inquisitores a talium Diuinatorum, Necromanticorum, seu etiam maleficorum, se possint exonerare, non quòd illi Inquisitores malè faciant inquirendo super tales, vbi episcopi nõ inquirunt in quo casu potius Inquisitores illi sunt commendandi, sic probatur. Inquisitores non habent se intromittere nisi super crimen hæreseos, & cùm hoc oporteat quòd illud crimen sit manifestum. Patet per frequenter allegatũ

canonem accusatus,& in §. Sanè.

Quo stante tunc iterum arguitur, cùm quis aliqua committit quæ absque vitio hæreticos committere potest, quàtumcunque illa sint grauia & enormia, adhuc non est vt hæreticus iudicandus, licet sit puniendus. Ex quo sequitur, quòd vbi quis non est iudicandus vt hæreticus, sed vt malefactor puniendus, Inquisitor non se debet intromittere, sed debet talem iuxta tenorem canonis suis iudicibus ad puniendum relinquere.

Quo iterum stante, sequitur quòd omnia inducta per glossatores Canonistas & Theologos, vt Dæmones inuocare, eis sacrificare, &c. vt suprà tactum est, nisi ex vitio hæreseos processerint, Inquisitores se non debeant intromittere sed suis iudicibus vt suprà relinquere. Quo iterum stãte, cùm præfata sæpissimè sine vitio hæreseos fieri possint in quo casu talia facientes nõ sunt vt hæretici habẽdi, aut cõdẽnãdi subscriptis probatur auctoritatibus & rationi.

*Quinque requiruntur, vt quis habeatur hæreticus.*

Nam ad hoc quòd aliquis sit propriè hæreticus, quinque requiruntur. Primũ est, vt sit error in ratione. Secũdum est, quòd error ille sit circa ea, quæ sunt fidei, vel contra veritatem determinationis Ecclesiæ, in iis quæ pertinent ad fidem, vel bonos mores, & necessariò ad cõsequutionẽ vitæ æternæ. Tertiũ est, quòd error talis sit in illo qui Catholicam fidẽ professus est alias enim esset Iudæus vel paganus, nõ hæreticus Quartũ est quòd talis error in eo, qui fidem suscepit sit taliter quòd aliquã veritatem de Christo confiteatur pertinentem ad diuinitatem vel humanitatem, aliàs si in totum discederet, esset Apostata. Quintũ est, vt talem errorẽ pertinaci voluntate & obstinata eligat, & sequatur: & quòd de hæresi & hæretico sic sumpto. ca. allegat. accusatus, & verbum saperent, intelligatur (glossam tamen canonistarum non reprobando, sed saluando) sic probatur.

*Duæ res faciũt hæreticum.*

Nam quòd primũ requiratur, scilicet error in intellectu, hoc notũ est omnibus per cõmunẽ regulã. Duo requiruntur, vt quis dicatur hæreticus, vnũ materiale, scilicet, error in ratione, alterũ formale, scilicet pertinacia in voluntate. Patet & per Aug. Hæreticus est, qui nouas & falsas opiniones aut gignit, aut sequitur. Ratio etiam adest quia hæresis est species infidelitatis, & infidelitas est in intellectu subiectiuè sicut & fides sibi cõtraria & opposita habent fieri circa idẽ.

Quo

Quo ſtante, factum vel opus quodcunque, ſine errore nõ facit hæreticum, vt puta, ſi quis fornicatur aut mœchatur licet agat cõtra veritatem, quæ dicit: Non mœchaberis, ex hoc non eſt hæreticus, niſi credat vel opinetur fornicari, eſſe licitum. Et ratio eſt, quia quandocunque aliqua duo neceſſariò requiruntur ad conſtitutionem alicuius, deficiẽte altero illorum, impoſſibile eſt, illud eſſe. Quia dato oppoſito, quod ſine illo poſſit eſſe, iam non neceſſariò requireretur ad cõſtitutionẽ illius: ſicut quia ad conſtitutionẽ domus neceſſariò requiritur fundamẽtũ, paries, tectũ, ideò altero deficiẽte, nõ habetur domus. Sic ergo, quia ad hæreſim cõſtituẽdam requiritur error in intellectu neceſſariò, nullũ factum abſolutè ſine errore intellectu facit hæreticum.

*Qui credit illicita eſſe licita eſt ex parte hæreticus.*

Et propter hoc nos Inquiſitores Germaniæ dicimus cũ B. Antonino, in 2. par. ſummę ſuæ, hãc materiam pertractãtis, q̃ baptizare imagines, adorare Dæmones eis thurificare, conculcare corpus Chriſti, in luto, & omnia huiuſmodi, quæ ſunt valdè horrenda peccata, niſi ſit error intellectu, nõ faciunt hominẽ hæreticum. Et ideò ſi quis faceret iſta, vt puta baptizaret imaginẽ, nõ malè ſentiens de ſacramẽto baptiſmi, nec de eius effectu, nec credens illum baptiſmum eſſe aliquid, nec habere effectũ ex vi ſua: ſed fecit hoc propter aliquẽ finẽ facilius aſſequendũ à Dæmone, cui quærit propter hoc complacere: ita q̃ aliquo pacto implicito, vel expreſſo illud agat vt Dæmon ſibi vel alicui faciat quod petit ſecundum quod characteribus & figuris ſecundum artes magicas ab hominibus Dæmones pacto expreſſo vel tacito inuocãtur, ad deſideria eorum explenda: dummodò non petant à Dæmone quod ſit ſupra facultatem eius, nec quantum ad potentiam, nec quantum ad cognitionem, ſic ſcilicet, quòd non male sẽtiat de poteſtate, aut cognitione Dęmonis. Sicut eſſent illi, qui crederent quòd Dęmõ poſſit neceſſitare liberum arbitriũ hominis: vel illi qui crederẽt, quòd Dæmon omnino ex tali pacto & in omnẽ euentum, quantumcunque à Deo non permiſſus poſſet facere quod petunt: vel qui crederẽt q̃ poſſit ſcire alteram partẽ futuri contingentis, vel effectum aliquem facere qui eſt proprius ſoli Deo: tales enim non eſt dubium quòd haberent errorem in intellectu & male de poteſtate Dęmonis ſentirent: & per conſequens ſuppoſitis aliis conditionibus

*A Dæmone aliquid ſupra eius facultatem petere eſt hæreticum.*

quæ requiruntur ad hæresim, essent hæretici, & ordinariorum simul & Inquisitorum iudicio subiecti.

Sed si ex causis prædictis facerent, non malè sentientes de baptismo & aliis prædictis, prout communiter fit, eò quòd ipso facto malefici, & Nicromantici, cùm sciunt ipsum diabolum esse inimicum fidei, & aduersarium salutis, iam coguntur in eorum cordibus sentire magnam vim esse in fide, & quòd nulli falsitati subiacere potest, cui patet mendacij non præesse noscitur. Ideò licet talia faciētes peccarent grauissime, non essent hæretici. Et ratio est, quia non malè sentiunt de sacramento, licet eo malè, & sacrilegè vtantur. Vnde sunt magis sortilegi quàm hæretici & de numero illorū, de quib. c. alleg. caccusatus, prætendit non subiacere iudicio Inquisitorum, cùm non manifestè sapiant hæresim, in ò vix occultè & quasi nullo modo.

Et eodem modo de adorantibus Dæmonem, & sacrificantibus ei: quia si hoc faciunt credentes Diuinitatem esse in Dæmonibus, vel credentes quòd cultus latriæ sit ei exhibendus, vel quod omnino ex exhibitione talis cultus, assequantur quod requirunt à Diabolo, non obstante Dei prohibitione seu etiam permissione, tales essent hæretici. Sed ista faciunt non ita sentientes de Dæmones, sed vt aliquo cum Dæmone facilius per ista exequantur ab ipso quod intendunt, tales non sunt hæretici ex natura rei, licet grauissimè peccent. Et quidem pro maiori declaratione sunt aliquæ obiectiones mouendæ. Nam obstare videtur, quod secundùm iura, Simoniacus non est hæreticus, vt 1. q 1. quisquis per pecuniam; & tamen non habent errorē in intellectu. nam Simoniacus non est hæreticus propriè, sed largè, propter quandam similitudinem. Quia ex quo vendit vel emit sacra, ita agit ac si æstimaret donum gratiæ pecunia posse possideri, secundùm Thomam. Sed non hoc æstimando sicut communiter accidit, non est hæreticus: quia hoc non creditur, sed benè verum esset, si hoc crederet, scilicet, donum gratiæ posse pecunia possideri.

*Argumentum à comparatione Simoniacorum.*

*Adorans hæreticum est hæreticus.*

*Ecclesia non iudicat nisi de apertis.*

Item obstare videtur quod dicitur de hæreticis quicūq; & alle. c. accusatus, quòd adorans hæreticum, est hæreticus sed grauius peccat, qui adorat Dæmonem, quàm qui adorat hæreticum, ergo, &c. Item qui iudicādus est vt hæreticus, videtur esse hæreticus. Nam Ecclesia non potest iudicare

care nisi de iis quæ patent : occultorum enim cognitor est Deus & Iudex. disti. 33. erubescãt. Sed ea quæ sunt in intellectu, non possunt patere nisi ex factis intrinsecis, visis vel probatis: ergo talis faciens talia, est iudicandus hæreticus.

*Non est malitia in voluntate quin sit error in intellectu.*

Præterea, impossibile videtur quòd aliquis faciens talia, scilicet, conculcando corpus Christi & huiusmodi, licet malè sentiat de corpore Christi, probatur hoc, quia impossibile est malitiã esse in voluntate, quin sit error in intellectu. Cùm & secundũ Philosophũ omnis malus est ignorãs seu errans, cùm ergo talia facientes, habeãt malitiam in voluntate, ergo habent errorẽ in intellectu. Respondetur ad ista, & primò super primũ & tertiũ, quia coincidũt. Duplex est iudiciũ, scilicet Dei, qui videt interiora hominũ, qui nõ possũt iudicare de interioribus, nisi per exteriora, vt argumentũ fatetur tertiũ: Modò ille qui iudicatur vt hæreticus, iudicio Dei est verè hæreticus, ex natura rei. Deus enim nullum iudicat hæreticum nisi habentem errorem fidei in intellectu. Sed ille qui iudicatur hæreticus iudicio hominũ, non oportet quòd sit hæreticus ex natura rei, sed quòd fecerit tale factũ, per quod apparet ipsũ malè sẽtire de fide, & per consequens iuris præsumptione hæreticus reputatur.

*De cognitione hæretici, aliter Canonistæ & aliter Theologi sentiunt.*

Et si quæratur : an Ecclesia habeat statim iudicare tales, qui sic adorãt dæmones, vel baptizãt imagines hæreticos? Responsiones nota. Primò, quòd ad discernendum istud magis pertinet ad Canonistas, quàm Theologos. Canonistæ dicent, iuris præsumptione, hæreticus reputatur, & vt hæreticus est puniendus. Theologus dicet primo iudicio sub correctione sedis Apostolicæ, non quantum est ex natura rei quicquid sit iuris præsumptione. Et ratio potest esse ista, quia quandocunque aliquis effectus dependere potest ex duplici causa, nunquam ex natura rei, ex illo effectu potest iudicari præcisè altera causa.

*Qui statuunt imagines capere sacramẽtales effectus sunt hæretici.*

Cũ igitur iste effectus, qui est adorare Dæmonẽ, vel eius auxilium ad malefieandũ postulare, imaginem baptizãdo, vel infantem viuum offerendo, vel occidendo, vel aliud huiusmodi, possunt procedere ex duplici causa, scilicet, vel credendo Dæmonem esse adorandum, & ipsi sacrificandũ, & imagines capere sacramentales effectus : vel quia aliquo pacto facta cum Dæmone, facio vt facilius obtineam, quæ vult a Dæmone, in iis quæ non sunt sup[illegible] facultatẽ

ſuam, vt ſuprà tactum eſt. non debeo ſtatim iudicare ex tali effectu præcisè alteram cauſam, ſcilicet, quòd hoc faciat, vt malè ſentiens de fide. Vndè quando cōſtat de huiuſmodi effectu vlterius inquirendum eſt de cauſa & ſi ex errore & peruerſitate fidei hoc fecerit, iudicandus eſt hæreticus & iudicio Inquiſitorum cum ordinariis ſubiacebit. Sed ſi ex alia cauſa, iudicandus vt ſortilegus & viliſſimus peccator.

*Duplices malefici, iuris præſumptione & ex natura rei.*

Alia reſponſio ad noſtrum propoſitum quicquid ſit ex omnibus dictis & allegatis, conſtat quòd omnes diuinatores & malefici, qui iudicantur hæretici iuris præſumptione, & non ex natura rei Ordinariorum iudicio, & non Inquiſitorum ſubiacent. Nec præfati Inquiſitores aliorum regnorum, per allegationes canonum & gloſſatorum ſe tueri poſſunt, eo quòd tales Dæmonibus ſacrificantes & adorantes, iudicant hæreticos iuris præſumptione & non ex natura rei, Textus autem dicit quòd debeant ſapere hæreſim manifeſtè id eſt ſapere intrinſecè, & ex natura rei. Et ſufficit nobis Inquiſitoribus, de hæreticis ex natura rei infectis ſe intromittere, alios ſui iudicibus relinquendo.

*Habitus cognoſcitur ex actu.*

Et quia dictum eſt, eiòd inquirendū eſt de cauſa vtrum ex errore fidei hoc fecerit vel non: vtique hoc facile erit. Nam ſicut habitus fidei cognoſcitur per actum fidei, qui eſt credere & confiteri, quæ ſunt fidei: & habitus caſtitatis per caſtè viuere: ita Eccleſia poteſt iudicare aliquem hæreticum, inquirendo ſi habet actū diſcernendi de aliquo articulo fidei. Sic etiam & malefica, quæ fidem in toto vel in parte abnegauit, vel corpus Chriſti viliſſimè tractauit, homagium præſtitit: vtrū huiuſmodi ad cōplacendū Dæmoni tantum fecerit, imò ſi in toto abnegauit etiā corde, iā iudicabitur vt Apoſtata, & deficiet quarta conditio quæ habet concurrere ad hoc, vt quis propriè dicatur hæreticus.

*Bulla Innocētij VIII. Inquiſitoribus data.*

Quòd ſi huic determinationi obiicitur bulla & cōmiſſio nobis ab Innocentio VIII. facta: vt maleficæ iudicio Inquiſitorum ſubiiciantur. Reſpondetur: per illa non excluditur, quin & diœceſani etiam vſque ad ſententiam diffinitiuam contra eos procedere poſſint per illa antiqua iura vt dictum eſt. Cum hæc bulla potius in partem ſollicitudinis nobis Inquiſitoribus tradita ſit, quam & opere quantum poſſumus cum Dei adiutorio exhibemus.

Vnde & primum argumentum non ſuffragatur Inquiſitoribus

sitoribus illis, sed potius contrarium concludit, cùm tales Simoniaci tãtummodo iuris præsumptione cẽsẽtur hæretici, de quibus ordinarij per se iudicare possunt, irrequisitis Inquisitoribus: Imò nec Inquisitores de Simoniacis variis se intromittere habẽt, & pari ratione de aliis, qui tãtum iuris præsumptione hæretici iudicantur. Nã contra Episcopos schismaticos procedere nõ possunt & Prælatos alios superiores, vt patet in capitulo inquisitionis, de hæret. lib. 6. vbi sic dicitur. Inquisitores hæreticæ prauitatis ab Apostolica sede seu aliis quibuslibet deputatis, de huiusmodi crimine inquirere contra eos vt nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos: nisi in literis commissionis sedis Apostolicæ quòd hoc possint, contineatur expressè.

Si tamen Inquisitores ipsi Episcopos vel alios superiores prælatos sciuerint, vel inuenerint, circa crimẽ hæreseos cõmisisse, aut eos de huiusmodi diffamatos existere, vel suspectos, id tenebuntur sedi Apostolicæ nunciare. *Inquisitores debẽt schismaticos prælatos iudicare, non punire.*

Ad secundum similiter patet, ex præhabitis responsio. Nã adorãs hæreticum, est tunc hæreticus, si adoret ipsum, credens esse adorandum seu honorandum propter suam doctrinam & opinionem. Si autẽ honorat ipsum propter aliquod tẽporale, sine aliquo errore fidei in intellectu, non est propriè hæreticus, sed iuris fictione vel præsumptione seu similitudinariè: quia agit ac si malè sentiret de fide, sicut ille quem adorat: vnde nec Inquisitorum iudicio subiacebit.

Ad tertium patet ex præmissis, quia licet iudicetur ab Ecclesia vt hæreticus, propter facta extrinseca, visa & probata, non tamen sequitur quòd semper sit hæreticus ex natura rei, sed iuris præsumptione sic reputetur. Vnde & in illo casu Inquisitorum iudicium subterfugit, quia non sapit hæresim manifestè.

Ad quartum, dicendum quòd falsum præsupponit, quia nõ est possibile, quòd aliquis cõculcet corpus Christi absq; hoc quòd malè sentiat, vel peruersitatem fidei habeat de corpore Christi: quia potest hoc facere sciens se peccare, & credens firmiter ibi esse corpus Christi. Facit tamen hoc vt placeat Dæmoni & facilius obtineat, quod vult ab eo. Et licet omnis malus erret, non tamẽ errore intellectus, qui est hæresis, seu errãs malè sẽtiẽs, de his quæ sũt fidei, sed de his quæ sũt virtutis alicuius, cuius cõtrariũ in vitiis operatur.

sit

Et tantùm de primo principali quòd hæresim propriè sumptam requiritur,& secundum quòd iudicio inquisitorũ debet hæreticus propriè subiacere.

Nec obstat si dicatur, tamen etiã contra diffamatos aut suspectos leuiter, vehementer aut violenter de hæresi,& qui non videntur sapere hæresim manifestè Inquisitor potest procedere. Respondetur: inquirere potest & procedere super tales, in quantũ sunt suspecti, aut diffamati de hæresi propriè dicta, de qua etiã nũc loquimur (vt sæpè tactũ est) quæ habet errorẽ in intellectu, & alia quatuor sequenta annexa: quorũ secundũ est, vt talis error sit circa ea quæ sũt fidei, vel contra veritatem determinationis Ecclesiæ, in his quæ pertinẽt ad fidem & bonos mores & necessaria adcõsecutionẽ vitæ æternæ. Si. n. error sit de his quæ non pertinent ad fidẽ, puta quòd credat quis solẽ non maiorẽ terra, & huiusmodi, non est periculosus error. Error autẽ contra sacrã scripturã, cõtra articulos fidei, cõtra determinationẽ Ecclesiæ, vt suprà tactũ est, est hæresis. ar. 24. q. 1. hęc est fides.

Item, quia determinatio dubiorũ circa fidẽ, pertinet principaliter ad Ecclesiã & præcipuè ad põtificẽ summũ Christi vicarium, ac Petri successorem vt expressè dicitur. 24. q. 1. quotiens. Et contra determinationẽ Ecclesiæ, nullus Doctor vel Sanctus suam sententiam defendit, vt dicit Th. 22. Nec Hieronymus, nec Augustinus, nec alius. Sicut ergo asserens pertinaciter cõtra fidem, est hæreticus, ita & contra determinationẽ Ecclesiæ, in his quæ pertinẽt ad fidẽ, & necessaria sunt ad salutẽ, pertinaciter asserens est hæreticus, ipsa enim Ecclesia nunquã errasse in fide probatur, vt dicit 24. q. 1. à recta, & aliis c. Signanter autẽ dicitur: quia asserens contra determinationem Ecclesiæ non simpliciter, sed in his duntaxat quæ pertinent ad fidẽ & salutẽ, est hæreticus.

*Cõtra Ecclesiæ determinationem nullus Doctor vel Sanctus suam defendit sententiam.*

Nam in aliis contrarium sentiens, nõ est hæreticus sicut quòd ius nõ potest separari ab vsu, in rebus vsu consumptibilibus quòd declarauit & determinauit Ioan. 22. in Extra. ad conditorem: vbi dicit: contradicentes huic sententiæ esse contumaces & rebelles Ecclesiæ, non hæreticos.

Tertium quod requiritur, est, quòd error sit in illo, qui Catholicam veritatem est professus. Si quis enim nunquã esset professus fidem Christianam, non esset propriè hæreticus, sed simpliciter infidelis, vt Iudæus & Gentilis, qui fo-

*Christiani solum possunt fieri hæretici.*

tis sunt. Vnde Augustin. de ciuitate Dei, videns Diabolus gen' humanũ à cultura Idolorum & Dęmonũ liberari, hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterẽt Christianæ. Oportet ergo quòd error si in illo, qui in baptismo suscepit fidem Christianã ad hoc vt sit hęreticus.

Quartum quod requiritur, est quòd talis error sit in eo, qui fidem suscepit tacitè, quòd aliquam veritatem de Christo confiteatur pertinentem ad diuinitatem vel humanitatem. Si enim nullam veritatem penitus confiteretur, magis propriè Apostata quàm hæreticus censeretur, sic Iulianus Apostata. Et distinguitur vnum ab altero, licet aliquando vnum sumetur pro alio. Sub hac conditione reperiuntur certi, qui interdum egestate & molestiis variis afflict, corpus & animam tradunt Diabolo, & fidem abnegant, dummodò in eorum necessitatibus & ad possidendum diuitias & honores Diabolus eis assistat.

*Inquisitores tradentes se Diabolo.*

Nouimus certos nos Inquisitores, & post aliquos pœnitentes, qui vtique absque errore fidei in intellectu, quia tantummodò propter commoda temporalia talia commiserunt, vt se nec hæretici propriè, nec iterum Apostatæ ex corde, vt Iulianus, licet magis Apostatæ censentur.

Ex corde verò Apostatę, si nolunt resilire, vt hęretici impœnitentes, tradentur curiæ seculari. Si autem velint, recipiuntur, prout hęretici pœnitentes. Iuxta capit. ad abolendam. §. præsenti de hæretic. lib. 6. Concordat Raymundus. tit. de Apostolica, capit. reuertentes, vbi dicit. Quòd reuertentes ab Apostasiæ perfidia cum fuerint hæretici, tanquam reuertentes ab hæresi sunt recipiendi. Et hic sumitur vnum pro alio vt prius tactum est: & subdit. Illi verò qui metu mortis fidem abnegant (hoc tu accipe, qui propter commodum tęporale Diabolo fidem abnegant, & erroribus non credunt,) licet iure hæretici nõ sint: nota hic quòd non sunt propriè hæretici: subdit: postquam non habent in mente errorem in iudicio Ecclesię quæ habet per exteriora de interioribus iudicare, hęretici habẽdi sunt. nota hoc iuris fictione, & si reuertatur vt pœnitẽtes hęretici recipiendi sunt. Non enim metus mortis, est metus cadens in constãtem virum ad fidem Christi abnegandam. Sic & tu accipe propter cõmoda temporalia. Vnde concludit, sanctius est mori quàm abnegare vel vesci idololatricis, vt dicit Augustinus

*Sanctius moritur, quam vescantur idolatricis.*

& recitatur 22. quæst. 4.

Simile iudicium de maleficis fidem abnegantibus esset, vt vbi resilire vellent, reciperentur vt pœnitentes, absque hoc quòd curiæ seculari relinquerentur. Omnibus tamen modis ad gremiũ Ecclesiæ recipiuntur, vbi petunt, & curiæ seculari, si nolunt reuerti, relinquuntur: & hoc propter dãna temporalia illata: prout in modis sententiandi patebit. Et omnia præfatus ordinarius exequitur, ita quòd etiam Inquisitor suas vices illi committere põtest, in hoc duntaxat casu Apostasiæ, secus est in aliis casibus sortilegorũ.

Quantum quod requiritur ad hoc vt quis propriè sit hæreticus, est, vt talem errorem firmata volũtate & obstinata eligat, & pertinaciter sequatur opiniones. Vnde secundum Hieron. hæresis ab electione est dicta. Et ideò secundũ Augustinũ: non qui falsas opiniones gignit vel sequitur, sed qui pertinaciter defendit, hæreticus est censendus. Vnde si quis non pertinaci malitia sentiret aliquid contra fidẽ, sed ignorãtia; paratus corrigi, si quid sẽtit falsũ, & ostẽdetur ipsi esse cõtra fidẽ vel sacram scripturã vel determinationẽ Ecclesiæ. 24. q. 3. dixit Apostolus. Et ideò ipse Augustinus dicebat Errare potero, hæreticus non ero. Quia scilicet paratus corrigi, cũ sibi fuerit ostensus error. Et constat quòd quotidie inter Doctores circa diuina sũt varię opiniones, & aliquando contradictoriæ, ita quòd necesse est alterã esse falsam, & tamẽ nulla earum reputatur falsa, donec per Ecclesiam fuerit determinata: articulo 24. q. 3. qui in ecclesia.

*Errare S. Augustinus poterat, attamẽ Hæreticus nõ erat.*

Ex quibus omnibus concluditur, quòd probare maleficos subiacere iudicio Inquisitorum, vel etiam alios, quocũque modo dæmones inuocantes, per dicta Canonistarum super allegatum verbum saperent manifeste: in c. accusatus comprehensum, non sufficienter probatur, cùm tales ab eis hæretici iudicantur quadam iuris fictione: Nec etiam per dicta Theologorum, cùm & ipsi tales nominant Apostatas verbo vel opere, non autem corde & mente, de quo errore verbum saperent prætendit.

Et licet iudicantur vt hæretici, non tamen propter hoc sequitur, quòd Episcopus siue Inquisitor nõ possit sententia diffinitiua cõtra eos procedere, aut carceri ad pœnã deputare, aut tormentis exponere. Imò in casu quo hæc decisio nõ videatur sufficere ad hoc, vt nos Inquisitores simus

à maleficis

à maleficarum Inquisitione exonerari, nolumus tamē hoc iuris exigere, cùm vices nostras in his duntaxat super sententiam ferēdam ipsis diœcesanis cōmittere possimus.

*Explicatio cap. Multorum. Cle. de Hæreticis.*

Hoc enim habetur in c. multorū. in prin. de hær. in Clem. Vbi sic dicitur Multorū querela & infrà vt negotiū Inquisitionis huiusmodi prosperetur felicius, quo deinceps eiusdem fidei indago solertius, diligentius, & cautius peragatur ipsum tam per diœcesanos Episcopos, quàm per Inquisitores à sede Apostolica deputatos omni carnali odio, vel timore, aut alicuius commodi temporalis affectione semotis decernimus exerceri sic quòd quilibet de prædictis sine alio citare, & arrestare, seu capere, ac tutæ custodiæ mancipare ponendo in compedibus & manicis ferreis, si ei visum fuerit. Super quibus faciēdum ipsius cōscientiā oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio, secundum Deum & iustitiā viderit expedire, dum tamen tradere carceri, qui potius ad pœnā quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Diœcesano, aut eius vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui ad invicem copiā habere valeant infra octo dierum spacium, postquam invicem se inquisiuerunt, non valebit, & si secus præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure.

Post sequitur ad nostrum propositū. Verùm si hoc Episcopus, vel eius seu capituli sede vacante delegato cum Inquisitore, aut Inquisitor cum alterō eorundē, propter præmissa nequeant aut noluerint personaliter commeare, potest episcopus, vel eius seu capituli sede vacante, delegatus Inquisitori & Inquisitor episcopo vel eius delegato seu sede vacante, illi qui ad hoc fuerit per capitulum deputatus, super illis committere vices suas, vel suam significare per literas consilium & consensum.

Ex quo patet quòd licet in quinque casibus, vnus sine altero, in tribus verò minimè procedere possit, quia tamen vnus alteri vices suas committere potest, præsertim quòd ad sētētiā ferendā, ideò & nos hoc per præsentes facere decreuimus alijs Inquisitoribus in suis limitibus remanentibus.

*Malefica committantur Episcopis in remissa.*

Ad argumenta ergo respōdendo patet ex præmissis, ad sex prima argumēta pro Inquisitoribus militātia. Decimo quòd eorum inquisitioni malefici & sortilegi nō videtur subiici

Ad alia autem argumenta pro Diœcesanis, in casu, quo & ipsi à maleficarũ inquisitione se exonerare vellent,& ciuili iudicio relinquere, patet quòd non possint hoc eadem facilitate quo Inquisitores facere : Quia in crimine hæreseos iuxta ca.ad abolendam,& c.vergentis. & c.excommunicamus vtrumque. Extra de hær.Iudicis ecclesiastici est cognoscere & iudicare , & iudicis secularis exequi & punire, vbi sententia transit in vindictam sanguinis , secus vbi ad alias pœnas pœnitentiales.

*Crimen maleficarum est partim Ecclesiasticum, partim ciuile.*

Videtur etiam quòd in hæresi maleficarum, licet non in aliis hæresibus , etiam ipsi Diœcesani suas vices ad cognoscendum & iudicandum in foro ciuili committere valeãt tum, vt in argumentis tangitur, quòd hoc crimen maleficarum non est merè Ecclesiasticũ, imò potius ciuile, propter damna, quæ inferuntur temporalia , tùm etiam , quia leges speciales in punitionem maleficarum, quo ad omnem viam punitionis editæ cernuntur.

Videtur denique, quòd hæc via plurimùm in exterminiũ maleficarum deseruiret , & in maximum iuuamen ordinarium coram tremendo iudice, super districtum examen quod exigetur, cùm teste scriptura iudicium durissimum iis qui præsunt immineat. Et secundum hãc differentiam procedemus , videlicet quòd iudex secularis cognoscere & iudicare potest, vsque ad sententiam diffinitiuam ad pœnitentiam, quam ab ordinariis recipiet, secus super sanguineum, quàm per se ferre potest.

*Summarium tractandorum.*

VT ergo iudices tam in foro Ecclesiastico, quàm ciuili módos cognoscendi, iudicandi, & sententiandi , semper in promptu habere valeant, consequenter circa tria principaliter procedendum erit. Primò quis modus inchoandi processum fidei. Secundò, quis modus continuandi. Tertiò , quis modus terminandi & sententiandi in hac materia maleficarum.

Circa primum sunt quinq; difficultates. Primò, quis inter tres modos procedendi, qui in iure tanguntur, sit magis cõpetens. Secundò, de numero testium. Tertiò, an possint cõpel

pelli ad iurandum. Quartò, de cõditione testium. Quintò, an inimici capitales ad testificandum admittantur.

Secunda pars continet quæstiones vndecim. Prima qualiter testes sint examinãdi, & quòd semper quinque personæ debeant esse præsentes. Item qualiter maleficæ sint interrogandæ generaliter & particulariter, & erit sexta in ordine libri: quia numerus mutatur eò vt lector facilius reperiat materiam optatam. Secũda varia dubia declarat super responsiones negatiuas, & quando sit incarceranda, & quando pro manifestè deprehensa in hæresi maleficarũm. Tertia de modo capiendi maleficas. Quarta de duobus, quæ post captionem facienda sunt iudici, & an deponentium nomina sint ei manifestanda, & defensiones cum deputatione aduocati sint concedendæ. Sexta, quid faciet aduocatus, cùm ipsi testium nomina non publicantur, & vbi inimicitiam capitalem allegat coram iudice. Septima, qualiter iudex inimicitiã capitalem inuestigare habeat. Octaua, de his quæ iudex habet aduertere, antequam delatam tormentis exponat. Nona, de modo sententiandi ad quæstiones & tormenta. Decima, super tormenta continuanda, & qualiter sint tormentandæ, & de cautelis & signis contra maleficium taciturnitatis. Vndecima, super finales interrogationes & cautelas à iudice obseruandas.

Tertia pars continet primò quæstiones tres, quas iudex debet aduertere, & ex quibus omnis sententia diffinitiua debet procedere. Prima, an super examen cadentis ferri possit sententiari. Secunda, de modo, quo omnis sententia est ferenda. Tertia, ex quibus suspicionibus possit iudicari, & qualiter super vnamquamque suspicionem debeat sententiare. Demùm super vltimam partem de viginti modis sententiandi, quarum tredecim sunt communes super omnem hæresim, reliqui specialiter super hæresim maleficarum. Ast quia locis suis patebunt, causa breuitatis hîc non assignantur.

*Quæstio prima super modum inchoandi processum.*

*De accusatoribus & delatoribus maleficarum.*

Quæritur ergo primò, quis sit modus cõpetens ad inchoandum processum fidei contra maleficas? Respondetur. Cùm inter tres modos qui tãgũtur Extrà de accus. de nũc. & inquisitio. Et primus est, quando aliquis

accusat aliquem de crimine hæreseos, vel fautoria coram iudice, offerendo illud se probaturum, & inscribit se ad pœnam talionis, nisi probet. Secundus modus, quando aliquis denunciat aliquem, ita tamen quod non offert se probaturum, nec vult facere partem, sed dicit quod denunciet zelo fidei, vel ratione sententiæ excommunicationis, latæ per ordinarium vel eius vicariũ: aut ratione pœnæ temporalis, quam secularis iudex fert contra non denunciantes.

Tertius modus per inquisitionem, hoc est, quãdo non est aliquis accusator vel denunciator, sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco quòd sint maleficæ: & tunc iudex habet, non ad instantiã partis, sed etiam ex officio procedere.

*Sub pœna talionis accusare non tutum habetur.*

Ideo aduertendum, quòd primum modum procedendi iudex non libenter admittat: Tum quia non est in causa fidei vsitatus, nec etiã in causa maleficarum, quæ sua maleficia occultè exercent: Tum etiã, quia est accusanti multum periculosus, propter pœnam talionis, qua plecteretur vbi in probatione deficeret: Tum etiam, quia est multũ litigiosus.

*Citationis in causa maleficiorum forma tam Ecclesiasticorum quã secularium iudicum.*

Incipiat processum per citationem generalem, affiendo illam ad valuas Ecclesiæ Parochialis vel prætorij, per modum qui sequitur. Cũ nos vicarius talis ordinarij, aut iudex talis dominij totis nostris affectibus inhiantes, ac ex omnibus nostris præcordiis affectantes populum Christianum nobis commissum in vnitate, & serenitate Catholicæ fidei conseruari, ac ab omni peste prauitatis hęreticæ visceraliter elongari. Idcirco nos iudex præfatus, cui ex iuncto officio hæc incũbunt, ad glotiã & honorẽ recolendi nominis Iesu Christi, & ad exaltationẽ sanctæ fidei orthodoxæ, atque ad depressionẽ hæreticæ prauitatis, præcipuè in maleficis vniuersis, & singulis cuiuscũq; cõditionis, vel status. Hîc nota. Si ecclesiastic⁹ iudex inquirit, addat, ordinis, religionis, aut dignitatis existãt, qui sunt infra terminos huius ciuitatis, aut circa illã, aut oppidi ad duo miliaria, ad quorũ notitiã peruenerunt hęc mãdata Ecclesiasticus iudex adiũgat. Autoritate, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ ac sub pœna excõmunicationis præcipimus & mãdamus, ac mandando requirimus, & monemus quatenus infra duodecim dies proximè computandos. Hic secularis iudex modo mandabit, & pœnis eius consuetis: quorum primos quatuor primo, & reliquos quatuor primis

mis quatuor immediatos pro ſecundo,& vltimos quatuor pro tertio termino peremptis:ac trina mõnitione canonica aſſignamus, nobis reuelent, ſi quis ſcit, vidit, vel audiuit aliquam eſſe perſonam hæreticam & maleficam,diffamatam, vel ſuſpectam, & in ſpeciali talia practicantem, quæ in nocumentum hominũ,iumentorum, aut terræ frugum, & damnum Reipublicæ cedere valeant. Quòd ſi noſtris antefactis monitis & mandatis non paruerit, cum effectu præmiſſa infra taxatum terminum non reuelando, ſciat ſe, Iudex Eccleſiaſticus addat, excommunicationis mucrone percuſſum. Secularis iudex addat pœnas temporales. Quam excommunicationis ſententiam in omnes & ſingulos taliter, vt prædicitur, contumaces præfata noſtra monitione canonica præeunte, & eorum obedientia requirentes,nunc vt ex tunc, & tunc vt ex nunc ferimus in his ſcriptis; abſolutionem harum ſententiarum nobis tantummodò reſeruando. Cõcludit iudex ſecularis modo ſuo. Datum, &c.

*Cauendum in citatione delatori.*

Nota inſuper ſuper ſecũdũ modũ,ꝙ cùm, vt dictũ eſt, ſecũdus modus procedendi,& proceſsũ fidei incipiendi ſit per modum denuntiationis, vbi denuncians non offert ſe probaturum, nec vult facere partem, ſed dicit quod denunciat ratione ſententiæ excommunicationis latæ, vel zelo fidei, & propter bonum Reipublicæ,ideò ſecularis iudex hoc debet in ſua citatione generali, aut præmiſſa monitione ſpecificare,ꝙ nemo æſtimet ſe pœnalẽ fieri,etiãſi in ꝓbatione defecerit:quia offert ſe non vt accuſans, ſed vt denuncians.

*Quomodo iudici proceden dum in delatione criminis maleficij.*

Et tunc, quia plures comparebunt ad denunciandũ iudici, notare debet iudex vt procedat modo qui ſequitur. Primò habeat Notarium & duas honeſtas perſonas, ſiue ſint clerici,ſiue laici, vel ſi Notarius non poſſet haberi, tunc loco Notarij ſint duo viri idonei. Hoc enim tangitur in c. vt officium.§.verũ.li.6. vbi dicitur. Verùm quia in cauſa grauis criminis,cùm multa oportet cautela procedi,vt in reos ſine vllo proferatur errore durè ac dignè ſeueritas vltionis volumus & mãdam⁹ vt in examinatione teſtiũ, quos recipi ſuper hoc crimine prędicto,ipſumq; cõtingẽtib.oportuerit: adhibeatis duas religioſas & diſcretas ꝑſonas. Hinc Archi. in gl. Poſſũt intelligi ꝑſonę honeſtę, ſiue ſint clerici ſiue laici

Sequitur, in quarum præſentia per publicam, ſi cõmodè

habere potestis, personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorum depositiones testium describantur. Nota ergo, quòd his personis adhibitis mandet denũcianti Iudex, quòd det in scriptis, vel saltem dicat verbo. Et tunc Notarius seu Iudex incipiat processum per modum qui sequitur.

*Delator potest in scriptis deferre maleficam.*

IN NOMINE DOMINI AMEN.

ANNO à natiuitate Domini, &c. Tali die talis mensis, in præsentia mei Notarij, & testium infra scriptorum, talis de tali loco, & talis Diœceseos, vt suprà, comparuit personaliter in tali loco corã honorabili iudice, & obtulit eidem schedulam tenoris sequentis: inferatur tota. Si autem non per schedulam, sed verbo, ponatur sic. Comparuit, &c. & denunciauit eidem, quòd talis de tali loco, Diœceseos talis asseruit & dixit, quòd sciret hoc, vel quòd fecerit talia nocumenta sibi vel alijs personis.

*Iuramentum delatoris siue denuncianti.*

Quo facto incontinenti faciet iurare ipsum denunciantem modo consueto, vel ad quatuor Dei Euãgelia vel super crucẽ, erectis digitis trib⁹, & duobus depressis, in testimoniũ sanctæ Trinitatis & damnationẽ animæ & corporis, de dicenda veritate super denunciatis: & præstito iuramento, interrogabit eum, vnde sciat esse vera quæ denunciauit, & si vidit vel audiuit. Si dicat se vidisse aliqua, vt puta, quia ibi repertus tali hora tempestatis, vel quia tetigit iumentum, vel quia intrauit stabulum. Interrogabit iudex vbi eum vidit, & quando, & quoties, & per quem modum, & qui erant præsentes. Si dicat quòd nõ vidit, sed quòd audiuit: interrogabit eum à quibus audiuit, & vbi, & quando, & quoties, & quibus præsentibus audiuit, formando articulos de quolibet prædictorum singulariter & diuisim: & Notarius seu scriptor ponat totum in actu seu in processu immediatè post prædictam denunciationem, continuando sic.

*Interrogatoria delatoribus proponenda.*

Qua quidem denunciatione, vt præmittitur, facta, ipse Inquisitor incontinenti fecit iurare ad quatuor Dei Euangelia: &c vt suprà, ipsum denunciantem de dicenda veritate super denunciatis, & interrogauit eundẽ, vnde & quomodo ea quæ denunciauerat, nouerat, vel suspicionem habeat esse vera. Respondit, quia vidit, vel audiuit: interrogauit, vbi vidit, vel vbi audiuit: & dixit: quòd tali die, talis mensis, talis anni,

anni in tali loco. Interrogauit, quoties vidit, vel audiuit, &c. & formentur articuli, vt dictum est, & totum ponatur in processu, & specialiter interrogetur, qui sciant cum eo in tali causa, & qui possint scire.

Quibus omnibus peractis, vltimò interrogabitur, an denunciet mala voluntate, odio, vel rancore, vel omittat aliquid fauore & amore, vel alias denunciet rogatus, vel subordinatus.

Et postremò iniungetur ei, virtute iuramenti præstiti, tenere secretum quicquid ibi dixit, vel per iudicē sibi dictum fuit, & ponetur totum in processu & in actis. Et in omnibus expletis, ponatur paulò infra. Acta sunt hæc in tali loco, tali die, talis mensis, & tali anno, in præsentia mei notarij vel scriptoris adiuncto mihi tali in vigorem officij tabellionatus, & alium testium ad hoc vocatorum & rogatorum.

*De modo procedendi, cùm fama de aliqua spargitur quòd sit Malefica.*

Tertius modus processum incipiendi, qui etiam est communis & vsitatus modus, & cum hoc secretus esset, vbi nullus accusator vel denunciator se offerret, sed fama laboraret in aliqua ciuitate, vel loco, de aliqua malefica, & etiam tali, & propter famam iudex absque citatione generali, de qua suprà, seu monitione ex officio procedere veller, eò quòd talis clamor frequens peruenisset ad aures eius, tunc iterum inchoare potest processum, in præsentia personarū, vt suprà.

## IN NOMINE DOMINI AMEN.

ANNO à natiuitate Domini, tali die, mense tali, seu mensibus talibus, ad aures talis officialis aut iudicis talis loci peruenit, pluries fama publica referente: ac clamosa insinuatione producente quòd talis de tali loco dixit vel fecit talia ad maleficia pertinentia, cōtra fidem ac communem vtilitatem Reipublicæ, & ponatur totum, prout fama laborat: Et paulò infrà. Acta sunt hæc die tali, mensis talis, de anno tali, in præsentia testium talium vocatorum, rogatorum & mei Notarij tali auctoritate seu scriptoris, vigore tali. Sed tanquā secunda pars inchoetur, videlicet qualiter huiusmodi processus sit continuandus, præmittenda sunt aliqua super testes examinandos, quot in numero esse debeant, & cuius conditionis.

## De numero testium.

### QVAESTIO II.

QVia dictum est in secundo modo de dictis testiũ, qualiter inscribi debeant, scire numerum & conditionem illorum opus est. Quæritur vtrum iudex duorum testium legitimorum, non singularium, possit licitè aliquam de hæreli maleficarum condemnare: vel an plures, quàm duo necessariò requirantur. Et dicuntur testes singulares, quando in dictis sunt partiales, concordant tamen in substantia seu effectus rei, vt si diceret vnus, maleficiauit mihi vaccam, & alter diceret puerum, concordarent in maleficio.

*Testes singulares qui.*

Hic autẽ quæritur, vbi testes nnn sunt partiales, sed omninò concordant: Et respondetur, quòd quamuis videantur sufficere duo testes de iuris rigore. Quia regula est, quòd in ore duorum vel triũ stat omne verbum: Tamen de iuris æquitate non videntur in hoc crimine duo sufficere, propter criminis immanitatem. In criminibus enim probationes debent esse luce clariores. ff. de probat. l. si autem. Et hæresis præcipuè talis inter maiora crimina enumeratur.

Et si dicatur, quòd in hoc crimine sufficiũt leuiores probationes, quia leui argumento quis detegitur. C. de hæret. lib. 2. Leui argumento recedendo à iudicio Catholicæ religionis & tramite, hæreticũ se facit. Respondetur: verũ est ad præsumendum, non autẽ ad condẽnandũ, tum propter iuris ordinis in hoc crimine detruncationem. In hoc enim ordo iudiciarius in fauorem fidei detruncatur: quiá nec delatus videt testes iurare, nec etiã ipsi publicantur, vt possit eis graue periculũ imminere, vt in c. statuta. de hæret. lib. 6. propter quòd delatus non posset diuinare. Sed tenetur ipse iudex per se & ex officio de testium inimicitia perquirere, quia excluduntur, vt infra patebit. Et etiãsi deposuerint cõsusè de causa conscientiæ, eos iterũ interrogare, quòd potest facere. Extrà. de test. per tuas & ff. de quæstionibus repet. Nam quantò magis via defendendi delatio subtrahitur, tantò magis incumbit Iudici sollicitudo diligentius inquirendi.

*Leui argumẽto quis hæreticum se facit.*

Vbi ergo inuenirentur duo testes cõcordantes & legitimi contra quenquam, nec ex hoc vellem eum de tanto crimine condemnare, sed purgationẽ, si esset diffamatus indicere,

vel

vel propter vehementem ſuſpicionem quæ oritur ex dictis duorum teſtium facere eum abiurare vel quæſtionare, ſeu ſententiam differre. Non enim videtur tutum ad vocem duorum teſtium hominem bonæ famæ de tanto crimine condemnare, ſecus ſi fuerit malæ De hoc Archid. plenius in c.vt officium.§.verum,in prin.de hær.lib. 6. ſuper verbo teſt & in c.fidei.in fine gloſſæ illius capituli. Et Ioan. And. ibidem in c.etiam excommunicamus itaque. Extrà. de hær. §. addicimus. dicitur quòd faciat Epiſcopus iurare tres, vel plures boni teſtimonij viros de dicenda veritate, ſi ſciuerunt in parochia tales hæreticos ibi eſſe.

Ad idem quod ſi quæritur, Vtrum Iudex per teſtes ſingulares ſolùm, vel ſaltem cum infamia poſſit iuſtè de tali hæreſi aliquem condemnare? Reſpondetur, quod non, nec per teſtes ſingulares ſolùm, nec etiam cum infamia: Extrà de teſt. cum literis. Præſertim cùm in criminibus probationes debeant eſſe luce clariores, vt patuit: & in hoc crimine nemo ſit ex præſumptione damnandus: Extra de præſumpt. literar. Ergo tali indicitur purgatio ratione infamiæ, & abiuratio ratione ſuſpicionis vehementis, quæ conſurgit ex dictis teſtium. Tamen vbi teſtes ſunt ſingulares, concordant tamen in ſubſtantia facti, & in euidentia facti concurrunt, tunc iudicis conſcientia ibi operatur, ex Directorio habetur quæſtio, quoties poſſint teſtes examinari.

*Nemo ex præſumptione vt maleficus cõdemnandus.*

*De teſtibus cogendis & iterandò examinandis.*

## QVÆSTIO III.

Vòd ſi quæritur, Vtrum iudex teſtes poſſit compellere ad iurandum, de dicenda eidem in cauſa fidei ſeu maleficarum veritate: & etiam pluries eos examinare. Reſpondetur quod ſic, præſertim Eccleſiaſticus iudex, vt ſuprà paruit in ca. vt officiũ. §. verum. Et quod teſtes cogẽdi ſint in cauſis Eccleſiaſticis veritatem deponere medio iuramento: Extrà. de teſtibus cogend. ca. peruenit. aliàs teſtimoniũ non valebit. Et extrà de hære. cap. excõmunicamus itaq; §. addicimus. dicitur, quòd Archiepiſcopus vel Epiſcopus parochiam, in qua fama fuerit hereticos habere, circumeat, & ibi tres vel plures boni teſtimonij viros, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam

*In crimine maleficij teſtes cogunt iurare.*

iurare compellat. Et sequitur infra. Si qui verò ex his iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare forte nolluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici deputentur.

*Pluries testes examinandi.*

Quòd autem plures possint testes examinari, ita dicit Arc. in c. vt officium. § verum, super ver. testium. vbi dicitur sic, Inquisitor, hic autem iudex debet esse solicitus, vt si testes confusè deposuerint, & de causa scientiæ minus plenè requisiti fuerint, quòd iterato cum eis inquirat. Nam hoc de iure fieri potest. Extra de testibus cogendis, vt supra tactum est, ff. de quæstionibus l. repeti.

## QVÆSTIO IIII.

### *De conditionibus testium.*

QVæstio super conditionibus testium. Nota quòd excommunicati, item participes & socij criminis, item infames, & criminosi, nec serui contra dominos admittuntur ad agendum, & testificandum in causa fidei quacunque. Item sicut hæreticus contra hæreticum

*Maleficus cõtra maleficum testificare potest.*

ad testificandum admittitur, ita maleficus contra maleficum: in defectum tamen aliarum probationum, & semper contra, & non pro. Vxor etiam, & filij, & familiares, contra & non pro, ar. per c. filij. de hæret. lib. 6. Et hoc ideo, quia eorum testimonium est magis efficax ad probandum.

De primis patet in c. in fidei. de hære. ibidem, In fidei fauorẽ concedimus, vt in negotio inquisitionis hęreticæ prauitatis, excommunicati, & participes, vel socij criminis ad testimonium admittantur, in defectu aliarum probationum, contra hæreticos credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis & ex numero testium aut personarum, tam deponentium, quàm eorum, contra quos agitur & deponitur, qualitate aut aliis circumstantiis sic testificantes, nõ falsa dicere præsumant.

*Periuri admittuntur in testimonium contra maleficos.*

De periuris, quando præsumitur quod deponunt zelo fidei: patet in ca. accusatus. §. licet. vbi supra vbi dicitur: Licet verò periuri & post pœnitẽtiã repellãtur, si tamẽ hi qui corã. Et infra: Si ex manifestis indiciis apparuerit, tales nõ animi leuitate, aut odii fomite seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ, dicti in suum vellent corrigere, ac modò

modò quæ prius tacuerant reuelare in fauorem fidei, nisi aliud obstiterit, stare debet tam contra se, quàm reliquos attestationibus eorundem.

Et quòd infames & criminosi, & serui cõtra dominos admittuntur, Archid. in ca. alleg. accusatus. in §. licet. super verbo exceptum dicit ita: Tanta est labes criminis hæreseos, quòd ad eius actionem etiã serui aduersus dominos suos, & quilibet criminosus, etiam infames aduersus quemlibet admittantur, vt 2. quæst. 7. huic opponitur.

*An inimici capitales ad testificandum admittantur.*

## QVÆSTIO. V.

SI verò quæritur, vtrum Iudex inimicos capitales alicuius delati possit in tali casu ad testificandum seu agendum admittere contra illum, Respondemus quòd non, vnde Archid. vbi suprà. Non tamen intelligas, quòd in hoc crimne inimicus capitalis admittitur ad actionem. 3. q. 5. cap. 2. & de simo. licet Hel. in fin. De hoc etiam satis notat Hostien. in sum. de accus. §. quis possit, sed dicuntur inimici capitales. Nota quòd quia solùm ratione inimicitiæ quis repellitur & non quæcunquæ repellit. Sed capitalis intelligitur, quia mors inter eos est de facto illata, vel fuit intentata, seu ea quæ sunt ad mortem inductiua, aut via, vel vulnera grauia & lethalia sunt secuuta, & similia, quæ ad peruersitatem & malignitatem agentis contra passum iudicant manifestè. Propter quod præsumitur, q̃ sicut intentauit cõtra istum mortem temporalem per illum modum, scilicet vulnerãdo, intentaret etiam per istum crimẽ hęreseos imponendo. Et sicut voluit ei auferre vitam, vellet auferre famam. Quare tales inimici capitales à testimonio legitimè expelluntur.

*Qui dicantur capitales inimici.*

Aliæ verò inimicitiæ præsertim graues, & prout etiã faciliter mulieres ad inimicitias cõmouentur, & si non repellunt totaliter, tamẽ dictum eorum dubitant aliqualiter, vt non sit plena fides eorum attestationibus adhibenda, sed cum aliis admiculis & aliorum testium dictis possunt plenam facere probationẽ, præsertim vbi iudex delatum interrogat: An ne putet se habere inimicũ, quòd tale crimẽ ad

mortem sibi ex inimicitia imponere auderet: si dicet, ita interrogabit, quæ illa sit persona, & tunc Iudex aduertet, si illam personã, de qua suspicio est, quòd ex inimicitia deposuerit, denotauit. Ita tali enim casu, vbi Iudex etiã de causa inimicitiæ per alios honestos informatur, & alia adminicula non occurrunt, & aliorum testium dicta, poterit securè talẽ testẽ repellere. Si verò delata persona, dicet; nõ spero aliquem talem habere inimicum, licet interdum rixas cũ mulieribus habuerim: vel si dicet, habeo inimicum, & non expressit debitè, sed quendam alium, qui fortassis non deposuit, tunc dicta talis testis, etiamsi alij dicerẽt quòd causa inimicitiæ deposuisset, Iudex tamẽ non debet repellere, sed ad plenam probationem cum aliis adminiculis conseruare.

Reperiuntur quamplures minus prouidi & circũspecti, qui huiusmodi depositiones mulierum refutare & annihilare quærũt, dicentes illis standum nõ esse, eò quòd sæpissimè, cùm rixosę sint, ex inuidia deponere solẽt. Hi, qui ignorãt astutias & cautelas Iudicũ, loquũtur & iudicãt vt cęci de coloribus, de quibus astutiis in 11. & 12. quæstione patebit.

## SECVNDA PARS.

*Qualiter processus est continuandus. Et qualiter testes sint examinandi in præsentia quatuor aliarum personarum, & qualiter delata sit interroganda dupliciter.*

### QVAESTIO VI.

NAm nũc sextò quæritur, Qualiter processus huiusmodi aduersus maleficas in causa fidei sit continuãdus. Considerandum est primò, quòd quia in causa fidei proceditur sũmariè simpliciter, & de plano, absque aduocatorum, & iudiciorum strepitu & figura, vt patet c. statuta lib. 6.

*Quid significet de plano, absque strepitu iudicij procedere.*

Qualiter etiam ista verba intelligantur, patet extra de verb. sig. c. sæpè contingit. in Clemen. vbi dicitur: Sępè contingit quòd causas cõmittimus, & in eorum aliquibus simpliciter, & de plano ac sine strepitu & figura iudicij procedi mãdamus: De quorũ significatione verborũ multis cõtenditur,

ditur,& qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi,quantum est nobis possibile,decidere cupientes,hanc in perpetuum valitura cõstitutione sancimus,vt iudex cui taliter causam committimus,necessariò libellum non exigat,litis contestationem non postulet, tẽpore feriarum,ob necessitates hominum indultarum,à iure procedere valeat,amputet dilatationẽ,materiã litis,quantũ poterit,faciat breuiorem, exceptiones, appellationes & dilationes frustratorias repellendo partium,aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia,testiumque superfluã multitudinem refrenando,non sic tamen Iudex litem obruat,quin probationes necessariæ admittantur: citationem verò ad protestationem iuramenti de calumnia,siue de dicenda veritate,ne veritas occultetur:per commissionẽ huius intelligimus non excludi:hæc ibi.

Et quia processus(vt visum est suprà)est simpliciter incipiendus. Quia vel propter instantiam accusatoris, vel propter zelum denunciatoris, vel propter clamorem famæ laborãtis,& processus,qui fit ad instantiam partis accusantis, Iudex in hac materia non debet acceptare,cùm maleficarũ facta opere dæmonum occultentur, nec accusatos per euidentiam facti sicut in aliis criminalibus procedere,& se defendere possit,imò consulere debet accusatori, quòd amoueat verbum accusationis,& ponat denunciationis:Et hoc propter accusatoris graue periculum,ideò super secundum modum,qui & visitatus & similiter super tertium,in quibus proceditur,& non ad instantiam partis. *Iudex consulit accusatori.*

Notãdum quòd quia dictum est in præcedentibus,quòd Iudex specialiter debeat interrogare denunciantẽ, qui sciat cum eo in tali causa & qui possint scire. ideò Iudex faciet citari illos testes quos denuntians intimauit, & qui magis videntur scire in facto, & scriptor continuabit processum scribendo sic.Pòst quæ attendens ipse Iudex denunciata sibi hæreticalia ante dicta fore ex sui natura talia & tam grauia,quæ non possint,nec debeant continentibus oculis tolerari,cùm cedant in opprobrium Diuinę maiestatis,& tam fidei Catholicæ quàm Reipublicæ detrimentum,descendit ad se informandum,& ad testes examinandum,per modum qui sequitur.

*Inter*

*Interrogatoria super testes.*

TAlis testis, de tali loco, citatus, iuratus & interrogatus, si cognoscit talem exprimendo nomẽ delati, & dixit quòd sic. Item interrogatus de causa cognitionis, & dixit, quòd pro eo quod vidit & locutus est ipsi pluries, vel sic, vel aliàs, quia fuerunt socij, & exprimentur causæ cognitionis. Item interrogatus de cognitionis tempore, & dicit quòd sunt decem anni vel tot. Item interrogatus de fama illius, & præsertim ad ea quæ sunt fidei, & dixit, quòd quò ad moralia est homo bonæ famæ vel malæ, quantum autem ad ea quæ sunt fidei, dixit, quòd est fama in tali loco, quòd practicat aliqua contra fidem, vt maleficus. Item interrogatus, quid est fama, & dixit. Itẽ interrogatus si vidit vel audiuit talem talia facientem & dixit. Item interrogatus, vbi audiuit dici supra dicta, & dixit quòd in tali loco. Itẽ interrogatus: in quorum præsentia, & dixit, quòd illorum.

Item interrogatus, si ex illius consanguinitate aliqui propter maleficia fuissent dudum incinerati, vel suspecti habiti, & dixit. Item interrogatus, an cum suspectis maleficis habuit familiaritatem & dixit. Item interrogatus de modo & causa quòd dicta fuerunt, & dixit quòd ea de causa & tali modo. Item interrogatus, si videtur sibi, quòd talis dixit seu fecerit transitoriè vel lapsu lingua, seu recitatoriè, seu animo indeliberato, vel potius assertiuè & animo deliberato, & dixit quòd fecerit supra dicta iocosè & trufatoriè, seu recitatiuè & non animo sic credendi vel assertiuè.

Itẽ interrogatus de causa credentiæ huius, & dixit, quòd credit pro eo sic, quia ille qui dicebat ridendo dixit. Et de istis est multum diligenter inquirendum: quia nõnunquam dicunt aliqui recitando aliorum verba, vel trufando, vel conferendo, vt alios alliciant vel incitẽt, licet etiam interdum asserendo vel affirmando.

Item interrogatus, si hæc deponit odio, vel rancore, seu dimittit amore vel fauore: & dicit quòd &c. Et sequitur, iainuctum est ipsi, tenere secretum: acta sunt hęc in tali loco, die tali, & in præsentia talium testium, vocatorũ & rogatorum, & mei Notarij seu scriptoris.

*Quot personæ in examine maleficij requirantur.*

Vbi semper aduertendum, quòd in tali examine ad minus personæ quinq; debẽt præsentes esse, scilicet Iudex inquirens, testis, vel denuncians, respondens, vel ipse delatus

postea

postea comparens, tertius est Notarius seu scriptor: Vbi deest Notarius, tunc adiungat sibi alium virum honestum qui duo supplebunt vices Notarij, vt supra tactum est: & hoc Apostolica auctoritate, quia tunc in illo actu fungantur, vt supra in c. vt officium, de hæret lib. 6. & duo honesti viri, tanquam testes eorum quæ deponuntur.

Item aduertendum, quòd testis citatus debet etiam esse iuratus, id est, vt præstet iuramentũ, modo quo supra, de dicenda veritate, aliàs falsè inscriberetur, citatus & iuratus. Consimiliter examinentur alij testes. Quibus examinatis, si Iudex videat factum esse probatum plenè vel si non plenè, tamẽ esse maxima indicia & suspiciones vehemẽtes. Et nota quòd loquimur nõ de leui suspicione, quæ ex leuibus coniectatis oritur, sed quòd multum diffamata sit super maleficia puerorum iumentorũ, &c. Tunc Iudex si timet de fuga delati vel delatæ, faciat eum eámve capi: si autẽ non timet de fuga, faciat eum citari. Et siue capiatur, siue non, prius faciat Iudex eius domum improuisò scrutari, & cuncta scrinia aperiri, & in angulis pixides & omnia instrumenta illi quæ reperiuntur. Et sic constituto, Iudex collectis his de quibus est delatus, & his de quibus est per testes conuictus vel habitus suspectus, formet interrogatoria super illis, ac inquirat, habito secũ notario, &c. vt supra, præstito prius corporali iuramento ad quatuor Dei Euangelia, de dicenda veritate, tam de se, quàm de aliis, & hoc per modum, qui sequitur, conscribantur, etiam singula.

*Improuisò scrutanda ædes maleficarum.*

*Interrogatoria generalia super maleficam aut maleficum; & est primus actus.*

TAlis de tali loco, delatus, iuratus super quatuor Dei Euangelia corporaliter tacta, tam de se quàm de aliis dicere veritatem, & inde interrogatus vnde sit seu vnde originem traxerit. Et perpendit, quòd tali loco, talis diœcesis. Item interrogatus: qui sint eius parentes, an sint viui vel mortui. Et respondit quòd viui in tali loco, vel mortui in tali loco.

Item interrogatus, vtrum naturali morte vel incinerati, & dixit quòd tali. Vbi nota, quòd hoc fit, quia vt plurimum, vt in secunda parte operis patuit, Maleficæ proprios infantes Dæmonibus offerunt, aut eos sacrificant, & communi-

ter

ter tota progenies existit infecta : & vbi deponentes affirmassent,& ipsa negasset, iam esset suspecta.

*Maleficæ mutant vt plurimùm loca.*

Item interrogatus, vbi fuit nutritus, & vt in pluribus cõuersatus,& dixit,quòd in tali loco, vel tali. Et si videat quòd mutauit locum proprium,quia fortè mater non fuit suspecta,nec aliquis ex parentela , & tamen conuersatus in alieno,& præsertim in locis, in quibus consueuerunt maleficæ vigere,interrogabitur sic.

Item interrogatus,quare mutauit suæ natiuitatis locum, & se transtulit ad commorandum in tali loco, vel talibus, dixit quòd ex tali causa. Item interrogatus, si in dictis locis vel alibi,audiuit loqui de materia maleficarum, puta quòd tempestates sint concitatæ,vel iumenta maleficiata,& vaccæ liquore lactis priuatæ,&c. de tali materia,de qua est delata,& si dicit quòd sic,interrogetur. Item interrogatus quid audiuit loqui,& scribantur singula quæ dicit. Si autem negat & dicit se nihil audiuisse, tunc sic. Item interrogatus,si credit maleficas esse, & quòd talia possint fieri quæ referuntur,vt tempestates concitare, iumenta inficere & homines, & dixit.

Et nota quòd maleficæ,vt plurimùm negant primâ frõte,vnde suspicio oritur magis quàm si responderent si sint aut non sint,committo superioribus : vnde si negant, tunc interrogentur. Item interrogatus , quid ergo vbi comburuntur,tunc innocenter condemnantur? & dixit.

## *Interrogatoria particularia super eosdem.*

ADuertat Iudex, quòd non procrastinet subsequentes interrogationes, sed indilatè proponat. Item interrogetur,cur communis populus eam timeret, & dixit. Item interrogetur an sciret se esse diffamatam , & quòd odio haberetur,& dixit. Item interrogetur, cur illi personæ obiecit, dicendo: tu non transibis impunè, & dixit.

*Inimicitiæ sunt plerique causa maleficij.*

Item interrogetur quid mali sibi fecisset illa persona, q̃ talia verba in eius damnum protulisset , & dixit. Et nota quòd hæc interrogatio est necessaria,vt deueniatur ad fundamentum inimicitiæ:quia in fine delata allegabit inimicitiam:sed vbi nõ est capitalis, sed modo muliebri cõcitata, non impedit. Hoc enim est maleficarũ propriũ,concitare aduersus

aduersus se, vel verbis inutilibus, aut factis, puta petit sibi præstari aliquid, aut infert ei damnum aliquod in horto & similia, ad hoc vt occasionẽ arripiãt, & se manifestent in verbo, vel in opere, quam manifestationem habent facere ad instantiam Dæmonum, vt sic peccata aggrauentur Iudicum, dum manent impunita.

*Dæmon cogit maleficas maleficare.*

Nota enim, quòd talia faciunt non in aliorum præsentia vt si deponens vellet testes producere & non haberet. Nota etiam quòd incitantur à dæmonibus, vt à multis maleficis & pòst incineratis, experti sumus: ita quòd contra ipsarum voluntatem habent incitare & maleficare.

Item interrogatus, quomodo effectus potuit consequi super minas, vt puer aut iumentum tam citò malefiearetur, & dixit. Item interrogatus iterum, & quare dixisti quòd nunquam deberet habere sanum diem, & ita factum est, & dixit. Item si omnia negat, interrogetur de aliis maleficiis, aliis testibus illatis, puta in iumentis, vel pueris. Item interrogata cur visa fuerit in campis, vel in stabulo cum iumentis, tangendo, prout interdum solent facere, & dixit.

Item interrogata, cur tetigit puerum, & quòd postea malè habuit. & dixit. Item interrogata, quid egit in campis tempore tempestatis, & sic de multis aliis. Item vnde, quòd cùm habeat vnam vaccam aut duas, plus tamen abundet in lacte quàm vicinæ, habentes quatuor aut sex. Item cur maneat in statu adulterij, aut concubina, licet non seruiant ad propositum, tamen suspicionem generant amplius quàm super probas & honestas delatas.

*Concubinatus suspitionẽ de maleficio auget.*

Et nota, quòd sæpius super articulos contra eam delatos interroganda est, vtrum maneat in eodem proposito aut non. Qui confessione peracta & scripta, siue ad partem negatiuam, siue affirmatiuam, siue sub ambiguo, scribatur postea:

Acta sunt hæc in tali loco,
&c. vt suprà.

QVAE

## QVÆSTIO VII.

*In qua varia dubia declarantur super præmissa interrogatoria & responsiones negatiuas. An delata sit incarceranda, & quando pro manifestè deprehensa, in hæresi maleficarum sit habenda. Et est actus secundus.*

QVæritur primò, quid agendum sit, vt plurimùm contingit, quando persona delata omnia negat. Respondetur: Iudex habet circa tria attendere, scilicet super infamiam, super indicia facti, & super dicta testium: si videlicet omnia insimul concurrunt: Aut si non omnia insimul, vt plurimùm etiam contingit, eò quòd maleficæ statim propter facta in aliqua villa aut ciuitate infamantur: indicia etiam facti sunt præ oculis, puta in pueris maleficiatis, aut in iumentis, quæ sæpius inficiuntur, aut lacte priuantur: Numerus etiã testium est in scriptis, qui licet sint singulares puta quia vnus depositit quòd puerum sibi maleficiauerit, alius verò iumẽtum, tertius verò super infamiam, & sic de aliis. Tamen in substantia facti concordant, puta in maleficiis, & quòd vt maleficа sit suspecta, & isti testes, licet non sufficiant ad condemnandum absque infamia, vel etiam cum infamia, vt suprà tactum est quæstio. 3. in fine: Tamen cum indiciis facti posset ex his tribus insimul reputari, non vt suspecta vehementer aut violenter, de quibus suspicionibus inferius declarabitur, sed reputari vt manifestè deprehensa in hæresi maleficarum, vbi videlicet testes idonei, id est, non ex inimicitia, & sufficientes numero, puta sex, octo, vel decem iurati concurrerent, & consequenter deberet pœnis in cap. ab abolendam. § præsenti. de hær. subiacere, & c. excommunicamus. 2. Et hoc, siue crimen sit falsa, siue non. Et hæc sic probantur.

Nam quod dictum est, quòd vbi omnia tria præfata cõcurrunt, tũc pro manifestè deprehensa in hæresi debeat reputari, non est intelligendũ, necessariò omnia tria incurrere, sed probatur sic per argumẽtum à fortiori. Nam vnumquodq; per se inter illa duo, quæ sunt indicium facti, & testium productio legitima, potest reddere aliquem, vt pro deprehenso in hæretica prauitate habeatur, quanto magis, vbi

vbi ambæ probationes pariter concurrunt.

Nam iuriſtæ vbi quærũt, quot modis de iure aliquis habeatur pro manifeſtè deprehẽſo in hęretica prauitate. Reſpõdẽt, quòd tribus: vt notat Bernardus in gloſſa ordinario, in capitulo ad abolendam. §. præſenti, & verbo deprehẽſi, extrà de hæret. Et tactum eſt ſuprà in quæſtione prima in principio operis, ſcilicet, facti euidentia: puta quia publicè prædicauit hæreſim. Hîc autẽ ponimus iudicium facti propter publicas minas, quas intulit, dicendo: Nunquam ſanos dies habebis, vel ſimile: & effectus fuit ſubſequutus: Sequitur vel legitima probatione per teſtes, vel tertiò ex propria confeſſione. Vnde ſi vnumquodque illorum per ſe facit, & reddit aliquem tanquã manifeſtè ſuſpectum, quanto magis ſimul iungendo infamiã, & indicia facti, cum teſtium depoſitione. Licet ibi dicatur euidens factum, & hoc indicium facti: Et hoc eſt, quia diabolus non manifeſtè operatur, ſed occultè. Damna autem & inſtrumenta maleficij, quæ reperiuntur, dant indicium facti: Vnde vbi euidens factum in alia hæreſi ſolùm ſufficeret, hîc adiungimus tria.

*Quot modis aliquis habeatur pro manifeſtè deprehenſo.*

De ſecundo verò, quòd talis deprehenſus, licet negaret, tamen iuxta illa capitula eſſet puniendus, ſic probatur. Nam deprehẽſus facti euidentia, vel per teſtes aut fatetur crimen vel non. Si fatetur & eſt impœnitens, tradendus eſt brachio ſeculari, vltimo ſupplicio feriendus, iuxta capitulum, ad abolendam (vt ſuprà) vel eſt carceri perpetuo detrudendus iuxta capitulum, excommunicamus, ſecundo. Si autem non fatetur, ſed ſtat in negatiua, eſt vt impœnitens tradendus poteſtati curiæ ſecularis, animaduerſione debita puniendus, vt notat Hoſtienſis in Summa, titulo de hæreticis, qualiter deprehendantur.

Si ergo concluditur, quòd ſi Iudex iſto modo procederet ſuper interrogatoria & teſtiũ depoſitiones: cùm, vt dictum eſt, in cauſis fidei ſummariè, ſimpliciter, & de plano procedi poteſt: & ipſam delatam carceri deputaret ad tempus vel ad annos plures: ſi fortè poſt annum ſqualoribus carceris depreſſa crimina fateretur, nõ iniuſtè ſed iuſtè procederet.

Attamen ne videatur ſententiam præcipitare: imò ſecundùm omnem æquitatem producere, quæritur quid conſequenter agendum ſit.

*Et præcedenti annexa, an sit incarceranda, & de modo capiendi. Et est actus tertius iudicis.*

## QVÆSTIO VIII.

AN verò super negatiuas responsiones malefica sit carceri ad custodiam mancipanda, ibi præfata tria concurrunt, scilicet fama, indicia facti, & productiones testiũ, aut sub cautione fideiussorum dimittenda, vt denuo citata respondeat, Responderi potest ex tribus opinionibus.

*Semel incarcerata malefica, non est manu lẽtè dimittenda.*

Primò enim aliquorum sententia est, quòd carceribus sit mancipanda, & nullo modo sub cautione dimittenda, & hi innituntur rationi tactæ in præcedenti quæstione: quia videlicet habetur pro manifestè deprehensa, vbi illa tria concurrunt. Alij verò, quòd ante incarcerationem potest cautioni, fideiussorum relinqui, ita quòd si fugam caperet, quòd tunc pro conuicta haberetur. Licet post incarcerationem super negatiuas responsiones non sit cautioni, vel manulentè relinquenda, quando videlicet illa tria cõcurrunt super notata, eo quòd tunc non posset sententiari & plecti ad mortem: & hic innititur consuetudini.

Tertiò sunt qui dicunt, quòd non sit danda infallibilis regula, sed Iudici sit relinquendum, vt secundum dicta testium, & infamiam personæ: & si indicia facti concurrunt, tanto grauius discernatur, per modum patrię consuetudinẽ seruandi concludentes, quòd si non posset habere fideiussores notabiles, & fortassis suspecta de fuga, quòd tunc carceri mancipetur. Et hæc tertia videtur rationabilior, sic tamen quòd debitus seruetur modus, qui stat in tribus.

*Modus incarcerandi malefica.*

Primò, vt domus eius quantum possibile est perlustretur, sub & suprà in omnibus angulis, fossis, & scriniis: & si quidem famosa malefica existit, tunc absque dubio, nisi prius sint ab ea occultata, varia instrumenta reperiantur, sicut supra tactum est. Secundò, vt si habet ancillam, aut consodales, quòd & illæ vel illa seorsum includantur, etiam si non sint delatæ, tamen præsumitur eas non latere secreta aliqua illius delatæ.

Tertiò, quòd in capiẽdo, si in domo propria capitur, non detur ei spaciũ intrãdi camerã, eò ꝙ tũc solẽt certa malefitia accipere, & secũ de iure pro taciturnitate procurãda.

Ratione

Ratione cuius incidit dubium, an modus capiendi maleficas, qui ab aliquibus obseruatur, vti à famulis, quando subitò à terra eleuatur, & in sporta siue in spatulis, ne terrā vltra tangat, defertur, sit licitus. Responderi potest ex Canonistarum & quorundam Theologorum sententia, quòd licitum sit hoc triplici respectu. Primò, quia vt in quæstione intro ductoria huius tertiæ partis patuit plurimorū sententia, imò talium Doctorum, quorum dicta reprobare nemo audet, vt idem sentit Scot. Host. Goffr. & quòd licitum est vana vanis contundere. Experientia deniq; imò & maleficarū fassiones demonstrant, quòd sæpius per talē modum captæ, taciturnitatis maleficiū amiserunt: imò quàm plures incinerandæ petentes vt saltē pede vno terram tāgere permitterētur, dum eis fuisset denegatū, & in fine scisitatū, cur tantum terrā tangere optassent, responsum, quòd si tetigissent, seipsas liberassent, multis aliis fulminibus interēptis.

*An lictorum mos in capiendis maleficis probandus, quando illam captam, nolūt amplius terrā contingere.*

Alia causa: nam hoc ipsum manifestum existit, vt in secunda parte operis patuit, quòd in publica iustitia omnes vires maleficij franguntur quo ad præterita: sed quoad futura, nisi de nouo ei à diabolo succurratur in maleficio taciturnitatis, omnia crimina fatetur. Dicamus ergo iuxta Apostolum. Quæcunque verbo vel opere agimus, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi fiant. Siquidem innocens fueris, hæc captio non tibi nocebit.

*In manibus iustitiæ vires maleficarum expirant.*

Tertio respectu quia si secundum Doctores licitum est per vana opera maleficia tollere: quia in hoc cōcordāt omnes, licet discrepent in illo, quòd illa vana non debeant esse illicita. Vnde dictum Hostiensis, vbi dicit, quòd licitum sit vana vanis contūdere: glossatur ab aliis: nota quòd dicit, vanis, non autem illicitis. A fortiori, illicitum est maleficia impedire, ad quod impedimentum hic respectus habetur, & non ad aliquid illicitum exercendum.

Notet insuper Iudex quòd est duplex incarceratio. Vna ad pœnam, vbi criminosi ponuntur, altera ad custodiam tantum, & hæc in prætorio fit. Et hæ duæ custodiæ notātur in c. multorum querela, vt supra, ad minus ad custodiam est incarceranda. Si autē leuia essent pro quibus esset accusata, ita q̄ non esset infamata, nec essent indicia facti in pueris & iumentis, tunc remittatur ad domum. Sed quia familiaritatem habuit fortè cum maleficis & nouit eorum

*Duplex incarceratio.*

ſecreta,det fideiuſſores,quos ſi habere non poteſt, iuramẽtis & pœnis aſtricta,domum non exeat,niſi vocata. Ancillæ autem & domeſticæ,de quibus ſupra,ad cuſtodiam & non ad pœnam detineantur.

## QVÆSTIO IX.

*Quid agendum poſt captionem, & an deponentium nomina ſint ei manifeſtanda. Et eſt actus quartus.*

DVo autem poſt captionem fiunt, ſed quid primum inter illa,Iudici relinquitur,ſcilicet,defenſionum conceſſio, & in loco torturæ, non tamen propter torturam examinatio. Primum non datur,niſi petierit. Secundum non fit, niſi prius ancillæ ſeu conſodales, ſi habuit in domo,examinentur.

Procedamus tamen ordine poſito. Si delata dicat ſe innocentem,& quòd falsè ſit delata, & quòd libenter velit tales accuſatores inſpicere,& eos audire,tũc ſignum eſt quòd petit defenſiones. Sed an Iudex teneatur ei deponentes manifeſtare, & ad conſpectum eius præſentare. Hîc aduertat Iudex, quòd nullum illorum tenetur facere, nec nomina manifeſtare, nec ad conſpectum præſentare, niſi deponẽtes per ſe & ſponte ad hoc ſe offerunt,vt videlicet eorum aſpectibus præſententur, & ea quæ depoſuerunt eis in faciem obiicere. Quod autem non tenetur Iudex & hoc propter periculum deponentiũ probatur. Nam licet diuerſi ſummi Pontifices diuerſa ſenſerunt, nullus tamen vnquam ſenſit, quòd Iudex teneretur in tali cauſa delata, nomina deponẽtium manifeſtare,nec etiam accuſatorum, licet hîc nõ procedamus per modũ accuſationis. Sed potius aliqui ſenſerũt, quòd in nullo caſu liceret: aliqui verò quòd in aliquo.

*An accuſatores ſint producendi maleficis captiuis.*

Tandem autem Bonifacius VIII. ſtatuit,vt patet in c. ſtatuta. §. inhibemus. lib. 6. vbi ſic dicitur. Inhibemus tamen, quòd ſi accuſatorib. vel teſtib. in cauſa hæreſeos interueniẽtibus,ſeu deponentibus, propter potentiã perſonarũ contra quas inquiritur, videant Epiſcopus & Inquiſitor. Nota tu pro Inquiſitore & Epiſcopo iudicẽ quẽcumq; cõtra Maleficas procedentem ex conſenſu Epiſcopi & Inquiſitoris:

Quia

Quia idem est: vices suas cõmittere possũt, vt in quæstione introductoria patuit. Vnde & talis Iudex quicunq; etiã secularis procedit Apostolica auctoritate, & nõ solum imperatoria. Sequitur, graue periculum imminere, si cõtingat fieri publicationem eorundẽ, ipsorum nomina nõ publicẽt, &c. Et sequitur infrà: cessante verò periculo supradicto accusatorũ vel testiũ nomina, prout in aliis fit iudiciis, publicẽtur.

*Triplex potentia personarũ iudici attendenda.*

Attendat etiam circunspectus Iudex de potentia personarum: quia illa est triplex, scilicet potẽtia generis & familiæ, potentia pecuniæ & potentia maliciæ: quæ magis timẽda est, quàm aliæ, quòd ex illa testibus grauia pericula possent imminere, si eis, contra quos deposuerunt eorũ nomina publicarẽtur. Et ratio est, maius enim est periculum nomina testium publicare alicui delato pauperi, habẽti mali cõplices, rebelles & homicidas, qui nihil habent nisi personam perdere, quàm generoso vel diuiti, abundanti in tẽporalibus. Quòd autem sit graue periculum, & quale, declarat Ioan. super prædicto verbo, periculum, dicens ita periculũ, quia timetur mors, vel detruncatio ipsorũ, vel filiorum, vel parentum suorum vel deuastatio substãtię, vel his similia.

Aduertat insuper Iudex, quòd cum Apostolica auctoritate ex beneplacito ordinarii in his procedit, quòd ad illud secretum, scilicet, de non reuelando testificãtium nomina, tam ipse quàm omnes alij assessores, qui depositioni testiũ interfuerunt, aut in futurum circa sententiam ferendam interesse poterunt tenentur sub pœna excommunicationis, quam cõtra eos si oppositum fecerint, Episcopus fulminare poterit: & ita ne reuelent à principio processus, ad minus implicitè fulminabit.

*Excommunicantur qui accusatores & testes produnt*

Vnde in alle. c. statuta. in §. & vt eorundem. ita dicitur: Et vt eorundem accusatorum & testium periculis efficacius occurratur, & cautius inquisitionis negotio procedatur: prę sentis cõstitutionis auctoritate permittimus, quòd Episcopos & inquisitores (tu intellige sicut suprà) possint indicere illis, quibus, vt præmissum est, processum huiusmodi applicabunt, & in eos arcana consilij seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo & Inquisitoribus patefacta, præter ipsorum licentiam aliis patefacerent, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso actu incurrant, si eis videbitur promulgare.

*Puniuntur qui indebitè celãt nomina testium.*

Notandum vlterius, quòd sicut pœna annexa est, vbi nomina testium indebitè publicarentur, ita pœna est annexa, vbi indebitè occultarentur, scilicet illis, quibus meritò sunt manifestanda, scilicet peritis, & assessoribus, de quorum cõsilio est ad sententiam procedendum, vel vbi non publicarent, vbi sine periculo testium publicari possent, vt in d. c. statu. circa finẽ sequitur. Cæterùm in omnibus præcipimus tam Episcopos q' àm Inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne accusatorum vel testium nomina supprimendo, vbi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimine securitatem asserant, vbi tale periculum immineret, super hoc conscientias eorum onerantes. Vbi Arch. ita dicit. O tu, quicũq; iudex, in tali casu benè aduerte verba ista. nam non dicit, leue periculum, sed graue; Noli igitur, reum priuare iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

Et notandum lectori, quòd quia omnia præcedentia & etiam sequẽtia vsque quò perueniatur ad modos sententiãdi absque pœna sanguinis, in quibus Ecclesiasticus iudex iudicare habet, fieri possunt cum consensu Diœcesanorum per secularẽ iudicem. Ideò non impediat lectorem, si in ca. allegatur iudex Ecclesiasticus & non secularis, qui modos sententiandi super sanguinem capiet ex modis sententiandi & pœnitentiandi ordinariorum.

## QVÆSTIO X.

*Qualiter sint defensiones concedenda cum deputatione aduocati. Et est actus quintus.*

*Aduocati malefica munus.*

SI igitur defensiones petit, quomodo concedi possunt, vbi nomina testium omnino occultantur? Dicendum, quòd defensio stat in tribus. Primò: vt ei Aduocatus deputetur. Secundò, illi Aduocato nomina testium non publicentur, nec ad secretum etiam tenendum sub præstito iuramento, sed informetur de singulis contentis in processu. Tertiò delati causa, quantum fieri potest, in meliorem partem interpretetur, scilicet, ne tan en scandalo fidei, & damno

iusti

iustitiæ, vt patebit. Et procurator pari forma, cui processus totius copia, suppressis tamen testium & deponentium nominibus: Et idem aduocatus etiam procuratorio nomine procedere poterit.

Quò ad primum, notatur, quòd aduocatus non deputatur ad beneplacitum delati, puta quia vellet habere vnum ad suũ placitũ: de illo omnino caueat Iudex, non concedere hominem litigiosum, maleuolum, qui faciliter pecuniis possit corrumpi, (prout sæpè tales inueniuntur,) sed concedat ipsi virum probum, & de legalitate non suspectum.

*Aduocatus clienti malam causam fouenti, non consulens vt cedat, perdit salariũ.*

Et notare debet Iudex quatuor in Aduocato, quæ si obseruata fuerint ab Aduocato permittat cũ aduocare, aliàs habet eum refutare. Nam Aduocatus primò debet examinare qualitatem causæ, & si viderit eam iustam, tunc, si voluerit assumat eam, si verò iniustam, renuat: & diligẽter cauere debet, ne causam assumat iniustam & desperatam. Verùm quòd si ignoranter ab inimico acceptauit causam, & cum hoc pecuniam, in processu tamen cognouit causam desperatã, tunc sic clientblo suo, id est, delato, pro quo causam assumpsit, non consuluit vt cederet, salarium receptum tenetur restituere secũdum Goffre. Quod probare videtur per C. de iud. l. rem non nouam. Licet Host. dicat oppositum scilicet, de salario restituẽdo, nisi industriosè faciſſet. Vnde si nequam Aduocatus clientulum suum sciente inducat ad defendendum causam iniquam, ad damna & ad expensas tenetur. C. de admin. tut. l. non tamẽ est ignotum.

*Aduocato seruanda modestia, veritas & moderamen salarij.*

Secundum quod obseruare debet, vt seruet in aduocando tria. Primò modestiam, vt non procaciter nec conuiciando nec vociferãdo proponat. C. eod. l. quoniam. Secundò veritatem, scilicet vt non mentiatur, falsas rationes vel probationes inducendo, nec falsos testes aut iura si peritus esset, nec delationes petat: præsertim in hac causa, vbi summariè, simpliciter & de plano proceditur, vt suprà in quæst. 6. tactum est & tangitur 3. q. 7. hæc tria.

Et tertium, quod obseruatur, est ex parte salarij, quod moderatur secundùm consuetudinem regionis, de qua materia tractatur in q. 7. §. arcentur. & §. tria.

Sed ad nostrum propositum redẽdo, Iudex ita præscriptas conditiones aduocato proponat, & in fine adiungat, ne fautoriã hæreseos incurrat, quia tunc excommunicatus

esset iuxta c. extra: excommunicamus. 1. §. credentes.

*Fautor hæreseos siue maleficorum excommunicatur.*

Nec valet, si dicat Iudici, quòd non defendit errorem, sed personam. Quia non debet defendere quouis modo vt non procedatur summariè simpliciter & de plano: quod faceret, si perere vellet omnino dilationes, vel immiscere appellationes: quæ omnia refutantur. Vt vbi in q. vltima recitatur. Quia licet errorem nō defendat, cùm sic damnabilior ipsis maleficis esset & potius hæresiarcha quàm hæreticus maleficus, vt patet 24. q 3. illorum. Tum quia indebitè defendit iam suspectum de hæresi, tanquam fautorem se facit, & non solùm leuiter, sed vehementer, secundùm defensionem quam fecit, & debeat abiurare publicè coram Episcopo, iuxta c. accusatus. frequenter allegatum.

Hæc ad longum posita sunt; nec paruipendat ista Iudex, quia ex Aduocato seu Procuratore, vbi falsè procedere nititur, plurima pericula euenire solent: vnde Iudex debet omnino eum refutare, & procedere secundùm acta & probata, vbi reprehensibilis aduocatus fuerit. Veruntamen si Iudex habuerit Aduocatum irreprehensibilem pro delato, virum zelosum, & iustitiæ amatorem, nomina testium ei indicare poterit, ad secretum tamen tenendum sub præstito iuramento.

## QVÆSTIO XI.

### *Quid faciet Aduocatus cùm ipsi nomina testium non publicantur. Actus sextus.*

Vòd si quæritur, quid ergo Aduocatus etiam procuratorio nomine pro delato faciet, vbi nec sibi nec clientulo suo nomina testium publicantur, quam tamen publicationem delatus summè affectaret: Responsio. Informationem capiat à Iudice de singulis in processu contentis, & si quidem copiam habere velit suppressis tamē nominibus testiū, tradatur sibi: & sic informatus accedat delatū, & singula ipsi proponat, & si materia postulat, vt pote quia multùm onerosa delato, tum ad patientiam quantum potest hortetur.

*Quid delato respondēdum, si plenè petat testes publicari.*

Et delatus vbi iterū atq; iterū instat vt sibi testes publicentur, respondere potest: Ex factis, quæ contra te delata sunt,

sunt, cõiecturare testes poteris: Nam tali maleficiatus est puer, aut iumẽtum, aut tali mulieri seu vtro dixisti, eò quòd talem rem, quam petebas: tibi præstare nolebant, tu senties quòd melius fuisset vt mihi rem accommodasses: post quæ verba talis infirmatus subitò, facta tua, vt testimonia clamant: quæ plus ponderantur quàm testimonia verborum. Vel etiam tu scis te infamatam, & à longo tempore suspectam de multis maleficiis & damnis hominibus illatis. Et sic replicãdo: finaliter ad hoc deuenietur, quòd ipsa aut inimicitias allegabit, asserẽs sibi ex inimicitia obiecta: aut dicet: Fateor me dixisse hæc verba, sed non animo nocendi.

*Quando à reo allegantur capitales inimicitia.*

Quare Aduocatus tunc Iudici & Assessoribus, de primo, videlicet de inimicitia habet proponere, & Iudex inquirere. Et si quidẽ ista capitalis inueniretur, vtpotè quia inter maritos, vel cõsanguineos fuisset mors intẽta, vel sequuta, vel alicuius criminis inculpatio, vt quis foret plectẽdus per publicam iustitiam, vel fuerunt vulnera grauia ex controuersiis & briguis illata, tunc prouidus Iudex cum suis assessoribus discutiet, an ex parte delatæ inimicitia aggrauetur, vel ex parte deponentis: Puta quia maritus aut amici delatæ alios ex parte deponentis iniustè oppresserunt, tunc quidẽ si non adsunt indicia facti in pueris, seu iumentis, siue hominibus maleficiatis, nec etiã adsunt alij testes, aut etiã quòd publica infamia nõ laborat, tunc præsumitur, quòd ratione vindictę contra eum deposuerit, & est delata omnino absoluenda, & liberè dimittenda sub debita cautione de non vindicando, &c. vt moris iudicum est.

Sed quæritur, Katharina habet puerum maleficiatum, seu ipsa per se est maleficiata, seu in iumentis percepit plurima damna, & suspicatur super illam cuius maritus aut consanguinei per prius iniustè suum maritum aut consanguineũ oppresserunt in publico iudicio: Vnde cùm hic duplex sit inimicitia ex parte deponentis, quia inimicatur ratione maleficij illati & ratione infamiæ iniustè obiectæ suo marito subitò: aut cõsanguineo, est ne eius depositio repellẽda aut nõ: Et quidẽ ex vna parte videtur quòd sic, quia inimicitia ibi est, ex altera quòd non: quia profert indicia facti.

Respondetur, quòd in casu, quo non adsunt alij deponentes: nec etiam publica laborat infamia contra delatam, tũc nõ statur eius depositioni tantũ, sed repellitur: & delata tamen

tamen redditur subiecta, si in quãtum morbus est maleficiosus, & non ex naturali defectu. Et qualiter hoc cognoscitur, inferius patebit: quòd cancnicè est purganda.

Sed si iterum quæritur, an alij deponentes habeant super indicia facti primùm deponere, quæ ipsis aut aliis contigerunt, aut solùm super infamiam? Respondetur, quòd si super alio indicia facti deponunt, bene quidē: si autē tantùm super infamiam, & ita in re existit, tunc Iudex licet repulerit deponentem propter inimicitiam, tamen indicium facti, quod protulit & ostendit Iudex ex aliis testibus, quæ super infamiã deposuerunt, capiet pro intersigno super suspicionē vehementem, ex qua ipsa delata detenta iudicari poterit à Iudice super triplicem pœnã, scilicet, canonicæ purgationis propter infamiã, iuxta c. inter sollicitudines, extra de purga. can. Item sub abiuratione propter suspicionem, iuxta c. accusatus. in prin. & secundum varias suspiciones ad varias abiurationes, vt patebit in quarto modo sententiandi. Et propter indicia facti, si crimen fatetur & pœnitet, nõ relinquitur brachio seculari ad punitionem sanguinis, sed per Ecclesiasticum iudicem ad perpetuos carceres iudicatur. Per secularem tamen Iudicem, non obstante quòd ad perpetuos carceres sit per Ecclesiasticum iudicē iudicatus potest propter damna temporalia tradi igni. Iuxta ca. ad abolendam. §. præsenti. & iuxta c. excommunicamus 2. de hær. Quæ omnia atebũt inferius circa sextũ modũ sententiãdi.

*Triplex pœna maleficio irroganda.*

Epilogãdo. Attẽdat Iudex primò, quòd non sit facilis ad credendum Aduocato, vbi pro delato allegat inimicitiam capitalem, eò quòd rarissimè in tali crimine quis deponit sine inimicitia, cùm maleficę semper exosę omnibus habeãtur. Secundò attendat, quòd cùm quatuor modis malefica possit conuinci, scilicet per testes, per euidentiam facti, per indicia facti & per cõfessionē propriã: Et hoc vel super infamiam tantùm, quòd tamen fieret hoc per testes, vel super suspicionem, vel per euidentiam facti aut indicia fierent, ex quibus suspicio potest iudicari leuis, vel vehemens vel violenta. Et hæc omnia absque confessione propria, quæ si concurreret tunc, vt dictum est procederetur.

Tertio applicet præmissa ad suum propositum super personam detentam, ad cuius defensionem aduocatus sed videlicet si tantũmodo super infamiam delata, aut quòd ibi concurrãt aliqua

aliqua indicia, vnde redditur ſuſpecta vehemẽter, vel leuiter: & tunc aduocato ſuper inimicitiam allegatam reſpondere poterit. Et hęc quantum ad illam partẽ, vbi aduocatus pro delato inimicitiam deponentium allegauit.

*De minis maleficarũ quid ſit iudicandũ.*

Sed vbi allegat ſecundum, videlicet, quòd illa verba quæ protulit contra deponẽtem, tu ſenties in breui quę tibi eueniẽt, aut, tu non habebis plures dies ſanos, aut veniet in breui quòd tu velles mihi talem rẽ accommodaſſe, vendidiſſe, & ſimilia. Tunc Aduocatus adiungat, licet malum aliquod fuerit ſubſequutum deponẽti, in rebus vel corporibus, non tamen propter hoc ſequitur, quod illa delata huius mali ſit cauſa tanquam malefica, eò quòd infirmitates variis modis accidere poſſunt. Item allegat quòd commune eſt mulierũ, verbis huiuſmodi mutuò contendere: &c.

*Coniectura de morbis maleficialibus.*

Super iſtas allegationes iudex debet obuiare per hũc modum: ſi quidem infirmitas ex defectu naturæ accidit, tunc excuſatio locum habere poterit. Sed quia ex ſignis & experimentis oppoſitum conſtat, vtpote quia nullo remedio naturali curari poterit. Item quia iudicio medicorum iudicatur vt morbus maleficialis, vulgariter, *Nachtſchaden*. Item indicio fortaſſis incantatricum aliarum, quæ aſſerunt, ſeu aſſeruerũt, morbum eſſe maleficialem. Item quia ſubitò ſuperuenit abſque alia præuia debilitatione, cùm tamen naturales infirmitates ſucceſſiuè ſolent debilitare. Item quia fortaſſis curata fuit, ideo quia reperit certa inſtrumẽta ſub lecto, aut indumẽtis, ſeu aliis locis, & illis amotis, ſubitò ſanitati reſtituta fuit, prout ſæpiſſimè contigit, vt ſuprà in ſecunda parte operis patuit, vbi de remediis tractatur. Et per hęc, ſeu ſimilia iudex facilimè poteſt obuiare, quòd talis infirmitas potius ex maleficio quàm naturali defectu contigit & per minas obiectas ſuſpicatur de tali maleficio.

Sicut à ſimili ſi quis diceret, volo tibi comburere horreum, & effectus ſubſequitur, vtique violentam cauſat ſuſpicionem, quòd ille, qui minas protulit horreum ſuccenderit, licet fortaſſis alius, & non ipſe combuſſerit.

QVÆ

## QVÆSTIO. XII.

*Sequitur ad idem, magis declarans qualiter inimicitia capitalis inueſtiganda.*

### Actus ſeptimus.

ATtento, quòd à teſtimonio ferendo tantummodò inimici capitales repelluntur, vt ſupra quinta quæſtione tactum fuit. Inimicitiam autem talem declarare ex iis, quæ in capitulo præcedenti tacta ſunt, Iudici fortaſſis nimis obſcurum & difficile videatur: Attento quòd delatus vel eius procurator nollent faciliter eius acquieſcere deciſioni ſuper materiam tactam, quæ dicatur inimicitia capitalis: & quæ non. Ideo exprimẽdi ſunt alij modi, quibus in notitiam talis inimicitiæ Iudex deuenire poſſit, vt infontem ſic minimè damnet, quòd tamen reum per debitam iuſtitiam puniat. Et hi etiam modi, licet ſint cauteloſi, ſeu doloſi, tamen Iudex illos practicare poteſt in bonum fidei & reipublicæ: Cùm & Apoſtolus dicat: Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi, ſpecialiter etiam hi modi practicantur ſuper delatos, non diffamatos publicè, ſeu etiam non notatos per aliquod iudicium facti. Licet etiam Iudex ſuper quoſcunque delatos, vbi inimicitia contra deponentes allegarent, & nomina teſtium omnino ſcire vellent.

*Modi cauteloſi, quibus iudex inimicitias diſcernere poſſit.*

Primus modus eſt. Nam datur delato, ſeu ſuo Aduocato, copia proceſſus, ad partem ſuam: ſcilicet, deorſum, & nomina deponentium, ſeu deferentium ad partem aliam, non tamen eo ordine quo deponunt, ſed iſto modo, vt nomen teſtis, qui eſt primus in copia, ſit textus vel ſeptimus in ſchedula, & qui ſecundus ſit penultimus, vel vltimus: & ſic delatus, qui hoc deponat vel illud, & quis ſit primus vel ſecundus in ſua copia: quo ſtante aut dabis omnes inimicos aut non: Si omnes, eo ciuis deprehendetur delatus de mendacio, vbi cauſa inimicitiæ per Iudicẽ ſcrutabitur, ſi quoſdam verò, tunc facilius cauſa inimicitiæ inueſtigabitur.

Secundus modus eſſet à ſimili, vbi daretur Aduocato proceſſus copia ad partem vnam, & deponentium nomina ad partem aliam & ad ſuctis aliis extraneis quæ alibi à maleficis fuerunt perpetrata, & non à deponẽtibus ſeu teſtibus in

ſcriptis

scriptis deposita, sic delatus non poterit assertiuè dicere illum vel illum inimicum capitalem, quia nescit, quæ sint ab illis contra eum deposita.

Tertius modus, qui & suprà tactus capitulo quinto: nam quando delatus examinatur in fine secũdi examinis, antequam petit defensiones & antequam Aduocatus ipsi deputatus, interrogetur, an reputet se habere inimicos capitales qui omni Diuino timore postposito, falsò imponerent illi labem hæreseos maleficarum. Et tunc fortè impræmeditatus ac improuisus, & non visis deponentium attestationibus respondebit, quòd non reputet se habere tales inimicos: vel si dicit puto me habere, tunc nominet, & illi inscribantur, & causa etiam inimicitiæ, vt postmodum Iudex valeat eò certius inuestigare, postquam copia processus & nomina seorsim fuerint tradita modis quibus suprà.

Est & quartus modus, vt iterum in fine secundi examinis aut confessionis, de qua in sexta quæstione circa secunda interrogatoria, antequã dentur illi defensiones, interrogetur de testibus, qui grauius deposuerunt contra eum: per hunc modũ. Cognoscis tu talem, vnum nominando de testibus, qui grauiora deposuit, & tũc dicet quòd sic, vel quòd non. Si dicit quòd non, tunc non poterit postea dando sibi defensiones & aduocatũ ponere illum capitalem inimicum, cùm dixerit medio iuramento prius oppositum, s. non cognoscere illũ. Si autẽ dicit quòd sic, tunc interrogetur, si scit, vel audiuit quòd ipsa, vel ipse, egerint aliquid contra fidẽ Christianam, sicut maleficæ facere solent. Si dicit quòd sic, talia enim & talia fecit. Interrogetur quoque, si est eius amicus, vel inimicus, statim respõdebit, quòd amicus, & hoc ideo vt eius testimonio stetur: & ex tunc in illa causa, non potest dare illum inimicum capitalem per suum aduocatum cum medio iuramento, quòd antea dixerat eum amicum. Si autem respondeat quòd nihil scit de eo, tunc interrogetur an sit eius amicus vel inimicus, & ipse statim respondebit quòd amicus: Quia allegare inimicum de quo nihil mali nouit, non facit: Dicet ergo, sum eius amicus, attamen si scirem aliqua, non obmitterem quin illa reuelarẽ. In tali ergo causa non poterit eum ponere postea inimicum. Vel ad minus allegabit causas inimicitiæ capitalis à principio, & tunc aduocato adhibebitur fides.

Quintus

Quintus modus eſt,nam datur delato ſeu Aduocato copia proceſſus, ſuppreſſis nominibus deponentium : Et vbi Aduocatus informabit eum de ſingulis, coniecturatur quis vel qui depoſuerunt talia contra eum , & frequenter venit in cognitionem : Et tunc ſi dicet, talis eſt inimicus eius capitalis,& volo probare per teſtes,tunc Iudex habet conſiderare concorditer iuxta proceſſum nominatum: & tunc quia dixit velle probare per teſtes,illos examinabit , & cauſas inimicitiæ examinabit ſecretè conuocato ad hoc bono cõſilio peritorum vel antiquorum , in quibus latet prudentia: & ſi ita inuenerit cauſas inimicitiæ capitalis ſufficientes, tunc repellat primos teſtes,& illi dimittẽtur,ſi non adſunt alia grauamina teſtium.

Et hic modus quintus & communis obſeruatur & de facto maleficæ citò ex copia proceſſus elicitur , qui vel quæ aduerſus eam depoſuerunt : Et quia rariſſimè in tali cauſa inuenitur inimicitia capitalis , niſi ea quæ ex earum malis operibus oritur : Ideo Iudex de facili ſe habet per præfatos modos reſoluere : attento etiam quòd ſæpè deponentes affectant ſe perſonaliter maleficis præſentare , & in faciem obiicere ea quæ per maleficia eis ſunt illata.

*Modus vltimus minus ſcrupuloſus & taxandus.*

Eſt & alius & vltimus, ad quem finaliter Iudex recurrere poteſt , vbi prædicti modi fortaſſis iudicarentur ab aliquibus doloſi , & per aſtutiam practicati , præſertim quatuor primi,ideo omnino ad ſatisfaciendum & quietandũ ſcrupuloſas mentes , & ne Iudici quicquam obiiciatur, aduertat, quòd poſtquã per præcedẽtes modos expertus eſt, non eſſe aliunde inter delatum & deponẽtẽ capitalem inimicitiam, vult tamen hoc idem conſilio aliorũ aſſeſſorum concludere in finem,ne ſibi quicquam obiiciatur : faciat hoc:det delato ſeu eius Aduocato copiã proceſſus, deponẽtium tamen & deferentiũ nominibus ſuppreſſis:Et quia defendẽdo dicit ſe habere inimicos capitales,& fortaſſis cauſas inimicitiarũ varias allegat,ſiue in re ita ſint,ſiue nõ,cõgregat tamen Iudex conſiliũ peritorũ cuiuſcũq; facultatis, ſi commodè haberi poteſt , vel ad minus ex prouidis & honeſtis perſonis quibuſcũque:quia ad hoc tenetur:iuxta ca.ſtatuta.frequenter allegatũ,& illis totũ proceſsũ integraliter & perfectè per notarium ſeu ſcriptorem legi faciat : & cum teſtium ſeu deponentium nominibus publicè exponat , ita tamen quòd

quòd ad tenendum secretum sub præstito iuramento omnes astringat, & de illo an hoc facere velint, prius habeat inquirere, quia aliàs omnino non sunt eis nomina illa exponenda.

Ex post dicat, qualiter per talem & talem modum inquirendo de inimicitia, nullam potuerit perpendere. Attamen subinferat, si videbitur, fiat è duobus vnum, aut per consilium discernatur, qui sint ex deponentibus repellendi tanquam inimici capitales, & quomodo eligantur tres, quatuor, aut quinque qui amplius nouerint in illa aut oppido amicitiam vel inimicitiam delati & testium: & quî non sunt præsentes in consilio, & publicentur illi tantummodo nomina delati & testium; non autem articuli processus: & stabitur iudicio eorundem. Ex primo non poterunt benè testes repellere attento quòd Iudex suos modos inquirendi practicauit: ex secundo verò totaliter se immunem faciet, & omnem à se sinistram suspicionem executiet. Tenetur etiam hunc vltimum modum seruare, vbi delatus in alieno loco & patria esset captus. Et hæc sufficiant ad discernendum super inimicitiam.

## QVÆSTIO XIII.

*Super ea quæ ante interrogatoria in loco carceris & tortura proponenda habet iudex aduertere. Et est actus octauus.*

QVid denique iudici agendum sit, clarè patet. Si enim, vt communis exigit iustitia, ad pœnam sanguinis non iudicatur, nisi propria confessione conuincatur. Quamuis ex aliis duobus habetur pro manifestè deprehensa hæretica prauitate, scilicet ex euidentia seu indicio facti, & ex testium productione legitima; vt supra quæstione prima tactum fuit, & de tali etiam delata ad præsens agitur: tunc vtique quæstionibus & tormentis, pro criminum fassione exponetur.

*Casus euidenti facti.*

Et vt quæstio clara sit, ponatur casus, qui Spiræ contigit & ad multorũ notitiã peruenit. Quidam vir honestus, dum quandam mulierem pertranseundo non ei ad nutum in venditione cuiusdã rei venalis complacere voluisset, illa indignata post tergum; clamauit: in breui optasses quod annuisses.

Et

Et est vsitatus hic modus loquendi maleficarum, vel à simili, quando maleficium per auisamenta volunt inferre. Tunc ille indignatus,& non immerito super eam, vultum post tergum vertit,vt eam quo animo verba protulisset inspiceret, & ecce subitò maleficio percussus os suum in obliquum horribili deformitate vsque ad aures extenditur, nec retrahere potuit,sed multo tempore in illa deformitate perstitit.

Hoc euidēs factum iudici proponitur, casum ponimus, & an pro manifesta deprehensa in hæresi maleficarum, sit habenda quæritur. Respondere oportet ex verbis Bernar. in glo.ordinaria.& in ca.ad abolendam. vt suprà quæstione notata tangitur,quòd sic eò, quòd tribus modis, vt ibi tangitur,quis vt taliter deprehensus iudicatur: Et illa etiã tria non copulatiuè,id est, quòd omnia tria habeant insimul concurrere,sed vnum quodq; per se,scilicet,euidentia facti,testium legitima productio, & propria confessio reddit maleficam,videtur manifestè deprehensam reputari.

*Euidentia facti differt ab indicio facti.*

Indicium autem facti differt ab euidentib.quia cùm minus sit quàm euidentia, tamen capitur etiam ex verbis & operibus Maleficorum,vt in illa quæstione septima tangitur, & iudicatur ex maleficis non ita subitò.Sed processu temporis illatis, per minas tamen etiam præcedentes: sicque concludamus, quòd de similibus maleficis delatis, & quæ sub defensionibus,vt præmissum est,defecerunt etiam vel non defecerunt eo quòd non fuerunt concessæ; non concessæ autem quia non fuerunt petita: Iam nostra quæstio versatur,quid iudici agendum,& qualiter ad quæstiones sit procedendum pro dicenda veritate in punitionem sanguinis.

*Cur iudici ad torturam non properandum.*

Vbi plura sunt iudici propter ingentes labores contra maleficium taciturnitatis aduertenda,quæ etiam successiuè per capitula deducentur.

Et primum est,quòd ad maleficam quæstionandam non sit pronus,habeat tamen ad certa signa quæ sequentur aduertentiam.Quare autem non debeat esse facilis, causa est, quia nisi Diuina coactio per sanctum Angelum, vt maleficium Diaboli abscedat, concurrat,ita insensibilis in illis doloribus efficitur, vt membratim citius discerperetur, quàm aliquid veritatis fateri valeat.

Ne

Nec propter hoc omittendum, tum quia non æqualiter omnes sunt huiusmodi maleficiis irretitæ, tum etiam quia diabolus sponte interdum non coactus sancto Angelo Maleficam fateri crimina permittit. Pro cuius intellectu ea quæ suprà in secunda parte operis, de modo præstandi homagium diabolo tacta, sunt aduertenda.

*Non primis statim annis qualibet malefica diabolo homagium præstat.*

Sunt nãque, quæ sub certis annis prius diabolo militãt, vt sex, octo aut decem annis antequam ipsi homagiũ præstẽt, scilicet in corpore & anima se eis deuouendo, vbi tamen aliæ à principio illi profitendo fidei abnegationem etiã subitò homagiũ præstãt. Cur autẽ diabolus hoc spaciũ temporis postulatũ acceptat? vtique ea de causa, vt illo intermedio maleficam experiatur an ore tãtum & non corde fidẽ abnegãdo simili modo etiã homagiu sibi præstaret.

*Diabolus non nisi per exteriora cordis intima coniecturis assequitur.*

Nam cùm diabolus intima cordis non nisi per exteriora & coniecturaliter cognoscere habeat, vt in prima parte operis, sub difficultate, an dæmones ad odium, vel amorem mentes hominum immittare possint: plures etiam repetiantur, quæ necessitate aliqua, aut egestate inductæ, per alias maleficas, & sub spe confessionis, euasionis, à fide in toto vel in parte apostatant: tales vtique etiam non coactus à sancto Angelo relinquit, vnde & faciliter sua crimina fatentur: cùm tamen illæ, quæ sicut ore, imò & corde sibi adhæserunt, pro viribus ab eo defendantur, & indurentur ad taciturnitatis maleficium.

*Cur quædam malefica ad confitendum faciles sint.*

Et per hæc patet solutio ad quæstionem, vnde prouenìat, quòd certæ maleficæ de facili fateantur: aliæ verò minimè. Quia vbi diutiùs diabolus non repellitur, adhuc tamen sponte illas relinquit, vt per temporalem confusionem & horribilem mortem ad desperationem inducat, quos corde allicere nunquam poterat. Patent hæc etiam ex sacramentalibus earum confessionibus, in quibus asserunt, se nunquam voluntariè adhæsisse, & pluta maleficia coactis à dæmonibus intulisse.

Est & alia differentia, quòd cernũtur aliquæ post fassione u criminũ sibi ipsis mortẽ intentare, vt laqueo vel suspendio vitam sibi ipsis auferant. Quod vtique inimicus ille operatur, ne per sacramentalem confessionem veniam à Deo consequatur. Et hoc præcipuè illis, quæ non voluntariè sua adhæserant: hoc & aliis, quæ sibi voluntariè ad

hæserunt post criminum fassionem intentet. Sed tunc cernitur, quòd diabolus coactè maleficam habuit relinquere.

*Tam difficulter quæstionatur Mazus. quàm exorcizatur obsessus.*

Concludamus, quòd tantus vel etiam maior præsupponitur labor ad quæstionandum pro dicenda veritate maleficam, quantus ad exorcizandum à dæmone possessum. Id o Iudex nec voluntarius nec facilis ad hæc esse debet, nisi, vt dictum est, in punitionem sanguinis. Sed & in hac causa faciat diligentiam, prout sequitur: primò ferendo sententiam.

*De modo sententiandi delatam ad quæstiones. Et quomodo prima ie sit quæstionanda, & an possit conseruationem vitæ compromittere. Actus decimus.*

## QVÆSTIO XIIII.



Vid denique secundo loco Iudex habet aduertere, statim post actus, in eo quòd refert sententiam suam per modum qui sequitur.

*Sententia interlocutoria ad quæstiones submittenda.*

Nos Iudex & assessores attendentes meritis, seu considerantes merita processus facti per nos, cõtra te talem, talis loci, talis diœcesis, & diligenter omnibus examinatis, inuenimus, quòd tu es varius in tuis confessionibus, vt pote quia dicis tales minas te protulisse, non autem in eo nocendi animo, & tamen nihilominus sunt indicia, quæ sunt sufficientia ad te exponendũ quæstionibus & tormentis. Quapropter, vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt denceps aures iudicum non offendas, interloquendo declaramus, indicamus & sententiamus die præsenti, & hora tali, supponendum quæstionibus, & tormentis. Lata fuit hæc sententia, &c.

*Admonitionibus amicis eliciende confessiones.*

Secundò stat actus in eo, quòd & præmissum est, adhuc non sit voluntarius ad quæstionandum, sed carceribus ad pœnam mancipatus, & non iam ad custodiam tantùm vt prius, & adhibitis eius amicis, vt pœnas subterfugiat, & quòd fortassis morti non tradetur, licet aliàs punietur, vbi veritatem fatetur, illis proponat, & quòd ad hoc ipsum delatum inducere velint, hortatur. Nam meditatio frequens, & carceris calamitas, ac replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem eruendam.

Et à

Et à nobis expertum est, quòd per huiusmodi informationes maleficæ taliter confortatæ fuerunt, vt in signum resistentiæ in terram spuentes, quasi in faciem diaboli, dicebant, exeas maledicte diabole, faciam quod iustum erit, & consequenter crimina sua fatebantur.

Si verò conuenienter delato expectato, & tempore congruenter prorogato, & multipliciter informato: credat iudex bona fide ipsum delatum negare veritatem, quæstionent eum moderatè, vt pote sine sanguinis effusione: scientes quòd quæstiones sunt fallaces, & sæpius, vt tactum est, inefficaces.

Est autem modus incipiendi talis, vt dum ministri se disponunt ad quæstionandum, pòst exspolient eum: vel si est mulier, prius antequam ad carceres pœnosos ducatur, ab aliis mulieribus honestis & bonæ famæ exspolietur: ea de causa, vt si maleficium aliquod insutum esset vestimentis, prout sæpè ex informatione dæmonum practicant ex mẽbris pueri non baptizati, in finem vt pueri visione beatifica priuentur. Et dum instrumenta disponuntur, Iudex per se & alios bonos viros fidei elatores, inducat quæstionandam ad fatendum veritatem liberè, & si fateri noluerit, mandet ministris, quòd ad cordas ligetur, vel ad alia instrumenta applicetur, & ibi statim obtemperent non læti, sed quasi turbati. Pòst iterum soluatur ad petitionem aliquorum, & ad partem trahatur, & iterum inducatur, & inducendo informetur, quòd non tradetur morti. *Modus in tortura procedẽdi.*

Vbi quæritur, An hic iudex super delatum infamatum, & per testes, & indicia facti legitimè conuictum, cùm nihil desit nisi in ore proprio crimen fateatur, possit licitè conseruationem vitæ compromittere, cùm tamen, si crimen fatetur, vltimo supplicio punitur. *An iudici liceat promittendo impunitatem reo plectendo, veritatem elicere.*

Respondetur: A variis varia sentiuntur. Nam quidam ita sentiunt, quòd si delata est plurimùm infamata, & super indicia facti violenter suspecta: & quòd ipsa in magnũ nocumentum sit, tanquam aliarum maleficarum magistra, etiam tunc securari posset de vita sub his circumstantiis, vt perpetuis carceribus, in pane & aqua adiudicaretur, dummodò alias maleficas sub certis & verissimis signis manifestaret: nec tamen illa pœnitẽtia carceris, vt ponitur, ei manifestãda esset, sed duntaxat securitas vitæ promittẽda, & aliquali

pœnitentia, puta, per exilium, vel alio modo punienda. Et fine dubio pro maleficis famosis, & præsertim quæ maleficis medicaminibus insistunt, & maleficiatos superstitiosis actibus curant, taliter seruandæ essent, vt aut maleficiatis subuenirent, aut maleficas proderent: Nec tamen eorum proditioni staretur, eò quòd diabolus mendax, nisi pariter & alia indicia facti cum testibus occurrerent.

Aliis videtur ad idem in casu, quo sic carceribus deputata esset, ad tempus promissionem seruandam esse, & post spacium temporis incinerandam.

*Ad tempus solùm hæreticis & maleficis fides seruanda.*

Tertij sunt, qui dicunt Iudicem securè posse in conseruationem vitæ compromittere, ita tamen, quòd ex post à sententia ferenda se exoneraret, & in suum locum alium substitueret.

Inter quos modos primos, licet videretur vtilis propter maleficiatorum curationem, tamen quia non est licitum maleficia seu illicita opera tollere, licet, vt in quęstione prima, & introductoria huius tertiæ partis patuit, plurimorum opinio sit, quòd licitum sit maleficia per opera vana & superstitiosa tollere. Sed quia in his magis docet Iudices experientia atque vsus, & negotiorum varietas, quàm ars alicuius seu doctrina: ideo relinquitur hoc iudicibus. Certum est autem, vt experientia pluries docuit, quòd multi faterentur veritate, nisi metu mortis retraherentur.

*Experientia docebit Iudices.*

Quòd si nec minis, nec talibus promissis fateri voluerit veritatem, tunc ministri sententiã latã exequantur, & quæstionetur consuetis modis, & nõ nouis nec exquisitis, leuius vel fortius, secundùm quod crimen exigit delinquentis. Et dum quæstionarur de certis articulis super quib. quæstionatur, & hoc sæpè & frequenter à leuioribus incipiendo: quia citius concedet leuia quàm grauiora. Et dum hæc fiunt, notarius totum scribat in processu, & quomodo quæstionatur, & de quibus interrogatur, & quomodò respondetur.

*Leuiora delicta primò interrogãda.*

Et nota, quòd si fatetur per tormenta, ducatur postea ad alium locum, vt denuò recognoscat, & quòd non tantummodò vi tormentorum cognouerit.

Quærtò stat actus in isto, quòd si quæstionatus decenter noluerit fateri veritatem, ponantur alia tormentorum genera coram eo, dicendo, quòd oporteat eũ hæc sustinere, nisi fateatur veritatẽ. Quòd si nec sic poterit ad terrorẽ vel etiam

etiam ad veritatem induci, tunc pro secunda aut tertia die quæstionanda ad continuandū tormenta, nō ad iterandum: quia iterari non debent, nisi noua superueniſſent indicia.

*Sententia ad continuandā torturam.*

Feretur coram eo sententia in modum qui sequitur. Et nos præfati Iudex, vt supra, assignamus tibi tali, diem talē, ad quæstiones continuandum, vt à tuo ore proprio veritas audiatur, & totum ponatur in processu à notario.

Et intra illud tempus assignatū Iudex per se, aut per alios probos viros, inducet eam ad fatendum veritatem, modo præmisso, cum securitate vitæ, si ita videbitur expedire.

*Maleficæ non sola relinquē-da.*

Aduertat etiam Iudex, vt intra illud tēpus continuè apud eam sint custodes, vt videlicet sola non relinquatur, quia à Dæmone frequentabitur, vt sibi ipsi mortem inferat: si quantum Diabolus deserere ipsam intendit, aut ad deserendū ipsam diuinitus arcetur, hoc ipsum enim Diabolus melius noscere potest, quàm aliquis scriptis referate.

*Super tormenta continuanda, & de cautelis, & signis quibus cognoscere potest Iudex maleficam: & quemodo se ab earum maleficiis debeat præmunire. Item quemodo sint abradendæ in locis vbi sua habent maleficia abscondita, cum declarationibus variis, ad obuiandum maleficio taciturnitatis. Et est actus vndecimus.*

## QVÆSTIO XV.

QVid autem consequenter restat Iudici super tormenta continuanda? Est aduertendum primò, quòd sicut non omnium membrorum est eadem medicina, sed potiùs diuersorum & singulorum sunt diuersæ & singulares medicinæ, sic nec ad omnes hæreticos, seu de hæresi delatos, idem modus interrogandi, inquirendi & examinandi, quò ad articulos est seruandus, sed secundùm veritatem sectarum, & personarum, varius & diuersus modus examinandi. Idcirco prudens iudex & medicus, qui putrida membra, & scabiosas oues resecare, & sequestrare ab innoxiis nititur, tam æstimare potest, delatam maleficio taciturnitatis infectam, quàm taciturnitatem euellere, non potest una & infallibilis depingi regula,

seu modus, imò etiã dare nõ esset tutum: eò quòd cùm illũ modũ consequenter assuetũ, ac regulam generalem, tenebrarum filij præuiderent, ipsam tanquam laqueum suę perditionis, facilius euitarent seu etiam præcauerent.

*De maleficio taciturnitatis*

Curet igitur prudens ac industrius iudex occasionem & modum interrogandi arripere, siue ex testium responsis seu attestationibus, siue ex iis, quæ alias experientia eum docuit, siue ex iis quæ proprij ingenij acumen aperit: subscriptis cautelis vtendo.

*Maleficæ non queũt lachrimas fundere.*

Nam si inuestigare affectat, an maleficio taciturnitatis sit inuoluta, aduertat an lachrimare coram eo stãdo queat: aut tormentis exponendo. Hoc ipsum enim pro certissimo signo, ex fide dignorum antiqua relatione, ac propria experientia docente, adeò compertum est, quòd etiamsi ad lachrimandum coniurationibus aliqua horretur, & compellatur: si malefica existit, hoc ipsum, scilicet, lachrimas emittere non poterit: dabit quidem flebiles, & ex sputo, genas & oculos linire, ac si fleret attendabit, super quo à circunstantibus cautè aduertendum erit.

*Modus coniurãdi ad lachrimas.*

Modus autẽ cõiurãdi ad lachrimas veras, si innoxia fuerit, & cohibere lachrimas falsas, talis vel consimilis in sententia practicari potest, à iudice, seu presbytero: manum super caput delati seu delatæ ponendo: Cõiuro te per amarissimas lachrimas à nostro saluatore Domino Iesu Christo in cruce pro salute mũdi effusas, ac per ardẽtissimas lachrimas ipsius gloriosissimæ virginis Mariæ, matris eius, super vulnera ipsius hora vespertina sparsas, & per omnes lachrimas, quas hic in mundo omnes sancti & electi Dei effuderunt, & à quorũ oculis iã omnẽ lachrimam absterserit, vt in quantũ sis innoxia, lachrimas effundas, si nocens, nullo modo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen.

Experẽtia docuit, quanto amplius coniurabantur, tantò minus flere poterant cùm tamen vehementer se ad fletum stimulabant & genas sputo humectabant. Possibile tamen, vt post in absentia iudicis & extra locum & tempus torturæ, coram custodibus flere valeant.

*Causa impedimenti fletus in maleficis.*

Quòd si causa impedimenti fletus in maleficis quæritur, potest dici, quòd quia gratia lachrimarum in pœnitentibus præcipuis donis ascribitur, cùm cœlum penetrare, & inuincibilem vincere, humilis lachryma à Bernardo, asseritur:

nulli dubium, quin & inimico salutis displicere noscitur, vnde & summis conatibus illas impedire nemo ambigat, vt finalis impœnitentia potius introducatur.

*Humiles lachrimæ vincunt potentia superbissimos. Flere, decipere, nere, est mulierum propriũ verè.*

Sed quid si astutia Diaboli Deo permittente, etiam maleficam flere cõtingeret, ùm flere, nere, decipere etiam propriùm mulierum dicatur. Respondeti potest: cùm occulta sint Dei iudicia si aliàs non possit conuinci per legitimos testes, super aliqua indicia facti, nec etiam suspecta esset grauiter aut violenter, vtique esset absoluenda, & pro leui suspicione, in qua staret propter infamiam, quam testes deposuerunt, haberet hæresim maleficarum abiurare: vt in secundo modo sententiandi discutietur.

*Iudices nõ secure se à maleficis tangi.*

Secunda cautela non solùm post hãc primam obseruãda, verùm etiam omni tẽpore iudici & omnib. assessoribus aduertenda, q̃ non permittant se ab ea tangi corporaliter, præsertim super nudam iuncturam manuũ & brachiorum, sed omnino secum deferant sal exorcizatum in Dominica die palmarũ, & herbas benedictas. Hæ enim res insimul cũ cera benedicta inuolutæ, & in collo deportatæ, vt supra in secũda parte operis de remediis cõtra maleficiales infirmitates & defectus patuit, mirã habent efficaciam præseruandi, non solùm ex maleficarum testimoniis, verùm etiam ex vsu & consuetudine Ecclesiæ quæ in hunc finẽ huiusmodi exorcizat & benedicit, vt patet in earum exorcismis, cùm dicitur ad effugandam omnem potestatem inimici, &c.

Et non videatur extraneum de tactu iuncturarum seu membrorum, quia diuina permissione interdum per auditum verborum ab eis prolatorum maleficare opere Dæmonum possunt, præcipuè eo in tempore, vbi quæstionibus exponuntur.

*Visu maleficia immittunt malefica.*

Experientia nos edocente, nouimus quasdam in castris detentas, quę nihil aliud à Castellanis instantissimis precibus flagitabant, nisi vt in aduentu Iudicis, aut alterius præsidentis, eis concederetur, vt primum intuitum visus in ipsum iudicem dirigere possent, antequam ab eo vel aliis essent visæ, ex quo intuitu etiam fortitæ, quòd talis iudex aut alij sui assessores ita alieni in eorum cordibus fuerunt, quòd omnem si quam habuerunt indignationem, amiserunt, nec ipsas molestare quoquo modo præsumebant, sed liberè abire permiserunt. Qui scit, & expertus est, verum

dat testimonium, & vtinam talia procurare non possent.

Non paruipendant Iudices talia auisamenta & remedia cùm vilipensio talium post tantas admonitiones, in æternam eis cedet damnationem, iuxta saluatoris dictum: Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent pro peccato. Muniant ergo se præmissis ex Ecclesiæ constitutione.

*Maleficæ ita in iudicium producendæ vt tergum iudicibus vertãt.*

Et si commodè fieri potest, ipsa à tergo deorsum vertendo ad iudices & assessores introducatur. Et non solùm in præsenti actu, verùm in omnibus precedentibus & sequentibus, signo crucis se muniendo, & viriliter aggrediendo, frangentur cum Dei adiutorio vires antiqui serpentis. Nec quis æstimet superstitiosum, vt à tergo introducatur, cùm, vt sæpè tactum est, Canonistæ ad tollendum & impediendum maleficia maiora concedant, & vana vanis contundere semper dicant esse licitum.

*De abradendis pilis maleficarum.*

Tertia cautela in præsenti actu vndecimo obseruanda, vt pili ex omni parte corporis abradantur: Et est eadem ratio, sicut supra de vestimentis exuendis. Habent enim pro maleficio taciturnitatis aliquas superstitiosas alligaturas quarundam rerum, siue in vestimentis, siue in pilis corporis, & interdũ in locis secretissimis non reperiãdis.

*Procuratio maleficij taciturnitatis.*

Quòd si obijceretur: Nunquid diabolus absque huiusmodi ligaturis rerum posset mentem maleficæ indurare, vt crimina non valeat fateri, sicut & alij scelerosi sæpius inueniuntur, sub quibuscunque maximis tormentis, quantumcunque per indicia facti, aut per testes sint conuicti. Respondetur, vtique verum esse, quòd absque rebus quibuscumque dæmon valeat talem taciturnitatem procurare: illis tamen rebus vtitur in animarum perditionem, ac offensam maiorem Diuinæ maiestatis.

Quod vt clarius pateat, maleficæ quædam in oppido Haganoæ, de qua suprà in 2. parte operis tactum est, tale maleficium taciturnitatis procurare sciebat, vt masculus recenter natus, & non baptizatus, & cum hoc primogenitus, interęptus, & in fornace assatus, cum aliis rebus, quas exprimere non expedit, incineratus & pulueriz atus, si qua maleficæ aut flagitiosus, ex iis quicquam secum deferret, nullo modo sua crimina fateri posset.

Hîc clarum est, quòd si centum millia puerorũ adhibe-

rentur

rentur ex naturali incineratione nunquam talem effectum taciturnitatis causare possent: vtitur tamen, vt cuique intelligenti patet, in animarum perditionem, & Diuinę maiestatis offensionem.

Sed & hoc, quòd allegatur, quòd sæpè flagitiosi homines, & non malefici, talem penes se taciturnitatem retinēt. Dicēdū est, quòd malefici taciturnitas triplici ex causa prouenire potest. primò, ex naturali quodāmodò duritia mētis. Quia sicut aliqui sunt molles corde, aut vecordes, quòd ad leuē torturā omnia concederēt, etiā quæcūque falsa; ita aliqui sunt ita duri, quòd quantūcunque vexentur, veritas abeis non habeatur: Et præcipuè illi, qui aliàs fuerūt quæstionati, quorum brachia citò sicut trahuntur, ita & flectuntur. *Facinorosa taciturnitas in torturis, vnde proficiscatur.*

Secundò, prouenit ex maleficio penes se retento prout dictū est, siue in vestimētis, siue in pilis corporis. Tertiò, quòd interdū licet penes se nō habeant maleficia insuta, aut alligata, maleficiūtur tamen ab aliis maleficis, quantumcūque remotis. Prout malefica quædā in *Isburg* se iactare solebat quòd vbi ad minus filum ex vestimentis alicuius detenti haberet, tantum efficere posset, quòd quantūcūque tormētaretur, etiam vsque ad mortem, nihil fateri posset: quare patet responsio ad obiectionem. *Malefica etiā alios ad taciturnitatē maleficiare possūt.*

Sed quid in Diœcesi Ratisbonensi casu contigisse asseritur: Quòd dum quidam hæretici ex propria cōfessione deuicti, non solùm vt impœnitentes, imò & defensores illius perfidiæ, morti fuissent adiudicati, accidit, vt illæsi in igne remanerent: Tandem per aliam sententiam ad submersionē adiudicati, nihil proficere potuerūt: Stupentibus omnibus, & fidem ipsorum vt iustam defendere dum quidam conabātur, sollicitus præsul super gregem, triduanum ieiunium indixit, quo deuorè expleto, cuicā notificatur, quòd in certo loco corporis, videlicet sub brachio vno, maleficium quoddam inter pellem & carnem insutum haberēt, quo reperto & amoto, continuo incendio consumpti fuerunt. Licet ab aliis opinetur, quòd quidam Necromanticus ex Dæmonis cōsultatione, qui sibi hoc indicauerat, prodidisset. Sed quocunque modo factum fuerit, verisimile est, quòd diuina virtute Dæmon coactus, dum semper ad subuersionem fidei machinatur, hoc manifestauerit. *Hæretici manent in igne illæsi.*

A simili, vbi talis Iudici acciderit casus, quid faciendum *Maleficiū contra ignem inter carnem & pelle insutum.*

foret, elicere poteſt, vt videlicet ad Diuinum recurreret præſidium, vt ieiuniis & orationibus deuotarum perſonarum hoc genus Dæmoniorũ à maleficiis expellatur, in caſu, quo nec per mutationem indumentorum, aut tonſuram pilorum ad veritatem fatendam ſub tortura induci valeãt.

*Cera benedicta immiſſa, maleficium taciturnitatis abigit, ſi bibatur.*

Et licet in Alemaniæ partibus, talis abraſura, præſertim circa loca ſecreta, plurimùm cẽſetur inhoneſta: qua de cauſa nec nos Inquiſitores vſi ſumus: Sed tonſis capillis capitis cum calice aut cipho aquæ benedictæ, guttulam cerę benedictæ immittendo, & inuocatione ſanctiſſimæ trinitatis ieiuno ſtomacho trinies in potũ miniſtrando, per Dei gratiam à pleriſque taciturnitatis maleficium abſtulimus. Tamen in aliis regnis Inquiſitores talem per totũ corpus ac raſuram fieri mandant. Vnde & Cumanus Inquiſitor nobis inſinuauit, quòd anno elapſo, qui fuit 1485. vnam & quadraginta maleficas incinerari mandaſſet, omnibus per totum corpus abraſis. Et hoc in diſtrictu & comitatu Burbiæ, vulgariter dicitur *Mornkſerbaa* in confinibus Archiducis Auſtriæ, verſus Mediolanum.

Quòd ſi quæritur: an tempore neceſſitatis, quo nullis remediis congruis maleficiũ remouerint, vti præmiſſum eſt, licitum foret, diuinatrices, quæ etiam maleficia curare & tollere ſolent, pro amotione talis maleficij conſulere. Reſponſio. Quicquid ſit de negotio Ratisbonę peracto, exhortamur in Domino, vt in nullo caſu, quantumcunq; neceſſario, pro Republica diuinatrices cõſulantur, & hoc propter magnã offẽsã Diuinæ maieſtatis, cùm tot alia ſint nobis remedia conceſſa, per quæ omnino aſſequi poterimus, aut in propria potiri forma, aut in æquiualẽti, ita quòd omnino veritas experiatur, vel ab eius ore, vt incinerari valeat, vel Deus auferet ipſam de medio, aliã mortem ſuper eã permittẽdo.

*Nulla ſunt Diuinatrices pro Repub. cõſulenda.*

*Media licita pro obſtinata taciturnitate ſubiectorum queſtioni attendenda.*

Hæc autem nobis remedia propenuntur: vt primò faciat homo id quod poteſt ex propria induſtria, & ex propria virium ſuarum exercitatione, modis ſuprà tactis inſiſtendo pluries & præſertim certis diebus, vt iam in ſequẽti quæſtione patebit. 2. Cor. 9. Abundetis in omne opus bonum.

Secundò, quòd ſi deficit recurſum habeat pro conſilio ad alios homines, qui fortè ſibi remedium, de quo unquam cogitauerat, impertiretur. eo quòd varij ſunt modi ad maleficia tollenda.

Tertio

Tertiò si prædicta deficiunt, habeat recursũ ad deuotas personas, iuxta illud Ecclesiast. 37. Cũ viro sancto assiduus esto, quemcunq; agnoueris obseruantem timorem Dei. Itẽ vt sancti in patria inuocentur per eos. Quæ si omnia defecerint, recursum habeat immediatè ad Deum iudex & omnis populus ieiuniis & orationibus, vt tale maleficium sua pietate amoueatur. Sicut Iosaphat. 2. Paral. 20. Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te: & sine dubio Deus in necessariis nostris non deficiet.

Vnde & Augustinus & habetur 26. q. 7. non obseruabitis. Qui has & quascunque Diuinationes, aut facta, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruantibus, aut talibus credit, scilicet opere prosequendo, aut ad domum earũ vadit, aut in domũ suam propriam introducit, aut interrogat, sciat se fidem Christianam & baptismum prœuaricasse, & paganum, & Apostatam, & Dei inimicum, iram Dei in æternum grauiter incurrere, nisi Ecclesiastica pœnitentia emendatus, Deo reconcilietur. Non deficiat ergo iudex semper licitis vtendo iuxta præmissa, remediis, & finaliter subscriptis cautelis.

*De tempore, & de secundo modo interrogandi. Et est adhuc duodecimus super finales cautelas à iudice obseruandas.*

## QVÆSTIO XVI.

VPer præmissa sunt aliqua aduertẽda: Primò quòd sacrationibus diebus, & infra missarum solemnia fiant maleficæ interrogandæ, ita vt populus adhortetur ad implorandum Diuinum auxilium, in generali nihil specificando nisi vt contra quascunque Dæmonum infestationes sancti inuocentur. *Precationes publicæ Ecclesia conducunt cõtra obstinationẽ maleficarum.*

Secundò, ea quæ supra tacta sunt de sale & aliis rebus benedictis: cum septem verbis, quæ Christus protulit in cruce, in schedula conscriptis: insimul colligatis, collo eius affigentur, longitudo Christi super nudum corpus: & extra benedicta circũcingatur: Siquidẽ longitudo ipsa commodè

habeat,

*Longitudo Christi alliga za corpori cegat maleficas confiteri.*

haberi potest: Experiētia docuit miro modo his rebus ipsa molestari, vixque retinere: præcipuè autem reliquias sanctorum.

His sic dispositis, & aqua benedicta in potum porrecta, disponatur iterum ad quæstiones, continuò exhortando, vt prius. Dum autem à terra eleuatur, & si per talem modum tormentatur, iudex legat vel legi faciat dicta testium, submissis nominibus, taliter dicendo, ecce per testes conuicta es, item si testes vellent se facie ad faciem adfrontare. tunc iudex interrogaret, an fateri vellet, si testes sibi in faciē præsentarētur. Vbi si annueret, tunc inducendi testes essent, & coram ea statuendi, si fortè robore, seu verecundia quicquā criminum fateretur.

*Adfrontatio testium.*

*De indicio cādentis ferri.*

Vltimò si videat, ipsam non velle detegere flagitia sua, interrogabit eam, an pro sua innocentia indicia candentis ferri vellet subire: Et quia illud omnes affectāt, sciētes quòd per Dæmones à læsione præseruantur: Vnde etiā quòd veræ maleficæ existant cognoscuntur: replicabit iudex: qua temeritate se tātis periculis submittere possit, & omnia cōscribantur. Sed quod illud candentis ferri indicium non sit eis concedendum, inferius patebit.

*Feriarum tēpore magis cōfitētur maga, quàm alio tēpore.*

Aduertat etiam iudex, quòd sextis feriis præcipuè vsque dum fit compulsus pro expectatione nostri Saluatoris interrogatæ, sæpè fassæ fuerunt.

*Quomodo cū maleficis agēdum, si nihil prorsus confiteantur.*

Sed quia super extremum nos procedere oportet, videlicet super omnimodam eius negatiuam, in qua si perstiterit, iudex relaxabit eam, & sequentibus adhuc vtatur cautelis educendo eam de carcere ꝓ œnoso ad alium, pro custodia tamē benè munitum, ita tamen, quòd sibi omnino caueat, quòd nullo modo & tradatur cautionibus, seu fideiussoribus, nec alias manulenta decreto. Quia à talibus manulētē datis veritas nequā haberetur, imò sēper peiores efficiūtur.

Sed hoc prin o procuret quòd hum nster in cibo & potu tractetur, & interim intrēt honesti, & nō suspecti, qui etiā frequenter de diuersis impertinentibus cō colloquantur, & tandem vt confidenter consultent, quòd fateatur veritatē, promittendo quòd iudex sibi faciet gratiam, & quòd velint esse tanquam mediatores: Et in finem huius intrabit iudex, & promittet facere gratiā, subintelligēdo vel sibi aut Reipublicæ in cuius cōseruationē totum quod fit est gratiosum.

*Nota effectum vocabuli sibi, pro ipsi.*

Si verò

Si verò ſibi ad vitã promitteret, quæ ſupra quæſt. 14. ſuper tres modos tacta ſunt, ſcribantur ſingula à notario, & ſub qua forma verborum ac intentione ſit gratia promiſſa. Et ſi quidem delata ſic gratiam petierit, & facta detexerit, dicantur verba generalia, quòd amplius fiet illi quàm ipſa petierit, in eum finem vt ampliori confidentia loquatur.

Secunda cautela in hoc actu, quòd ſi omnino noluerit detegere veritatem, habeat iudex, vt ſupra tactum eſt, de eius complicibus, ſine ipſius ſcitu examinare. Et ſi quid huiuſmodi depoſuiſſent, per quæ conuinci poſſet, hæc iudex proponat, & diligenter de ſingulis inueſtiget: Et ad idem, ſi quæ inſtrumenta vel vnguenta & pixides in domo fuerint reperta, ſibi offerantur, & ad quæ vſa fuerit, &c.

Tertia cautela, ſi adhuc perſeuerat in ſua pertinacia & habet conſodales examinatas, quæ cõtra & non pro ea depoſuiſſent, vel ſi non habet, procuret alium fide dignum quem nouit ſibi non ingratum, ſed tanquam amicum & fautorem, qui quodam ſero intret ad maleficam, protrahẽdo locutiones. & tandem, ſi quidem non eſt de complicibus, fingat nimis eſſe tardè pro receſſu, & remaneat in carcere cũ eadem, & de nocte pariter colloquantur: Si verò de cõplicibus, tunc edentes & bibentes, mutuò etiã cõferãt de rebus commiſſis: Et tunc ſit ordinatũ, quòd ſtent extra carcerem in loco congruo explorantes eos, auſcultantes & verba colligentes, & ſi opus fuerit, ſcriptor ſit cum eiſdem.

Quarta cautela, vt ſi tunc incipiat dicere veritatem, nullo modo differat iudex recipere eius confeſſionem, etiam media nocte, ſed continuet quantum poteſt: & ſi in die non curet, ſi proroget prandium vel cœnam, ſed inſtet quoadusque dixerit veritatem, ſaltem quò ad principalia. Nam per dilationes & interruptiones frequentius eſt repertum, quòd redeunt ad vomitum & non aperiunt veritatem quam detegere inceperant habito conſilio deteriori.

*In fine interrogatorum de incubo interroganda malefica.*

Et aduertat iudex, quòd poſt confeſſionem nocumẽtorũ, hominibus aut iumentis illatorũ, inquirat, quot annis Incubum Dæmonem habuerit, & à quanto tempore fidem abnegarit. Quia ſicut de iis nunquam fatentur, niſi prius alia fuerint faſſæ, ita etiam omnino in fine ſunt interrogandæ.

Quinta cautela, ſi prædicta omnia deficerent, tunc ſi fieri poteſt, ducatur ad aliquod caſtrũ, & ibi certis diebus cuſtodia

dia mancipata, fingat castellanus se ad partes longinquas peregrinaturum, & interim familiares aliqui, vel etiam mulieres honestæ eam visitantes, promittant ei, quòd velint eam omninò dimittere liberè abire, dummodo informet eos, vel eas, de certis experimentis. Et aduertat iudex, quòd sæpissimè per talem modum fassæ fuerunt & conuictæ.

Et nouissimè in Diœcesi Argentinensi prope oppidum *Schletstatt* & castro *Konigsheym* malefica detenta, nullis tormentis & quæstionibus deduci poterat ad fatendum sua crimina: tandē modo supra dicto de castellano seruata, licet præsens erat in castro, ipsum tamen malefica æstimabat abesse, res familiares intrabant & ei liberam relaxationem promiserunt, dummodo super certa experimenta eos informaret. Et licet prima fronte renueret, & quòd dolosè cum ea agerent proponeret: tandem interrogans de quibus informari vellent, vnus dixit, super grandinem excitandum alter super carnalia facta. Tandem vbi super grādinem illum informare volebat, & scutella aqua plena appa dinem, malefica sibi iiunxisset, vt digito paululum aquam moueret, & ipsa certa verba protulisset, subito locum quem explorator nominauerat, scilicet syluam adiacentem castro, tanta tempestas & grando repleuit, sicut à multis annis visum non fuerat.

In casu tamen quo omnia deficerent, vel etiam in casu quo crimina fa erentur, quid vlterius iudici per sententiam fac endum sit, vt totus processus finiatur in quo vltima pars huius operis terminatur, restat declarare.

*Qualiter processus iste fidei sit debito fine per sententiam diffinitiuam terminandus.*

HEr Dei gratiam iis expeditis, quæ ad cognitionem proprietatum super hæresim maleficarum deseruiunt: mox insimul etiam qualiter processus fidei aduersus illam sit initiandus & continuandus: restat nunc discutere, qualiter talis processus per debitam sententiam sit congruo fine terminandus.

Vbi primò notandū quòd cū hæresis hæc, vt in principio huius vltimæ partis tactū est, præ aliis hæresibus simplicibus hoc habeat, q̄ non est pura, sed mixta crimine Ecclesiastico

siastico & ciuili, vt de se patet. Ideò de modis sententiandi tractando, primò tractandum est de quadam sententia, ad quam maleficæ solent appellare, de qua secularis iudex per se irrequisito ordinario agit. Secundò, de his, in quibus sine ordinario agere non potest. Et sic tertiò, quomodo ordinarij se exonerare possunt, patebit.

*Super purgãtionem vulgarem & præcipuè super examen candentis ferri, ad quod maleficæ appellant.*

## QVÆSTIO XVII.

AN autem malefica vulgari purgatione, de qua 2. q. 4. consuluisti, & cap. monomachiam. super reatum tentatiuè purgando, & per iudicem secularẽ ad hoc astringenda, vel admittenda ad iudicium candentis ferri, si ad hoc appellat, & videtur quòd sic. *Appellatio ad candens ferrũ.*

Nam sicut duellum ad conseruationem vitæ propriè in causa criminali, vel rerum suarum in causa ciuili ordinatum ita & iudicium cãdentis ferri, per tactum vel aquæ bullientis per totum: Sed primum licitum est in aliquo casu, iuxta sanctum Thomam 2. 2. q. 95. in fine vltimi articuli. vbi dicit: quòd tunc duellum potest esse licitum, vbi ad communem rationem sortium appropinquat: ergo etiam in aliquo casu iudicium ferri candentis.

Item multi principes sanctæ vitæ, & qui bonorum consilio vtebantur, vt sanctus Hẽricus Imperator erga coniugem virginem Kunigundam, quam de adulterio suspectam habuerat, exercuit.

Item sicut iudex, qui habet curam communitatis, licitè potest minora mala permittere ad vitandum peiora, vt meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus: iuxta Augustinum in libero arbitrio. Tolle meretrices, & omnia turbabis libidine. Ita per tale iudicium, vbi quis ab insultibus & iniuriis alicuius communitatis super causam criminalem aut ciuilem liberari posset. *Si tollantur meretrices, omnia turbabuntur libidine.*

Item quia minus est læsio manuum per candẽs ferrum, quàm vitę interfectio per duellũ, ideo si duellũ admittitur, vbi

vbi consuetudo habetur: à fortiori & examen candentis ferri.

*Tentatur Deus per duellum & cādens ferrum.*

Contrarium habetur 2. q 4. monomachiam. Vbi dicitur: hæc & huiusmodi sectantes Deum tentare videntur. Vbi attendendum esse dicunt Doctores, quòd quia non solùm à malo iuxta Apostolum 1. Thessal. 5. sed etiam ab habente speciem mali abstinendum est: ideò non dicitur in illo c. omnes hæc sectantes tentant Deum, sed videntur tentare, vt intelligatur, quòd posito casu, quòd aliquis talia exercens intendat alium finem, fortè rectum: quia tamen apparentia est mala, cauendum est.

Respondeo, quòd tale iudicium seu examen sit illicitum præcipuè candentis ferri, deducitur ex duobus: Primò, quia ordinantur ad iudicandum occulta, quæ Diuino iudicio reseruantur. Secundo etiam, quia huiusmodi iudicium non est authoritate diuina, aut etiam documentis sanctorum patrum sancitum. Vnde in c. consuluisti 2. q 5. Quòd Sanctorum patrum documento sancitū non est, superstitiosa ad inuentione est præsumendum. Et Stephanus Papa in eod. cap. Spontanea confessione vel testium approbatione, delicta concessa sunt vestro regimini iudicari: Occulta enim & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda hominum.

*Quæ non docent scriptæ patrum sunt superstitiosa.*

*Differentia inter duellum & examen pœius bullientis aquæ vel cādentis ferri.*

Est tamen differentia inter duellum & ferri candentis examen, seu etiā potum bullientis aquæ: Quia duella magis accedunt ad communem rationem sortium, vt pote, quia pugiles sunt penitus pares virtute & arte quàm examen candentis ferri. Quia licet vtrūque ordinetur ad alicuius facti occulti inquisitionem, per aliquod factum ab homine: tamen quia in iudicio cādentis ferri aliquis miraculosus effectus expectatur, quod non contingit in duello, vbi solum nō ò contingit interfectio vnius vel amborum. Ideò examen illud est omnino illicitum, licet duellum non sit ita illicitum. Incidēter tamen propter principes & iudices seculares super duellum admittendum est.

*Aquinas & Lira probant duella.*

Notandum quòd occasione horum verborum sancti Thomæ, qui hanc distinctionem ponit, Nicol. de Lira in Postilla sua super Biblia. 1. Reg. 17. occasione etiam duelli seu conflictus ipsius Dauid cum Philisteo, vult elicere, quòd in aliquo casu duellū possit esse licitum. Ideo quòd

hoc

hoc non sit de mente Doctoris Thom. sed potiùs oppositum probat Paulus Burdegalensis contra Nicolaum præfatum: Cuius probationem benè aduertere debent principes & iudices seculares.

Primò per hoc, quia duellum, sicut & examen alterum ordinatur ad iudicandum occulta, quæ Diuino iudicio reseruantur, vt suprà tactum est. Nec potest dici, quòd institutionem habuerit ex conflictu Dauid: Quia illi reuelatũ fuit à Domino interiori instinctu, vt tale certamen inire deberet, & quòd iniuriam sibi illatam per eum vindicare contra Philistæum vellet: quod ex verbis Dauid s elicitur, Ego venio contra te in nomine Dei viuentis. Et sic non fuit propriè duellator, sed diuinæ iustitiæ executor.

*Dauidis congressus cũ Goliath non fuit duellum.*

Secundò, ex hoc, quòd præcipuè iudicibus est aduertendum, quia in duello datur potestas, vel saltim conceditur licentia vtrique interficiendi se mutuò: etiam cùm alter eorum sit innocens: Ideò præstatur auctoritas, vel saltem licentia interficiendi innocentem: quòd cùm simpliciter sit illicitum quid cõtra dicta mentis iuris naturalis & Diuinum præceptum; ideò omninò illicitum tam ex parte appellantis, quam recipientis, quàm etiam iudicantis & consulentium, qui omnes homicidæ reputantur.

*In duellis & pugnantes & iudices, consulentésque sunt homicidæ.*

Tertiò, ex hoc, quia cùm Duellum sit singularis pugna duorum, vt per victoriam vnius appareat iustitia, tanquam per diuinum iudicium, alterius iniustitia non obstante, quia tunc Deus tentatur: Vnde redditur illicitum ex parte appellantis & recipientis. Tamen cùm ipsi iudices illis mediis iustum iudicium aut terminationem litis procurare possent, cùm hoc non faciunt, sed consulunt, vel omnino permittunt, cùm prohibere possent, consentiunt vtique ad interfectionem innocentis.

Verùm quia non est verisimile, postillatorem Nicolaum hæc latuisse aut ignorasse, ideò vbi dicit in aliquo casu duellum absque peccato committi mortali, loquitur ex parte iudicantium aut consulentium: vbi, non per ipsorum inductionem aut consilium, sed per ipsos appellantem & recipientem tale examen exercetur sine alio respectu.

Et quia non est nostræ speculationis his immorari, sed de ipsis maleficis differere, clarè patet, quòd in aliis criminalibus causis circa furtum aut latrocinium tale examē

inhibetur. Quanto magis hic, vbi constat, maleficas cuncta maleficia auxilio Dæmonum procurare, siue in læsionibus inferendis, siue curandis, siue tollendis, aut impediendis.

*Diabolum per media naturalia posse cãdens ferrum inefficax reddere.*

Nec mirum quod opere Dæmonum à læsionibus in tali examine præseruantur maleficæ: cùm, vt naturales tradunt, succus cuiusdam herbæ, vbi manus inunguntur à cõbustione possit præseruare. Et cùm ipsum Dæmonem virtutes herbarũ minimè lateant, dato quòd per interpositionem alicuius corporis inter manus deferentis, & ipsum ferrum, læsionem non interciperet, prout inuisibiliter procurare potest: Tamen per huiusmodi naturales rerum proprietates hoc efficere posset, vnde minus quàm quibuscunque aliis malefactoribus ipsis maleficis, propter intimam familiaritatem, quam cum Dæmonibus tenent tali examine sunt purgandæ: sed ipso facto, vbi ad hoc, appellant, iam vt suspectæ maleficæ sunt habendæ.

Deseruit ad hoc factum, quod in Constantiensi Diœcesi tribus annis vix iam elapsis contigisse fertur. Nam in dominio Comitum de *Farstenberg* ad quod pertinent Nigræ syluæ, fuit malefica quædam famosa, & pluri nùm ab incolis diffamata, quæ vbi per Comitem ad instantiam plurimorum fuisset comprehensa, & de plurimis indiciis super varia maleficia delata, tandem cùm inter tormenta & quæstiones interrogaretur, manus omnium volens euadere, ad examen candentis ferri appellauit. Iuuenis Comes non multùm in his expertus, examen admisit, & dum candens ferrum per tres duntaxat passus deferre adiudicata fuisset, per sex deportauit, offerens se denuò ad ipsum longiori spacio deportare. Quia ex re, dum manifestum habuissent indicio maleficij iudicare: quia nullus sanctorum præsumpsisset taliter Diuinam assistentiam tentare, ipsa tamen absoluta à vinculis, & illæsa vsque in præsens perseuerat, non tamen sine fidelium scandalo.

*De Sententia Diffinitiua in se qualiter est ferenda.*

## QVÆSTIO XVIII.



Consequenter ad tractandũ de his, in quibus secularis iudex per se cognoscere & sententiare potest diœcesanis, si liber, manentibus exoneratis, Hoc ipsũ enim præsupponimus, vt ne dũ nos ipsi Inquisitores

salua

salua fide & iustitia simus ab his sententiandi modis exonerati: Verùm & ipsos Diœcesanos eadem sinceritate exoneratos affectamus, ipsorum facultatem & iurisdictionem minimè amputando. Qua tamen si vti vellent necesse foret, & nos inquisitores, iuxta c. multorum querela. de hær. in Cle. pariter concurrere.

Attendant tamen, quòd quia hoc crimen maleficarum non est merè Ecclesiasticum: Vnde nec potestatibus, nec dominis temporalibus adiudicandum & sententiandum, vt in c. inquisitoribus. §. inhibemus: de hær. libr. 6. interdictum. In quibus tamen præfata potestas diffinire & cognoscere sine diœcesanis non potest, similiter deducet.

Sed primò videndum de ipsa sententia in secundò qualiter sit ferenda. Tertiò quot modis.

De primo. Cùm secundùm August. vt 2. q. 2. c. 1. Nos in quenquam sententiã ferre nõ possumus, nisi aut conuictũ, aut sponte confessum. Et sententia sit triplex, vt dicit gl. summaria in pri. quæstionis, scilicet interlocutoria, diffinitiua & præcepti. Et Ray. explicans dicit. interlocutoria sententia dicitur, quę nõ super principali, sed aliis quęstionibus profert inter principiũ causæ & finẽ emergentibus: vt est de teste repellendo, vel de dilatione causanda. vel non, & huiusmodi. Vel fortè dicitur interlocutoria, quia inter partes loquendo profertur sine scripturæ solennitate. *Qua interlocutoria sentẽtia dicatur.*

Diffinitiua autem sententia dicitur, quando principalis quæstio diffinitur. ff. de re iud. l. 1.

Sententia præcepti est, quando maior præcipit minori. De primis duabus nostra consequenter erit speculatio, præcipuè super sententiam diffinitiuam. *Quid sententia præcepti dicatur.*

Notandum secundò, ꝙ licet in glossa præfata dicatur, ꝙ iure nulla sit. 2. q. 2. Si quando §. diffinitiua. Et post dicatur: Scias quòd duplex est ordo iuris. Vnus, qui est de necessaria substantia iudiciorũ, vt fiat litis contestatio, & lites recipiantur, si cõtra hunc ordinẽ feratur, sentẽtia non tenet. Est alius ordo qui nõ est de substãtia iudiciorũ, vt scilicet sententia non feratur sub conditione, & vt prius non pronuncietur de possessione, quã de proprietate: si tamen hoc non seruet, tenet sententia. 2. q. 6. Anteriorum §. biduum. *Duplex ordo iuris, vnus de substantia, alter non.*

In hac tamen causa, quia est causa fidei, & hæreseos cri-

men,licet mixtum,proceditur summariè, simpliciter & de plano,vt patet in cap. statu.lib 6.Et qualiter illa verba intelligantur,habes supra q.6. & vt ibi deducitur, iudex necessariò libellum non exigat,litis contestationem non postulet,&c. sequenti. Probationes tamen necessarias admittat, similiter citationem & protestationem iuramenti de calumnia,&c. Vnde & alius modus procedendi iam per iura noua declaratur.

*Quid in processu summario attendendum ind ffinitiua.*

De secunda autem,qualiter sit ferenda, nota quòd proferri debet à iudice,& non ab alio,aliter non valet.Item,in loco publico & honesto etiam sedẽdo,vt 3.q.3 induciæ.§. spacium. Et similiter de die,& non in tenebris:& sic de multis,quæ ibi notantur:Tum quæ ibi continentur,quòd non diebus feriatis,& non in scriptis feratur.

Notandum ,quòd quia hic summariè, simpliciter & de plano,vt supra tactum est proceditur,& de verb.signif.cap. Sæpè contingit in Clem.dicitur, quòd tempore feriarum, ob necessitates hominum indultarum,à iure procedere valeat:& quòd iudex amputet dilationem.Ideo si Iudici libet, seruare illa poterit, nec scripto proferre tenetur. Cùm secundum Io. Andr.plures sint casus , in quibus sine scripto sententia valet , & inter illos enumeratur consuetudo loci,vel fori dist.11.consuetudinis.Episcopus etiam, si est iudex,potest per alium sententiã recitare, ad instar illustriũ.

*Quando executio sentẽtiæ sit differẽda.*

Item nota,quòd licet in actionibus criminalibus exequutio sententiæ non sit differenda,fallit tamen hoc in aliquibus casibus,præcipuè quatuor:sed pro hac materia capiuntur duo.Primò si lata est in muliere prægnante:differtur enim vsque ad tempus partus.ff.de re iudic.in l. prægnantis, Item cùm quis est confessus crimen,& postea negat.Et intellige,si confessio prius non fuit reiterata,modo quo suprà tactum fuit quæstione decima quinta.

De tertio autem , quor scilicet modis sit ferenda , quia consequenter vsque in finem operis de his tractabimus, sunt tamen adhuc aliqua præmittenda , de modis quibus persona delata redditur suspecta , eò quòd variæ sententiæ super varias suspiciones sunt ferendæ.

Quot

*Quot modis capiatur suspicio pro sententia ferenda.*

## QVÆSTIO XIX.

SVspecti de hæresi, vel alio crimine, quot modis & quibus dicendi sint, & an in tali casu pro tali crimine, ex illis iudicandi & sententiandi sint, vbi quæritur: Respondendum est & per antiqua & noua iura. Nam gl. super c. nos in quenquam, in præcedenti quæstione allegato, dicit quòd quatuor sunt modi conuincendi reum, aut scilicet iure, vt instrumentis & testibus, aut facti euidentia: Extrà. de cohab. cle. c. tua, aut iuris interpretatione, vt sæpius citatum esse reum. 3. q. 9. decreuimus, aut violenta suspicione 32. q. 1. dixit.

*Quatuor modi conuincendi reum.*

*Triplex suspicio.*

Notãt etiam Canonistæ, quòd triplex est suspicio. Prima temeraria, de qua canon. Nullũ iudicetis suspicionis arbitrio 2. q. 1. Secunda probabilis, & hæc purgationem inducit, non autẽ prima, vt 2. q. 4. presbyter. Tertia est violẽta, quæ condemnationem inducit. Et de hac intelligitur dictũ. Hieron. quòd vxor dimitti potest propter fornicationem, aut fornicationis suspicionem 23. q. 1. dixit.

Nota insuper quòd secunda, quæ est probabilis, admittitur ad semiplenam probationem, vt extra de præsumpt. in multis. Vnde coadiuuat ad probationẽ, si adsint alia adminicula: vnde non solùm admittitur ad purgationem inducendam, sed etiam ad arbitrationem. De violenta etiã quæ ad condemnationem sufficit, nota quòd est duplex, dum quędã iuris & de iure: Vt cùm ius fingit & statuit aliquid super facto, & contra hanc nõ admittitur probatio, extra: de spõsa. nec qui fidem. Vbi dicitur, quòd si quis dederit fidem mulieri de contrahendo matrimonio cum ea, & postea copula sequitur, matrimonium esse præsumitur, & probatio in contrarium non admittitur. Quædam est iuris, sed non de iure, vt vbi ius præsumit, sed nõ statuit aliquid, vt si vir diu mulieri cohibitauit, præsumitur ab eo cognita. 27. quæst. 1. dixit. Et contra hanc admittitur probatio.

*Duplex suspicio violenta.*

*Suspicio Iuris & de iure.*

Applicando ad propositum nostrum super hæresim maleficarum & super noua iura, dicimus, quòd in iure triplex suspicio seu crimẽ hæreseos habetur: prima est modica, secunda magna, tertia maxima.

*De triplici suspicione hæreseos.*

Prima quæ est modica, in iure vocatur suspicio leuis. Ita

habetur capit. Accusatus de hæret. lib. 6. in princip. vbi dicitur: Si autem leuis & modica suspicio illa fuit, & relabatur, quanquam ex hoc sit grauiter puniendus, non tamen debet pœna in hæresim relapsorum puniri. Et hæc suspicio ideo dicitur modica siue leuis, tum quia modica & leui defensione tollitur, tum quia ex modicis & leuibus oritur coniecturis. Vnde dicitur modica à modicis indiciis, & dicitur leuis à leuibus coniecturis.

*Exempla leuis suspicionis de maleficia.*

Vt pote in simplici hæresi circa fidem, si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes, vel vita vel moribus à communi conuersatione fidelium deuiãtes, vt patet c. excommunicamus primo. extra, de hæresi. circa maleficium hæresim. Simili modo vbi cõuẽticula in angariis, aut sacrationibus anni temporibus, in cãpis, aut syluis, siue de die, siue de nocte cõuenirent, aut aliquę seorsim repperirentur, aut nõ frequentare diuina temporibus consuetis & modis consuetis, aut cum suspectis maleficis familiaritates secretas contrahere. Tales enim leuiter ad minus de hæresi habentur suspecti eò quòd talia frequẽter facere huiusmodi hæretici comprobantur. De qua etiam leui suspicione habetur C. de hær. lib. 12. in fine, vbi dicitur, Hæreticorũ vocabulo continentur, & latis aduersus eos sententiis debent succumbere, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare.

Et huic sententiæ concordat Hostiensis in summa, titulo. de præsumptione. §. finali vbi dicit, Notandum, quòd quamuis hæretici leui argumento deteganter, scilicet, ad hoc quòd suspecti habeantur, tamen non debent vt hæretici haberi: & probatur per præcedentia.

*De vehemẽti suspicione hæreseos vel maleficij.*

Secunda suspicio quæ est magna, in iure vocatur vehemens, siue fortis, de qua iterum in allegato capitulo, Accusatus, in principio etiam sic habetur, Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemẽs suspicio orta erat, & c. Ibi enim hæc cõiunctio, Et, nõ tenetur copulatiuè, sed expositiuè, vt notat Ioannes Andreas ibidẽ. Vehemẽs autem idem est quod fortis, vt dicit Archidiaconus super allegatũ canonẽ, accusatus. Et verbo vehemẽs, vt dicit Papias & Hugitio quòd vehemẽs idẽ est quòd fortis siue grandis. Allegat etiam Gregorium primo moralium. Ventus vehemens irruit: Vnde dicimus aliquem vehemen

herrentem habere cau̇n ,cum habet ſortem. Hæc ibi.

Ergo ſuſpicio magna dicitur vehemens, huc fortis: & ſic nominatur,quia non niſi vehemẽtibus & fortibus deſẽſionibus repellitur & etiam quia ex magnis & vehemẽtibus ac fortibus oritur coniecturis. argumentis & indicijs. Vt pote in ſimplici hæreſi, ſi aliqui comperiantur, qui eos ſciunt hęreticos fore occultant,fauore impẽdunt, aſſociãt, viſitant,munera offerunt,recipiunt,defendunt & ſimilia exercentes. Tales namq; de hæreſi vehemẽter ſuſpecti ſunt: Et ſimiliter cognoſcuntur circa hæreſim maleficarum, eò quòd ſuſpicio oritur,quòd participent cum eis in crimine.

Et præcipuè notãtur hîc mulieres aut viri,qui ad amorem vel odium inordinatum,dicèt nõ ad alias læſiones hominum tendãt,aut iumentorum,ſolent maleficiare. Similia enim,vt præmiſſum eſt,in quacũque hæreſi exercentes,vehemẽter ſunt ſuſpecti: Vt patet præallegat. ca. accuſatus. § illo verò. & per notata ibidem per Archidiaconum. Cùm nõ ſit dubium eos talia facere in fauorem hæreticæ prauitatis.

Tertia ſuſpicio eſt maxima,& in iure vocatur violenta, ea cum contumacia & c. cùm accuſatus. lib 6. de hæreſi. & per notata per Archidiaconũ & Ioan. And. ſuper cap. accuſatus & verbo vehemens: vbi dicunt: dicit vehemens non violenta,ſuprà de præſumpt. c. literas. De hac ſuſpicione loquitur Canon diſtinc. 4. quorundã: & hæc præſumptio ſeu ſuſpicio dicitur violenta, tum quia violenter cogit & arctat iudicem ad credendum, nec tergiuerſatione repellitur qualicunque. Tum quia ex violentibus,conuincentibus atque coërcentibus oritur coniecturis. *De violenta & maxima ſuſpicione hæreſeos.*

Exempli gratia, in ſimplici hæreſi, ſi aliqui reperiantur qui hæreticos adorauerunt,id eſt, reuerentiam ſuo amore exhibuerint, conſolationem vel communionem ab eis acceperunt vel ſimilia quæ ad ritum eorum pertinent, perpetrauerint: Tales namque violenta ſuſpicione de hæreſi & hæreticorum credentia ſunt conuicti per capit. filii, & per capit accuſatus de hæreſi, libr. 6 & per notata per Archidiaconum, ſuper capit. quicunque hæreticos, & verbo credentes. eod. libro 6. cùm non ſit dubium eos talia facere in credentiam hæreticæ prauitatis.

Super hæreſim verò maleficarum à ſimili, qui perpetrant ea, quæ ad ritum maleficarum pertinẽt. Et talia cùm *violenta* *Exempla præſumptionis*

sint varia, videlicet aliquãdo per verba solùm contumeliosa, dicendo: Tu senties in breui, quę tibi euenięt, vel similia in effectu: & per tactũ solùm tãgendo hominẽ, aut bestiã manibus: aut per visum tantùm se manifestando nocturno vel diurno tẽpore cæteris dormięntibus in cubilibus: Et hoc vbi homines aut iumenta nituntur maleficiare. Licet circa grãdines varios alios obseruãt modos, se aliis offerẽdo cæremoniis, circa flumen aliquod se agitando diuersimodè, vt in præcedentibus circa modos maleficia inferendi patuit. Tales vtique violenta suspicione super hæresim maleficarum, vbi reperiuntur, & fama laborat, sunt cõuicti: Præsertim vbi effectus est subsecutus in maleficio, siue statim, siue per successum tẽporis. Quia tunc euidẽs factũ concurrit siue indicium facti, vbi instrumẽta maleficij in aliquo loco reposita reperirentur: Licèt successus temporis non ita aggrauaret ad euidentiam facti, manet tamen suspecta vehementer, & à fortiori amplius circa simplicem hæresim.

Et si quæritur, numquid diabolus absque visu, aut tactu mulierum maleficiare possit homines seu iumenta. Respondetur vtique, si Deus permittit. Sed quia maior Dei permissio vbi creatura Deo dicata, per fidei abnegationẽ, & aliis horrendis scelęribus concurrit, ideo & diabolus amplius talem modum maleficiandi creaturas affectat. Imò & dici potest, quòd diabolus etiamsi absque maleficis posset, adhuc summè, per maleficam talia exercere affectat, variis respectibus, vt in præcedentibus patuit.

*Diabolus liberius agit per creaturas, quàm solùm quò creatorẽ magis offendat.*

Epilogando ad nostrũ propositum super modos & præsumptiones iudicandi, dicendum, quòd super præfatam distinctionẽ, suspecti de hæresi maleficarũ sunt in triplici genere, cùm quidã leuiter, quidam vehementer, & quidam violenter. Leuiter sunt suspecti qui talia modica vel leuia peragunt, q̃ ex eis oritur modica vel leuis suspicio contra eos de tali hæresi, sit licet, vt dictũ est, vbi quis sic inuenitur suspectus, nõ sit hæreticꝰ habẽdus, tamẽ debet sibi indici canonica purgatio, vel iniungi tãquã pro leui abiuratio.

*Etiam propter leuẽ suspicionem maleficij iniungitur purgatio vel abiuratio.*

Et quidẽ quòd purgatio possit ipsi indici, habetur c. excõmunicamus 11. in prin. Extrà de hær. vbi dicitur. Qui autẽ inuenti fuerint sola suspicione notabiles, suspicione probabili, hoc est leui, & quę leuiter apparet, dicit Host. Sequitur, nisi iuxta cõsiderationẽ suspicionis, qualitatẽq; personę pro

prium

priã innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur. Ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tũc velut hæretici condemnentur. Hæc ibi.

Et nota quòd indicta sibi purgatione canonica siue cõsentiat, siue non, siue deficiat, siue non, sit per omnia iudicãdum sicut de diffamato de hæresi, cui est purgatio canonica indicenda.

Sed & hoc, quòd abiuratio possit tali indici tãquam leuiter suspecto de hæresi, patet per c. accusatus, in prin. vbi dicitur: Accusatus de hæresi vel suspectus contra quem de hoc crimine magis & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsam, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam, hæreseos crimen probatum non fuerit contra ipsum. Si autem modica & leuis fuit suspicio, illa quanquã ex hoc sit grauiter puniendus, tamen non debet in hæresim relapsorum pœna puniri. Hæc ibi.

*De vehementer suspectis.*

Quidã autẽ, cũ sint suspecti vehementer, & sunt illi qui talia vehemẽtia & fortia peragunt, quòd ex eis oritur vehemens & magna suspicio: & tales, licet nõ sint hæretici, nec vt hæretici condemnandi, eo quòd expressè habetur extra de præsump. c. literis, §. quo circa. Nullus pro suspicione vehemẽti est de tãto crimine cõdẽnãdus. Nam ibi ita dicitur.

Quocirca mandamus, quatenus cùm propter solam suspicionem, quamuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari, tamen de tali sic vehementer suspecto debet sibi mandari quòd abiuret generaliter omnẽ hæresim & specialiter in quam incidit, tanquam vehementer suspectus per allegatum cap. accusatus, in principio. vt est dictum, & per c. inter sollicitudines, extra de pur. ca. & per c. litera, extrà de præsumptione.

*De relapsis hæreticis & maleficis.*

Quòd si postmodum relãbatur vel in pristinam, vel in aliã, vel in eos quos scit maleficos, aut hæreticos associet, visitet, vel deducat, vel cõsulat munera donando, vel mittat, seu tantorem eis impendat, relapsorũ pœnã non euadet: per allegatũ cap. accusatus. Vbi dicitur sic. Eũ verò, qui in vna hæreseos specie vel secta cõmisit, aut in vno articulo fidei seu sacramento Ecclesiæ erauit, & postmodũ hæresim sim-

pliciter vel generaliter abiurauit. Si ex tunc in aliam speciē hæreseos, siue sectam, ac alio articulo seu sacramento committit, volumus vt relapsum in hæresim iudicari. Ille ergo de cuius relapsu in hæresim ante abiurationem constiterit, vel nunc constat, si post illam abiurationē receptet hæreticos, deducat, visitet, siue associet, ac dona vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impēdat, & infrà. &c. meritò debet iudicari relapsus: cùm illum ex approbato à se prius errore non sit dubium illud fecisse. Hactenus.

*Tres casus quibus abiurãtes plectũtur pœna relapsorũ.*

Ex quibus verbis apparet, quòd in tribus casibus in genere suspectus de hæresi vehemēter, postquam abiurauit, pœna plectitur relapsorum. Primus est, quando relabitur in eādē & pristinam hæresim, de qua suspectus fuerat vehementer. Secundus, quando hæresim simpliciter vel generaliter abiurauit, & relabitur tamen in aliam hæresim: esto quòd de ea antea nunquā suspectus habitus fuerit, nec delatus. Tertius, quando hæreticos receptat, & eos deducit, & fauorem impendit. Et hic casus complectitur multos casus, & habet multos sinus, vt patet in allegato §. cùm verò, in c. accusatus, frequentius repetito.

*An renuens abiurationem statim seculari iudici sit ad pœnam tradendus.*

Sed quæritur, quid agendū, si talis vehementer suspectus ad mandatum sui iudicis non consenserit continuò abiurare, an tradēdus sit seculari arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus, per ca. ad tollendam. §. in præsenti verò. respondetur nequaquā, quia illud & §. eius, expressè loquitur non de suspectis, sed de manifestè deprehensis in hæresi, &c. Et rigorosis cōtra deprehensos manifestè, quam contra suspectos tantummodo est agendum.

Et si quæritur, qualiter ergo sit procedendum contra talē. Respondetur, quòd procedet contra eum per cap excōmunica. 1. & per § qui verò sola suspicione, &c. superius inserto. & excommunicabitur: In qua excommunicatione, si per annum steterit est vt hæreticus condemnandus, per alleg. c.

Quidam autem suspecti sunt violenter, & sunt illi, quia talia violenta præcūt, quòd ex illis oritur violenta suspicio contra eos, talis est hæreticus habēdus, & sicut de deprehēso in hæresi est de eo per omnia iudicandum: per ca. excōmunicamus, 1. extra de hæresi. §. qui verò. & per c. cum cōtumacia. & per c. vt officiū. lib. 6. Nam vel fatētur crimē, vel non si sic, & volūt redire: & hæresim abiurare ad pœnitētiā recipiendi

recipiendi sunt: per ca. ad abolendam, & per c. excõmunic. 2. §. fi. Quòd si non consenserint abiurare, tradendi sunt curiæ seculari, animadversione debita puniendi, per c. ad abolendam. §. 1. allegatum.

*Sãmus hæreticus & maleficus qui cẽsendus.*

Si autem non fatetur crimen, postquam est convictus, nec consentit abiurare, est vt hæreticus impœnitens condemnandus, per c. ad abolendã. Violenta enim suspicio ad condemnandum sufficit & probationem in cõtrarium non admittit. Vt habetur extrà, de præsum. c. literis & ca. afferre. Et cùm hæc discussio locum habeat in simplici hæresi, vbique euidente aut indicio facti. Sicut in textu modo sententiãdi patebit: vbi quis vt hæreticus condemnatur, etiamsi non sit hæreticus in re. Quia ratio legis circa hæresin maleficarũ, vbi semper concurrit aut euidens factum in pueris, hominibus, aut iumẽtis maleficiatis, aut indicium facti, puta per instrumenta reperta.

Et licet in simplici hæresi pœnitentes & abiurantes, ad pœnitentiã & ad perpetuos carceres recipiantur, vt dictum est in hac tamen hæresi, licet Ecclesiasticus Iudex recipiat vt sic ad pœnitentiam, ciuilis tamẽ propter malefacta circa damna tẽporalia, vltimo supplicio punire potest, nec Ecclesiasticus ipsum impediat, qui licet non eum tradat ad puniendum, tamen relinquere potest.

*Super primum modum sententiandi.*

## QVÆSTIO XX.

*Repetitio omnis generũ maleficorum.*

QVia ergo delata persona, vel reperitur immunis: & absoluenda totaliter, vel reperitur solùm diffamata de hæresi generaliter, vel reperitur vltra infamiam quæstionibus & tormẽtis exponenda aliqualiter, vel reperitur suspecta de hæresi leuiter, vel reperitur suspecta de hæresi violẽter, vel reperitur diffamata de hæresi & suspecta insimul & cõmuniter, vel reperitur cõfessa hęresim & pœnitens, & nõ relapsa veraciter, vel reperitur confessa hæresim, & pœnitens, sed relapsa probabiliter, vel reperitur confessa hæresim & impœnitens sed non relapsa realiter, vel reperitur confessa hæresim & impœnitens atque relapsa certitudinaliter, vel reperitur non confessa sed conuicta de hæresi legitimis testibus

testibus, & aliàs iudicialiter, vel reperitur cõuicta de hæresi, sed fugitiua, vel absens contumaciter, vel reperitur maleficia non inferendo, sed tollendo per remedia illicita & incongruenter, vel reperitur vt maleficus sagittarius & armorum incantator interimendo lethaliter, vel reperitur vt malefica obstetrix infames Dæmonibus execrando hostiliter, vel reperitur remedio appellationis se tuendo friuolè & fraudulenter. Et si quidem reperitur immunis totaliter erit per sequentem modum sententiandũ finaliter.

Vbi notandum, quòd persona delata, tunc reperitur immunis totaliter, quando processus, meritis diligenter cum bono consilio peritorum discussis, non cõuincitur, nec confessione propria: nec facti euidentia, nec testium productione legitima: quia videlicet discrepant in principali: nec etiã aliàs illa persona fuit suspecta aut diffamata publicè de antedicto crimine. Quia secus, si de aliquo alio crimine esset diffamata Nec etiã sunt indicia facti contra talẽ personã, circa tale talis practica, seruatur, qui, absoluenda est per Episcopum aut Iudicem per sententiam tenoris sequentis.

*Forma sentẽtie absolutorie & diffinitiue.*

NOs N. miseratione Diuina Episcopus talis ciuitatis, aut Iudex talis, &c. Attendentes, quòd tu talis de tali loco, & talis Diœceseos, fuisti nobis delatus, vel delata, de tali hæretica prauitate, scilicet maleficatũ, attendentes etiã illa esse talia, quòd non valebamus, nec debuimus conniuẽtibus oculis pertransire, descendimus ad inquirendum, si prædicta fulcirentur aliqua veritate, testes recipiendo, te examinando & alia faciendo quę decebant secundùm canonicas sanctiones. Quapropter visis & diligenter examinatis omnibus actis & actitatis in hac causa, habitóque consilio peritorum in iure ac etiam in Theologica facultate illóque sæpius repetito sedentes pro tribunali more iudicis iudicantis ac habentes præ oculis solum Deum, & negotij veritatem, sacrosanctis Euangeliis positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat & oculi nostri videant æquitatem ad nostrã diffinitiuã sentẽtiã procedimus in hũc modũ, Christi nomine inuocato. Quia per ea quę vidimus & audiuimus & producta & oblata, acta & actitata sunt corã nobis in præsenti causa, non inuenimus aliquid contra te legitimè probatum fore de iis de quibus delatus fueras

fueras coram nobis, pronunciamus, declaramus, & sententialiter diffinimus, contra te non esse actum legitimè corã nobis, propter quod possis & debeas vt hæreticus aut maleficus iudicari, nec suspectus haberi aliqualiter de hæretica prauitate. Quare à præsenti instantia, inquisitione, & iudicio, totaliter te relaxamus. Data fuit hæc sententia &c.

Caueatur, vt non ponatur in sententia quacunque, quòd delatus sit insons, vel immunis, sed quòd non fuit probatum legitimè contra eum, quia si postmodum temporis processu iterum deferatur, & legitimè probetur, potest nõ obstante prædicta absolutoria sententia condemnari.

Nota etiam quòd eisdem modis absoluendus est quis, quãdo est delatus de receptione, defensione, seu alia fautoria hæreticæ prauitatis, vbi nihil probatur legitimè contra eum, Secularis Iudex commissione Episcopi modo suo iudicabit.

### *Super secundum modum sententiandi delatam, & tantummodò diffamatam.*

## QVÆSTIO XXI.

SEcundus modus sententiandi est, quando delatus vel delata, processus, meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum, reperitur tantummodò de tali hæresi diffamatus, in aliqua villa, ciuitate, vel prouincia. Et hoc est, quando delatus talis non conuincitur, nec propria confessione, nec facti euidentia, nec testium productione legitima: nec sunt quæcunq; indicia alia probata cõtra eum, nisi præcisè sola infamia: ita quòd in speciali nullũ probatur maleficium perpetratũ, quòd quidem probare potest super vehementem aut violentam suspicionem, quãdo verba comminatoria super læsionem inferendam, protulisset, dicendo in effectu vel in sententia: In breui tu senties quæ tibi euenient: & post effectus aliquis fuisset subsequutus in læsione corporum, aut iumentorum.

*Quomodo sẽtentia concipienda super magnam quæ sola fama laborat.*

Circa istum igitur contra quem nihil probatur, nisi pręcisè infamia, talis practica est seruanda. In tali enim casu, quia sententia non potest pro delato ferri, absoluendo eũdem, sicut in primo modo tactum est: sed cõtra indicendo

ipsi

ipsi canonicam purgationem: Ideò episcopus, seu eius officialis aut Iudex aduertant primò, quòd in causa hæreseos non refert, an aliquis sit tantummodo apud bonos & graues personas diffamatus: imo attenditur hîc, quòd etiam apud quoscúnque viles & simplices sit diffamatus.

Et ratio est, quia à quibus quis potest accusari in crimine hæreseos, apud illos etiã potest quis infamari. Sed quilibet hæreticus potest à quibuscunque personis accusari, cùm tantummodo inimici capitales, vt supra patuit, excipiũtur. Ergo apud illos potest infamari.

*Feret ergo Episcopus seu Iudex super canonicam purgationem sententiam per hunc modum, vel consimilem.*

*Sententia definitiua.*

NOs N. miseratione Diuina, Episcopus talis ciuitatis, aut Iudex talis dominij, cõsiderantes quòd meritis processus facti per nos contra te talem, talis Diœceseos nobis delatum de tali hæretica prauitate, diligenter discussis, &c. Non inuenimus te confessum, nec etiam conuictum de prædicta labe, nec aliàs suspectum ad minus leuiter, nisi quod te reperimus legitimè & veraciter, in tali villa, aut ciuitate, vel Diœcesi, & apud bonos & malos publicè diffamatum. Quapropter ad purgandum huiusmodi infamiã, & vt bonos odor in cœtu fidelium existat, tibi indicimus canonicã purgationẽ, vt est iuris, assignando tibi talẽ diẽ talis mensis & talẽ horã diei, in qua cõpareas personaliter corã nobis, vt purges tuam infamiã tanta manu ordinis tui. Qui quidem compurgatores sint homines fide Catholici ac vita probati, & qui conuersationem tuam ac vitam nouerunt, non tam moderno tempore, quàm transacto: Significãtes, quòd si in purgatione defeceris, te habebimus pro cõuicto prout volunt canonicæ sanctiones.

*Compurgatores purgandi canonicè.*

Hîc autẽ considerandum est, quòd quando aliquis reperitur de aliqua hæresi publicè diffamatus, & contra eum aliquid nõ probatur nisi infamia ipsa, sola indicitur illi Canonica purgatio, hoc est, quòd habeat aliquos viros, septem, decẽ viginti vel triginta, secundũ quod plus vel minus & in locis pluribus vel paucioribus magis vel minus insignibus, fuerit diffamatus, qui sunt suæ conditionis seu ordinis;

*Quid veretur purgatio canonica.*

nis: Vt si diffamatus sit religiosus, & illi sint religiosi, si clericus secularis, & illi clerici seculares, si milites, & illi milites qui purgant eum à crimine, de quo est diffamatus. Qui cõpurgatores dicuntur esse homines fide catholici, & vita probati, qui & illius conuersationem & vitam non tam moderno tempore, quã antiquo nouerunt: Vt habetur extrà. de purg. ca. inter sollicitudines.

*Renuens purgari canonicè purgatione, excommunicatur.*

Si autem se purgare noluerit excommunicetur, quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ex tunc vt hereticus condemnatur, iuxta ca. excommunicamus itaque. §. qui autem.

Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defecit, hoc est quòd purgatores tales & tantos, prout ei iniunctum fuit, qui eum purgent, non inuenerit, pro conuicto habetur, & sic vt hereticus condemnatur. Vt habetur extra de her. excommunicamus. & § adiicimus. & ver. qui non se. & de purg. cap cùm dilectus.

*Quid significet manus ordinis sui se purgare.*

Considerandum autem est hìc, quòd quando dicitur, quòd iudicatur diffamato, quatenus purget se trina vel quarta manu ordinis sui quòd ordo sumitur ibi in genere, & non in specie. Vnde si episcopus purgandus est, non negatur, quin cùm Episcopis purgãdis possint admitti Abbates, & religiosi presbyteri, & in alis pari forma, de purgatione canonica. Quotiens purgabit autem se diffamatus per modum qui sequitur: Vt colligitur extra. de pur. c. quotiens. § porro. & c accepimus. Quod secundum.

*Coniuratores purgantes se.*

A faciente autem termino eidem diffamato ad se purgandum canonicè assignato, comparebit personaliter purgandus, cum suis coniuratoribus coram episcopo inquisitore, in loco vbi nosci tur infamatus: & ille qui diffamatus est ponens manum super librum Euangeliorum ante eum positum dicet sic.

*Iuramentum purgantis se canonicè.*

Ego iuro super ista quatuor Euangelia sancta Dei quòd talẽ hęresim (exprimẽdo eã) de qua sum diffamatus, nunquã tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo nec credo.

Negabit scilicet illud cum iuramento, de quo est diffamatus, quicquid sit illud.

Quo facto omnes Cõpurgatores ponent manum super librum prædictũ Euangeliorũ. Et quilibet dicet ita. Et ego iuro super ista sancta Dei Euangelia, quòd credo ipsũ verũ iurasse,

iurasse. Et tunc canonicè est purgatus.

*Diffamatus in pluribus locis etiã multis locis purgatur.*

Considerandum est etiam, quòd diffamatus de hæresi, ibi est purgandus, vbi noscitur diffamatus: Et si fuerit in multis locis infamatus, imponatur illi, vt in omnibus illis fidem catholicam publicè profiteatur, & detestetur hæresim, de qua noscitur infamatus: de purga. cano. inter solicitudines.

*Semel purgatus, si recidat, habetur pro relapso.*

Nec contemnat qui canonicè de hæresi se purgauit, nam si post purgationem incidit in hæresim iam purgatam, pro lapso habetur, & vt relapsus tradendus est curiæ seculari. Iuxta capit. excommunicamus. 1. §. adijcimus, & versic. vel si est post purgationem, & capit. ad abolendam. §. illos quoque. Secus autem si in aliam hæresim incidit de qua se ante non purgauit. Iuxta capitulum allegatum.

*Super tertium modum sententiandi diffamatam, & quæstionibus exponendam.*

## QVÆSTIO XII.

TErtius modus processum fidei finiendi, & terminandi est, quando delatus de hæresi, processus meritis diligenter consideratis, cum bono consilio peritorum reperitur varius, vel habens indicia contra se ad quæstiones. q̃ scilicet exponatur quæstionibus & tormentis: Vt si quæstionatus nihil concesserit, & propterea pro immuni & innocente habeatur. Et hoc est, quando delatus non est deprehensus, nec propria confessione, nec etiam facti euidentia, nec testium legitima productione, nec sunt indicia ad talem suspicionem, vt habeat hæresim abiurare: Est tamen in suis confessionibus varius: Vel aliàs sunt indicia sufficientia ad quæstiones & tormenta. Circa istum talis practica est seruanda.

In tali autem casu, quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, & non pro eo: Ideò per inquisitorem coniunctim & non diuisim est ferẽda: iuxta c. multorũ. In primis si talis steterit in negatiuis firmiter, & nullatenus, licet inductus per probos viros, fateri voluerit veritatem, feretur sententia, quæ videtur sapere vim diffinitiuæ sententiæ, per modum tenoris sequentis.

Nos

Nos N. miseratione Diuina Episcopus talis ciuitatis, aut iudex in terris ditioni talis domini subiectis, attendentes meritis processus facti per nos contra te talem, talis loci, talis Diœceseos, & diligenter examinatis, quòd tu es varius in tuis confessionibus, & nihilominus sunt indicia multa, quæ sunt sufficientia ad te exponendum quæstionibus & tormentis. Ea propter, vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt deinceps aures Iudicum non offendas interloquendo declaramus, indicamus, & sententiamus die præsenti, & hora tali, te supponendum quæstionibus & tormentis. Lata fuit hæc sententia.

*Sententia super varium reum ad quæstioni subiciendum.*

Si verò quæstionandus repetiatur varius & insimul sint indicia alia ad quæstionem sufficientia, ponetur vtrumque in sententia, vt in prædicta positum est. Si autem hæc duo non concurrant, sed vnum tantùm, vt pote varietates, scilicet ne aliis indiciis vel alia indicia, sine varietate ponetur in sententia, vt inuenitur. Sententia autem lata mox exequatur, vel exequi simuletur. Non sit tamen Iudex multùm volantarius ad quæstionandum aliquem: Nam quæstiones & tormenta non inferuntur, nisi in defectu aliarum probationum. Et ideo perquirat alias probationes: quòd si non inuenerit, & tenet probabiliter, quòd delatus est culpabilis sed metu negat veritatem bonis modis, & quandoque cautelosis interdum adhibitis, eius amicis inducentibus ad veritatem dicendam, faciat suam diligentiam, vt ab ore eius habeat veritatem, & negocium non festinet. Nam meditatio frequens & carceris calamitas, ac replicata informatio proborum virorum deponunt ad veritatem eruendam.

*Executio simulanda.*

*Informatio discretorum virorum disponit ad veritatem dicendam.*

Quòd si delato conuenienter expectato, & tempore congruẽter prorogato, ac delato multipliciter informato, credant fide bona Episcopus & iudex omnib. consideratis, ipsum delatum negare veritatẽ, quæstionem eum moderatè, sine tamen effusione sanguinis, scientes q; quæstiones sunt fallaces & inefficaces. Nã aliqui sunt ita molles corde, & vecordes, quòd ad leuem torturam omnia concederent quæcunq; falsa. Aliqui autẽ sunt ita pertinaces q; quantũcunq; vexarẽtur, ab eis veritas nõ haberetur. Aliqui sunt, qui fuerũt alias quæstionati, & illorum aliqui melius fustinẽt quæstiones, quia breuiori tractatu torquentur & fiectũtur, aliquantula remanent debiliores, & sic minus sustinent

quæstiones, aliqui etiam sunt maleficiati, & in quæstionibus maleficiis vtuntur, qui ante morerentur, quam aliquid faterentur: efficiũtur enim quasi insẽsibiles. Quare in quæstionibus cum maxima prudentia est agendum, & ad conditionem quæstionandi quam plurimum attendendum.

*Continuatio & iteratio tormentorum multum differunt.*

Cùm autem lata fuerit, mox ministri se disponant ad quæstionandum delatum. Et cùm disponunt se, Episcopus aut iudex, & per se, & per alios bonos viros fidei zelatores inducant quæstionandũ ad fatendum liberè, etiã compromittẽdo, ad cõseruationẽ vitę, si opus sit, vt suprà tactũ est.

Quòd si nec sic poterit ad terrorem, vel etiam ad veritatem fatendam induci, poterit secundum diem vel tertium assignare, ad continuandum tormenta, non ad iterandum. Quia iterati non debent, nisi nouis superuenientibus indiciis cõtra eũ, & tunc possunt. Sed cõtinuari nõ prohibetur.

Dicitur ergo sic. Et nos N. & episcopus & N. Iudex (si adsit) præfati assignamus tibi tali, diem talem, ad quæstiones continuandum, vt à tuo ore proprio veritas eruatur, & totum ponatur in processu, & iuxta tempus eidem assignatum, & per se & per alios probos viros, inducent eum ad fatendum veritatem.

*Experientia & varietas negociorum docet iudices.*

Quòd si faterit noluerit, die assignata poterũt quæstiones cõtinuari: Et sic quæstionetur eisdem vel aliis grauioribus tormentis, fortius, vel leuius, secundum maiorem culparum grauitatem. Et poterunt Iudices multas cautelas licitas adhibere, & in verbis & in factis, vt veritas habeatur, quas magis docet experientia atque vsus, & negociorum varietas, quàm ars alicuius, seu aliqua doctrina.

Vbi aũt decenter quæstionatus, & tormentis expositus, noluerit detegere veritatẽ, amplius non vexetur, sed liberè abire dimittatur: Si aũt perstiterit in ipsa confessione, & proderit veritatem, culpam propriam cognoscendo, & ab Ecclesia veniã postulãdo, tanquã deprehensus in hæresi, propria confessione, sed pœnitens: iuxta c. ad abolendã. § presenti: abiuret, & sententialiter vt deprehensus publicè condemnetur, per modum, quo condemnantur in hæresi deprehensi propria confessione: Vt dicetur infrà in octauo modo expediendi huiusmodi deprehensos, videatur ibi.

*Maleficissimus malficus vt puniendus.*

Vbi verò veritatẽ proderit, & non pœnituerit, sed in hęresi pertinaciter perstiterit, & relapsus nõ fuerit, condemnabitur

nabitur, iuxta cap. ad abolendam, §. præsenti. & expectatus competenter informatus decenter tradetur brachio seculari, vltimo supplicio feriendus, vt dicitur infrà in 10. modo. Si autem relapsus fuerit, condemnabitur per modum, quo dicetur infrà in decimo modo processum aliquem terminandi. Videatur ibi.

Hîc autem est diligentius attendendum, quòd ille qui quæstionandus est, ante quæstiones, interdum contra se nihil cõfitetur, nec aliquid probatur propter quod possit nec debeat hæresim abiurare, nec propter hæresim condemnari, & de talibus agitur hic, & dictum est statim. Interdũ autẽ ipse delatus est in hæresi deprehensus, vel alias sunt alia cõtra eum prolata indicia, propter quæ debet abiurare, vt leuiter vel vehementer de hæresi suspectus, propter quæ nõ est quæstionandus. Sed si vltra hoc negat aliqua quæ non probantur, sed sunt indicia sufficientia ad quæstiones, & cùm pro talibus quæstionantur, sed nihil propter quæstiones confiteantur, nihilominus iste non est absoluendus, iuxta primum modum: sed secundùm probata contra eum procedatur, & abiurabit vel vt suspectus, vel vt deprehensus, si vir: prout processus merita exigent & requirent. Si verò propter quæstiones confiteatur illa, vel eorum aliqua, propter quæ quæstionatur, tunc abiurabit hæc, & illa, & pro istis & illis sententia contra eum est ferenda.

*Super quartum modum sententiandi delatum & suspectum leuiter.*

## QVÆSTIO XXIII.

QVartus modus processum fidei sententiandi & terminãdi, est quando delatus de hæresi, processus meritis diligenter discussis, cum bono cõsilio in Iure peritorũ, reperitur tãtum suspectus de hæresi leuiter. Et hoc est, quando delatus de hæresi nõ cõprehẽditur, nec cõfessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima, nec alia sunt indicia fortia, seu vehemẽtia de illa hæresi cõtra eũ: sed tantummodò modica & leuia, & talia esse per consiliũ iudicata, propter quę vt suspe-

ctus leuiter de hæreſi, poteſt & debet, vt talem illam hæreſim, de qua delatus extitit, abiurare, & talis ſi relabatur pœna relapſi nõ debet puniri, licet grauius tunc fuerit puniendus, quàm ſi non ante abiuraſſet, iuxta c. accuſatus in prin. de hær. lib. 6. Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Talis enim ſi haberetur reſpectus publicè, abiurabit publicè in Eccleſia, per modum qui ſequitur in ſententia.

*Modus abiurandi in Eccleſia ob leue ſuſpicionem hæreſeos.*

EGo talis Diœceſis, talis habitator ciuitatis, vel loci talis in iudicio conſtitutus, corã vobis domino Epiſcopo talis ciuitatis, ſacro ſanctis Euãgeliis poſitis coram me, & propriis manibus eis per me tactis iuro me credere corde, & profiteor ore, illam ſanctã fidem Catholicã & Apoſtolicã, quam ſacroſancta Romana Eccleſia credit, confitetur, prædicat & obſeruat. Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quòd Dominus Ieſus Chriſtus cum omnibus ſanctis deteſtetur hæreſim peſſimã maleficarum: Et q̃ omnes illã aſſequentes, ſeu illi adhærẽtes, æternis ignibus cruciabũtur cum diabolo & angelis eius æternaliter, niſi reſipiſcãt, & Eccleſię ſanctę per pœnitentiã reconciliati fuerint. Et conſequenter abiuro, abnego & reuoco illã hæreſim, de qua habetis me ſuſpectũ, vos domini, epiſcopus & officialis: videlicet quòd familiaritatẽ cum maleficis habui, eorũ errorem ignorãter defendi, odio habui inquiſitores, & illorum perſecutores: ſeu etiã quòd eorũ crimina non detexi. Itẽ iuro, quòd nunquã prędictã hæreſim credidi, neq; credo, nec illi adhęſi, nec adhæreo, nec vnquã credam, neque hærebo, nec illã docui, nec docere intẽdo. Quod ſi aliquid prædictorum fecerim in futurum, (q̃ Deus auertat) paratus iuris taliter abiuratis, prompto animo me ſubmitto: paratus ſubire omnem pœnitentiam, quam pro iis quæ feci, & dixi, meritò me habetis ſuſpectum, volueritis mihi iniungere, illã iuro pro viribus adimplere, & nullatenus contrauenire, ſicut me Deus adiuuet, & hæc Euãgelia ſacroſãcta.

*Admonitio epiſcopi maleficæ poſt abiur. facienda.*

Prædicta autẽ abiuratio fiat in vulgari, vt ab omnibus intelligatur. Qua facta, iudex ſi adeſt, aut officialis, poteſt illi dicere publicè in vulgari talia verba, vel ſimilia effectu, Fili vel filia, tu ſuſpicionem quam de te habebamus, vt nõ immeritò abiuraſti, & purgaſti per abiurationẽ prælibatã. de cætero caueas tibi, quòd nõ incidas in hanc hęreſim abiuratam. Nã licet ſi pœnitetes nõ traderis brachio ſeculari,

quia

quia abiuraſti tanquã ſuſpectus leuiter, & non vehementer, tamen tunc multò fortius punieris, quàm ſi non abiuraſſes, & à modo pro modico, haberis ſuſpectus vehemẽter, & vbi vt talis abiurares, & prolaberis, pœna relapſi debita punieris, & abſque miſericordia traderis curiæ ſeculari vltimo ſupplicio feriendus. Si autem abiurat ſecretè in camera Epiſcopi, vel camera Iudicis, quando ſcilicet non eſt factum publicum, modo conſimili abiurabit. Quibus peractis, feretur ſententia in hunc modum.

Nos miſeratione Diuina, Epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex ſi adeſt, in terris talis domini ditioni ſubiectis, attẽdẽtes quòd viſis & diligenter conſideratis proceſſus meritis per nos facti, contra te talem delatum nobis de hæretica prauitate, reperimus te talia & talia cõmiſiſſe. Dicantur illa quæ te reddunt ſuſpectum leniter de hæreſi, & propter quæ te talem meritò habentes, te fecimus vt leuiter ſuſpectum de prædicta labe, eandẽ hæreſim abiurare. Verùm ne prædicta parte commiſſa remaneãt impunita: & vt officiaris cautior in futurum de multorum & magnorum conſilio, in Iure peritorum ac etiã religioſorum, in & ſuper his habito maturo pariter & digeſto, habentes præ oculis ſolum Deum, ac irrefragabilem ſanctæ fidei catholicæ veritatem, ſacroſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatẽ, ſedentésque pro tribunali, more iudicum iudicantium, te talem hîc in noſtra præſentia perſonaliter cõſtitutum, per modum, qui ſequitur, condemnamus, ſententiamus, ſeu potius pœnitentiamus: ſcilicet vede cætero vnquam ſciẽter teneas, aſſocies, verbis defendas, legas ſi habeas talem, & ne deinceps, &c. Ponatur illa quæ cõmiſit, propter quæ ſuſpectus fuit habitus de prædicta hæretica prauitate. Lata fuit hæc ſententia ſeu pœnitentia, &c. caueatq; Notarius, quòd in proceſſu ponat, quòd talis abiuratio eſt facta tanquam per ſuſpectum habitum de hæreſi leuiter & non vehementer, alias periculum magnum eſſe poſſet.

*Super quintum modum sententiandi suspectam vehementer.*

## QVÆSTIO XXV.

QVintus modus processũ fidei finiẽdi & terminãdi, est quãdo delata de hęresi, processus, meritis diligẽter discussis, cũ bono cõsilio in iure peritorũ reperitur suspecta de hęresi vehemẽter. Et hoc est, quãdo delata de hæretica prauitate nõ reperitur legitime deprehẽsa, nec cõfessione propria, nec facti euidẽtia, nec testiũ productione legitima, sed sũt magna & grauia probata indicia cõtra eã, & talia per consiliũ indicata, quæ illam reddũt suspectã vehemẽter de prędicta hæretica prauitate.

Circa istã talis practica est seruanda. Talis námque debet, vt suspecta vehementer de tali hæresi, abiurare illam hæreticam prauitatem: ita quòd si postmodum relabatur, pœna relapsis debita puniatur, hoc est, quòd tradatur brachio seculari, vltimo supplicio ferienda, iuxta c. accusatus. in pri. de hæresi. li. 6. Et adiurabit publicè vel secretè, secũdũ quod suspecta est habita publciè vel secretè, & apud plures, vel paucíores, & graues vel leues, vt dictũ est statim de illo qui est suspect⁹ leuiter de hęresi, & habet vt talẽ hæresim abiurare.

*Modus dispenendi abiurationem publicam.*

Modus autem disponendi ad abiurarionem talis est. Adueniente náque die dominica ad abiurationem faciendam, & ad audiendam sententiam, seu pœnitentiã abiurando imponendã, prædicator sermonem faciet generalẽ. Quo facto legantur publicè per notarium vel clericum, ea de quibus ipse abiurandus est conuictus, & alia ex quibus habitus est suspectus de hæresi vehementer.

Post dicetur illi per Iudicem vel officialẽ: Ecce quòd ex illis recitatis, tu es nobis suspectus de tali hæresi vehementer, quare oportet, quòd tu purges te & abiures hæresim supra dictam. Et tunc ponetur coram abiurando liber Euangeliorum, & ipse ponet manum super illum, & si scit legere competenter, tradetur ipsi sequens abiuratio in scriptis, & leget coram omni populo.

Si autem nesciat legere cõpetenter, notarius legat ea spaciose, & abiurandus respondebit alta & intelligibili voce

per

per hunc modum. Nam notarius, vel clericus dicet sic. Ego talis de tali loco. Et respondebit per eadem verba, & ille qui in iudicio constitutus est, attamen in vulgari semper. Et sic quousque abiuratio sit finita: Et abiurabit per formam tenoris sequentis.

Ego talis de tali loco, talis Diœcesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis, reuerendis dominis, Episcopo talis ciuitatis & iudice in terris ditioni talis domini subiectis sacro sanctis Euangeliis positis corã me, propriis manibus per me tactis, Iuro me credere corde, & profiteor ore illam sanctam fidem Catholicam & Apostolicam, quam sacro sancta Romana Ecclesia docet, profitetur, prædicat & tenet. Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quòd, &c. Explicetur articulus catholicus contrarius illi hæresi, de qua vehementer & suspectus.

Et verbi gratia, si est de hæresi malificarum, dicetur sic: Iuro me credere, quòd non solùm simplices hæretici, aut schismatici æternis ignibus cruciabũtur, verùm super omnes hęresi maleficarum infecti, Dæmoniis fidẽ quam in sacro fonte baptismatis perceperunt, abnegãtes, & spurcitiis diabolicis pro implendis eorum prauis desideriis insistũt, hominibus, iumentis, terræ frugibus, plurima nocumenta inferentes. Et consequenter, abiuro, abnego, & reuoco illam hæresim seu potius infidelitatem, quæ falsè & mendaciter asserit, nõ aliquam maleficam in terris, & quòd nemo credere debeat, illas posse nocumenta inferre auxilio dæmonum: cùm talis infidelitas expresse militer, vt iam cognosco, aduersus determinationem sanctæ matris Ecclesiæ omnium catholicorum Doctorum, Imò & aduersus leges imperiales, quæ huiusmodi comburendas decreuerunt.

*Hæresis est maxima, opera maleficarũ non credere.*

Item iuro, quòd nunquam prædictæ hæresi credidi, supple pertinaciter, neque credã, nec adhęreo de præsenti, nec adhærere intendo, nec docu, nec docui intendo, nec docebo. Item iuro & promitto, quòd talia & talia exprimãtur, propter quæ habetis me suspectum de huiusmodi hæresi vehementer, nunquam faciam, nec operam, vt fiant dabo. Quòd si aliquid de prædictis fecero in futurũ (ꝙ Deus auertat) pœnis de iure relapsis debitis, prõpto animo me submitto, paratus subire omnẽ pœnitẽtiã, quã pro his, quæ feci & dixi propter quæ habetis me suspectũ de dicta hæresi ve-

hementer, decreuerittis mihi iniungere. Et illam iuro, & promitto pro viribus adimplere, & nullatenus contraire, ſic me Deus adiuuet, & hæc Euangelia ſacroſancta.

Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab omnibus capiatur, niſi fieret ſolùmodo coram perſonis Eccleſiaſticis, qui linguam latinam intelligerent competenter. Si autem abiurauerit ſecretè, ſcilicet in Palatio epiſcopi, vel camera epiſcopi: quando ſcilicet factum non eſt publicum, modo conſimili abiurabit. Facta autē prædicta abiuratione, iudex auiſabit eum vt ſuprà quòd non incidat relabendo in pœnam relapſorum. Sit cautus notarius, quòd ponat in actis, quomodo talis abiuratio facta eſt per talem, vt per ſuſpectum de hæreſi vehementer, ad hoc, vt ſi relaberetur, qualiter puniretur quis pœna relapſis debita.

*Abiuratio quomodo ſecretè facienda.*

Quibus peractis fertur ſententia, ſeu pœnitentia in hũc modum. Nos, N. Epiſcopus talis ciuitatis, & frater, ſi adſit N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis, in terris talis Domini ditioni ſubiectis, à ſãcta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus: attendentes, quòd tu talis de tali loco, & talis Diœceſeos, talia & talia commiſiſti, (dicãtur illa.) vt ex proceſſus meritis diligenter diſcuſſis legitimè nobis conſtat, propter quæ meritò habemus te ſuſpectũ vehemẽter de tali hæretica prauitate, & vt taliter ſuſpectum te fecimus abiurare, de magno conſilio in iure peritorũ, iuſtitia ſuadẽte. Verùm vt efficiaris cautior in futurũ, & ne reddaris procliuior ad ſimilia perogẽda, & ne crimina permaneãt impunita, vt ſis cæteris delinquẽtibus in exemplum, de multorum & magnorum in iuris cõſilio peritorũ, ac etiã in facultate Theologica magiſtrorum, ſeu Doctorum: & ſuper his habito maturo & digeſto, habentes præ oculis ſolùm Deum, ac ſanctæ fidei Catholicæ & Apoſtolicæ veritatẽ ſacroſanctis Euangeliis poſitis corã nobis, vt de vultu Dei iudicũ noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatẽ, ſedientesq; pro tribunali, more Iudicum iudicantium, talem hic in noſtra præſentia perſonaliter cõſtitutum, forma qua ſequitur condemnamus, ſeu potius pœnitentiamus: Videlicet ne deinceps talia vel talia facere, vel dicere, aut docere præſumas. Ponantur illa quę cõuincitur commiſiſſe, propter quę fuit ſuſpectus habitus de prædicta hæreſi vehementer, & nõnulla, quę ſi cõmitteret, incideret leuiter in relapſum: ſed

*Alia forma ſententiæ pœnitentiariæ.*

alia

alia ipsi imponãtur, prout negocij varietas expostulat & requirit, vt pote, quòd nunquam scienter habeat talia exercitia, vel ne eos, quos sciuerat abiurasse, receptet & similia. Lata fuit hæc sententia, &c.

*Qui hæretici perpetuò carceri mãcipentur.*

Attẽdendũ autem, quòd suspecti de hæresi, & non deprehẽsi, siue sint suspecti vehementer, siue leuiter, non debent perpetuò incarcerari, nec perpetuò immutari. Quia hęc est pœna illorum, qui fuerũt hæretici, & postea pœnituerunt, vt patet in cap. excõmunicamus. 2. de hær. & in ca. quoniã. de hære. lib. 6. Sed possunt propter illa, quæ commiserunt ex quibus habiti sunt suspecti, ad certum tempus carceri mancipari, & postmodum, vt videbitur, dispensari, iuxta cap. vt commis. de hære. lib. 6.

*Consignandi cruce bus & ex veis.*

Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consignandi, Nam cruces sunt insignia hęretici pœnitentis: Suspecti autem nó fuerunt hæretici habiti, quare non sunt consignandi. Potest tamen eis imponi, quòd stent certis diebus solemnibus in valuis talium Ecclesiarum, vel circa altaria, dum missarum solemnia celebrantur, habentes in manibus cereum ardẽtẽ tanti ponderis: vel quòd vadãt ad talẽ peregrinationem, & similia, prout negotij qualitas expedit & requirit.

*Super sextum modum sententiandi delatum violenter suspectum.*

## QVÆSTIO XXV.

SExtus modus processum fidei, terminãdi, est quãdo delatus de hęretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur de hæresi suspectus vehemẽter. Et hoc est, quando delatus ipse non reperitur legitimè deprehensus confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima, sed sunt indicia non leuia solùm vel vehementia sed fortissima, & violentissima, quãdo ipsum delatum reddunt meritò suspectum de dicta hæresi violenter, & propter quæ talis debet vt suspectus violẽter de dicta hæresi iudicari.

Et vt modus iste clarius intelligatur, demus exempla tam de simplici hæresi in fide, quàm & de hæresi malefi-

rũ. Nam in simplici hæresi casus cõtingeret, quãdo delatus ipse non reperitur legitimè deprehensus, confessione propria, &c. vt suprà. Tamen propter aliquid quod dixit vel egit, vt pote citatus in nõ causa fidei, sustinuit excõmunicationẽ per annũ, vel plus, talis est iã suspectus leuiter de hæresi. Quia hoc non caret scrupulo hæreticæ prauitatis, de pœn. c. grauem. Citatus autem responsurus de fide, vbi non comparet sed tenuit contumaciter cõparere, propter quòd excommunicatur, tunc fit saspectus de hæresi vehementer. Nam tunc leuis suspicio transit in vehementem: & si sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, tunc fit suspectus de hæresi violenter: Nam & tunc vehemẽs suspicio trãsit in violentam, contra quam non admittitur defensio. Imò ex tunc talis est vt hæreticus condemnandus, vt patet per c. cũ cõtumacia, & notatur ibidẽ. lib. 6.

*Sustinens excõmunicationẽ per annũ, habetur hæreticus.*

In hæresi verò maleficarum exẽplificatur super violentam suspicionem, quando dixit & egit aliqua quæ à maleficis practicantur quando volunt aliquẽ maleficiare: & quia hoc commune est, vt verbis comminatoriis, aut factis per visum, vel tactum se habeant manifestare: Et triplici ex causa, vt peccatum à iudicibus aggrauetur, & vt simplices eò facilius seducantur, & vt Deus per amplius offendatur, & maior sæuiendi in homines sibi facultas relinquatur, vnde violenter malefica fit suspecta, quando post verba comminatoria, dicẽdo: Faciam tibi quòd in breui senties, vel similia in sententia, & post verba effectus aliquis in ipso, vel in alio fuit subsecutus. Tunc enim non leuiter fit suspecta, sicut qui propter familiaritatem, habitam cum maleficis, fuerunt suspecti, aut qui prouocare ad amorem inordinatũ aliquem voluissent: Vide suprà de tribus suspicionibus, leui, vehemanti, & violenta.

*Practica contra violenter suspectos seruanda.*

Nũc videdũ est qualis practica sit cũ talibus seruanda. Nã circa violẽter suspectũ in simplici hæresi hæc practica seruatur. Nã licet in re fortassis non sit hæreticus: vt pote quia non habet errorẽ in mẽte, nec de illo pertinaciã in volũtate, vt notat Archid. super alleg. Nihilominus est vt hæreticus condemnandus propter prædictam suspicionem violẽtam, contra quam non est probatio admittenda.

Cõdemnatur autem hæreticus sic, quòd si noluit resilire, & hæresim abiurare, & satisfactionem condignã exhibere, tradi

traditur brachio ſeculari animaduerſione debita pūniēdus, iuxta cap. ad abolendam. §. præſenti. Si autē velit & cōſentiat cum effectu, abiurat hæreſim, & carceri perpetuo mācipatur, iuxta c. excōmunicamus. tit. de hęre. Pari forma ille qui ſic eſt ſuſpectus de hæreſi maleficarum violenter.

Circa ſuſpectū autē violenter ſuper hæreſim maleficarū, licet idem modus eſt obſeruandus, tamen minori modo procedendo: aduertendū, quòd ſi ſtabit in negatiua afferens prout facere ſolent, quòd non ea intentione verba illa protulerint, ſed ex vehementi & muliebri paſſione, vnde & iudici nō videtur ipſam igni poſſe adiudicari, non obſtante violenta ſuſpicione, tunc iudex ea in carceribus detenta, inquirat, & proclamare faciat, ſi in ſimilibus dudum notata fuiſſet. Et ſi ſic vtrum publicè ſit de tali hæreſi diffamata, ex quibus procedere ad vlteriora poteſt, taliter vt ante omnia quæſtionib. & tormētis exponatur. Et ſi indicia apparuerint ſuper talē hæreſim, aut ſuper maleficiū taciturnitatis: puta quia lachrimas non effudit, imò & quaſi inſenſibilis ad tormenta reperitur. quia videlicet citò poſt torméta omnibus viribus reſtituitur, tunc procedat per varias cautelas ſupra poſitas, vbi de ſimilibus agitur.

Et in caſu, quo omnia deficerent, tunc aduertatur, quòd ſi ſimilia dudum perpetraruit, tunc omnino non eſt dimittenda, ſed per annum ad minus ſqualoribus carceris mācipanda & crucianda, ſæpiſſimè etiam examinanda, præcipuè ſacratioribus diebus. Si autem diffamata cum hoc, licet tunc iudex per ea quæ ſupra tacta ſunt, circa ſimplicem hęreſim, ipſam poſſet igni adiudicare, præcipuè propter multiplicationem teſtium, & quia ſæpius in ſimilibus, vel in aliis maleficiis fuit notata: tamen quia cum pierate procedere vult, ideo iudicet ei canonicam purgationem, vt videlicet viginti, aut triginta purgatores habeat, & procedat prout in ſecūdo modo ſententiandi tactū eſt: ita videlicet indicādo illi, quòd ſi in purgatione defecerit, tunc tanquā rea igni adiudicabitur. Et ſecundùm hoc iudex procedere poteſt.

*Diebus feſtis vt plurimum debēt maleficæ examinari.*

In caſu verò, quò ſe purgaret, tunc abiurationem omnis hæreſeos, cùm pœna relapſorum, ac perpetua pœnitentia per modum, qui ſequitur, in ſententia formāda faciat. Et modus diſponēdi ad abiurationē, talis eſt, vt dictū eſt in quarto & quinto modis præcedentibus, proceſſū fidei terminando.

Nota

Nota etiam quòd in sequentibus modis omnibus sententiandi, vbi iudices per viam pietatis procedere vellent, tunc per modum iam tactum procedere possent. Sed quia seculares iudices variis suis vruntur modis, iuxta rigorem, & non semper iuxta æquitatem procedentes, ideo ipsis infallibilis regula & modus assignari non potest, sicut iudici ecclesiastico, qui abiurationem recipere potest sub perpetua pœnitentia, per modum qui sequitur.

*Seculares iudices taxãtur.*

Ego talis, de tali loco, talis Diœceseos, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerabilibus dominis. Episcopo talis ciuitatis, & iudicibus sacrosanctis Euangeliis positis coram me eisque propriis manibus per me corporaliter tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illã sanctam fidem Catholicam & Apostolicam quam sacrosancta Ro. Ecclesia tenet, profitetur, credit, prędicat, atque docet. Et consequenter abiuro omnẽ hæresim, & abnego & reuoco omnẽ extollentẽ se aduersus sanctã Romanã & Apost. ecclesiã: cuiuscunque sectæ fuerit vel erroris. Item iuro & promitto, talia & talia (exprimantur illa) quæ egi, seu dixi, propter quæ, & ex culpa mea, habetis me suspectũ de dicta hæresi violenter deinceps nunquã faciã, vel dicã, vel quòd fiant operã dabo. Itẽ iuro, & promitto, quòd omnẽ pœnitẽtiam quam mihi iniungere volueritis, pro prædictis viribus adimplebo, nec contraueniam in aliquo, sic me Deus adiuuet, & ista sacrosancta Euangelia. Quòd si contra abiurata fecero in futurum, (quod Deus auertat) ex tunc pœnis de iure relapsis debitis nunc pro nunc obligo & astringo, quatenus illis ferior.

*Cautela pro Notario.*

Sit cautus Notarius, quòd scribat in actis, quòd dicta abiuratio sit facta per vnũ de hæresi violẽter suspectũ, vt si probaretur post relapsus vt tunc talis iudicaretur talis, & traderetur brachio seculari. Ergo talis de tali loco: talis Diœceseos in iudicio personaliter cõstitutus corã vobis Venerabilibus Dominis N. Episcopo talis ciuitatis, iudicibus in tertia talis domini, sacrosanctis Euangeliis positis coram me eisque propriis manibus per me corporaliter tactis iuro me credere corde, & profiteor ore illã sanctã fidẽ Catholicã & Apostolicã quam sacrosancta Romana Ecclesia tenet, profitetur, credit prædicat atque docet. Et consequenter abiuro, abnego & reuoco omnem hæresim, extollẽtem

tem se aduersus sanctam Romanã, & Apostolicã Ecclesiam cuiuscunque sectæ fuerit, vel erroris. Item iuro & promitto talia & talia (exprimãtur illa,) quæ egi, seu dixi, propter quę & ex culpa mea habetis me suspectũ de dicta hæresi violẽter, deinceps nunquam faciam, vel docebo, nec quòd fiant, operam dabo. Item iuro & promitto, quòd omnem pœnitentiam quam mihi iniungere volueritis pro prædictis, pro viribus adimplebo: nec contraueniam in aliquo, sic Deus me adiuuet & ista sacrosancta Euangelia. Quòd si contra abiurata, vel iurata fecero in futurum, Diabolo instigante, quod Deus auertat, pœnis de iure relapsis debitis, nunc pro tunc me obligo & astringo, quatenus illis feriot, cùm legitimè constiterit me contra feciſſe.

Sit cautus Notarius, quòd adscribat in actis, quòd dicta abiuratio est facta per talem, tãquã per ohabitum suspectũ de hæresi violenter, vt si probaretur, abiuratus relapsus iudicaretur, & vt talis traderetur brachio seculari.

Quibus sic actis, absoluat eum à sententia excommunicationis, de qua est suspectus habitus violenter quod inciderit, sicut in hæresibus supra dictis: Vnde sicut hæreticus cùm rediit & abiurat, est à sentẽtia Excõmunicationis absoluendus, quia omnis hæreticus est excõmunicatus, iuxta c. excõ. & 2. de hære. & etiã iuxta ea ad abolendam in prin. Sic talis, de quo agitur cùm sit vt hæreticus condẽnandus, vt dictum est, prius postquam abiurauerit, est ab excõmunicationis sententia absoluendus, & absolutione facta, ferietur sententia per modum tenoris sequentis.

*Forma sentẽtiæ absolutoriæ ab excommunicationis.*

Nos N. Episcopus talis ciuitatis, & si adest, iudex in terris talis domini, attendentes quòd tu talis de tali loco, talis Diœceseos fuisti nobis delatus de talibus, & talibus, fidem sanctã tãgẽtibus [exprimãtur illa] & quòd nos processimus ad informandũ, nos super illis vt iustitia suadebat, & meritis processus diligẽter examinatis, & omnibus actis & actitatis in causa præsenti inuenimus te talia & talia commisisse (explicentur illa) Quapropter & nõ immerito de tali hæresi (explicẽtur illa) te suspectũ violenter habentes, fecimus te vt taliter suspectũ, omnẽ hęresim generaliter, publicè abiurare, prout nobis mandãt Canonicæ sanctiones. Sanè cũ secundùm eadem canonica instituta, omnis talis sicut hæreticus condemnandus, & tu saluti consulo in hærendo, &

ad

ad gremiũ ſanctæ matris Eccleſiæ redeundo, abiuraueris, vt præmittitur, omnẽ hæreticã prauitatẽ, propter quod abſoluimus te à ſententia excõmunicationis, qua, vt obnoxius Dei Eccleſiæ aſtrictus meritò tenebaris. Si tamen de corde vero, & fide non ficta reuerſus ad Eccleſiæ vnitatem idcirco inter pœnitentes deinceps cõpureris, ad miſericordiæ ſinum ſacroſancta Eccleſia te recipiens de præſenti. Verũ quia indignũ valdè exiſtit offẽſas diuinas impunitas cõniuentib. oculis pertranſire, & iniurias hominũ caſtigare, cũ grauius ſit Diuinã quã humanã lædere maieſtatẽ, & ne tua crimina incentiuũ exiſtant aliis delinquendi, & vt efficiaris cautior in futurũ, ac minus procliuis reddaris in poſterũ ad prædicta ſeu ſimilia cõmittẽda, vt in futuro ſeculo leuius patiaris: Nos Epiſcopus & iudex præfatus præhabito in & ſuper iis ſano & maturo conſilio peritorum ſedentes pro tribunali, more Iudicũ iudicantiũ habentes præ oculis ſolũ Deũ, & ſanctæ fidei irrefragibilẽ veritatẽ, ſacroſanctis Euangeliis poſitis corã nobis, vt de vultu Dei iudiciũ noſtrũ prodeat, & oculi noſtri videãt æquitatẽ, te talẽ, in noſtra præſentia perſonaliter conſtitutũ, hac die & hora tibi in antea aſſignatis ſententialiter per modum qui ſequitur, condemnamus, ſeu potius pœnitentiamus. In primis quòd ſtatim induaris ſuper veſtes omnes, quas defers, veſte liuida ad modũ ſcapularis monachi, ſine caputio facta ante & retro habente cruces de panno croceo, longitudinis palmarum trium, & latitudinis duorum, quam veſtem deferre habeas ſuper omnes veſtes alias per totum tempus. Exprimatur vnius anni vel duorum, vel plus ad minus prout culpa exegerit delinquentis. Et nihilominus cum dicta veſte & crucibus, ſtet in porta talis Eccleſiæ, tali & tanto in tempore ſcilicet in quatuor feſtis principalibus virginis glorioſæ, vel talibus & talibus ciuitatibus, in valuis talis & talium Eccleſiarum, téque ad talem carcerem, ad perpetuũ vel ad tale tempus, ſententialiter condemnamus.

*Veſtes liuidæ, ad modum ſcapularis, habentes cruces pro pœnitentibus.*

Ponantur illa, quæ videbuntur magis ad honorem fidei expedire, attenta culpæ maioritate ſeu minoritate, ſeu cõtumacia delinquentis. Et ſequitur: Retinentes nobis ex certa ſcientia & expreſsè, vt nobis concedunt canonica inſtituta quatenus dictã pœnitentiã poſſumus mitigare, aggrauare, mutare, tollere, in toto & in parte, toties quoties nobis viſũ fuerit

fuerit faciendum. Lata fuit hæc sententia, &c. Qua lecta, mox executioni debitè demandetur, & induatur veste prædicta cruces huiusmodi continente.

*Super modum sententiandi debitum suspectum, & diffamatum.*

## QVÆSTIO XXVI.



Optimus modus processum fidei finiendi, & terminandi, est quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum in iure, reperitur suspectus de hæresi, & etiam diffamatus. Et hoc est, quando delatus ipse non reperitur legitimè deprehensus, nec propria confessione, nec facti euidentia, nec etiam testium legitima productione, sed reperitur publicè diffamatus: ac etiam reperiuntur indicia contra eum, quæ ipsum reddunt suspectum aliàs de hæretica prauitate leuiter vel vehementer, vt pote quia habuit magnam familiaritatem cum hæreticis qualis fuit ille de quo agitur in c. inter sollicitudines, de purg. canon. Et tali ratione infamiæ est indicenda canonica purgatio, & ratione suspicionis debet hæresim abiurare, iuxta ea allegatum, inter sollicitudines.

Circa istum talis practica est secunda. Talis enim sic publicè de hæresi diffamatus, & vltra infamiã ex aliis indiciis suspectus habitus de hæretica prauitate in primis purgabit se publicè, per modum qui in secundo modo tactus est. Qua purgatione expleta per ipsum diffamatum, mox idem diffamatus vt suspectus aliter & ex aliis indiciis hæreseos, de qua est suspectus habitus prædictum habens librum Euangeliorum, coram positum abiurabit per hunc modum.

*Iuramentum suspecti & diffamati.*

Et ego talis, de tali loco, talis Diœceseos coram vobis venerabilibus dominis meis N. Episcopo talis ciuitatis & iudice in terris talis domini, in iudicio constitutus personaliter, sacrosanctis Euangeliis positis coram me, eisque propriis manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, ac profiteor ore, illam sanctam fidem Apostolicam, quam Romana Ecclesia credit, profitetur, prædicat & obseruat. Et consequenter abiuro detestor, & abnego, & reuoco omnem hæresim extollentem

temse aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam, cuiuscũque sectæ fuerit, seu erroris, & postea, vt suprà tactũ est.

Item iuro & promitto, quòd talia & talia, quæ egi, propter quæ & meritò sum de tali hæresi diffamatus, & vltra vos me habetis suspectum (exprimantur illa) nunquam deinceps faciam, seu dicam, neque operam dabo, quod fiant. Item iuro & promitto, quòd omnem pœnitentiam, quam mihi iniungere decreueritis, pro prædictis viribus adimplebo, nec contraueniam in aliquo: Sic me Deus adiuuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quòd si contra prædicta iurata & abiurata fecero in futurum, (quòd Deus auertat) à pœnis talibus de iure debitis, me nunc pro tunc liberè suppono, obligo & astringo, quatenus illis plectar, cùm probatum legitimè extiterit, me talia commisisse.

Aduertendum tamen hoc, quòd si indicia sunt talia & tam fortia, quòd cum infamia prædicta, vel absque ea, reddant prædictum diffamatũ, & suspectum de hæresi vehementer, tunc abiurabit omnem hęresim generaliter, vt habitum est. Et si relabatur in quancunque hęresim, pœna relapsis debita punietur, vt in c. inter solicitudines, de purgatione canonica. & in ca. accusatus. De hæresi. lib. 6.

Si autem indicia illa sunt ita modica & leuia, quòd cum prædicta infamia non reddant eum suspectum de hæresi vehementer, sed solùm leuiter, tunc sufficiet, quòd abiuret non generaliter, nec simpliciter, sed singulariter hæresim, de qua habitus est suspectus: ita, quòd si prolabitur in aliã speciem hæreseos, pœna relapsis debita non punietur. Sed si in eadem ratione abiurationis, quia scilicet suspectus leuiter abiurauit, pœna relapsis debita non punietur: licet durius, quàm si alias non abiurasset. Vt omnia hæc patent in c. accusatus. in prin. de hære. lib. 6.

Ratione autem purgationis canonicæ, est dubium, an videlicet, si post purgationem canonicam in eandem speciem hęreseos, de qua se purgauit canonicè, prolabatur, pœna relapsis debita, hoc est, vltimo supplicio feriatur. Et videtur quòd sic, per c. excommunicamus. 1. §. adiicimus: verbo, vel si post purgationem, & per canonem, ad abolendam. §. illos quoque. de hære. in antiquis. Sit cautus notarius, quòd scribat in actis, an talis abiurauerit tãquam suspectus de hæresi leuiter vel vehemẽter: quia multùm interest

tereſt, vt aliàs frequẽter dictum eſt. Quibus ſic actis, fertur ſententia ſeu pœnitentia, per formam tenoris ſequentis. Nos N. Epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris ditioni talis domini ſubiectis: Diligentius attendentes, quòd tu talis, de tali loco & talis Diœceſis, fuiſti delatus nobis de tali hæretica prauitate (exprimantur illi) Et nos volentes, vt tenemur, iudicialiter informari, an tu incidiſſes in prædictam hæreſim condemnatam ad inquirendum, teſtes examinandum, teq; citandum & interrogandum, medio iuramento, & ad alia facienda, quæ fienda erant per nos, deſcendimus & proceſſimus vt decebat.

Quibus peractis, viſis, & diligenter inſpectis, pariter & diſcuſſis proceſſus meritis huiuſmodi cauſæ, & omnibus & ſingulis productis, actis, & actitatis, habitoque in & ſuper illis theologorum, atque in iure peritorum pluries, maturo conſilio, ac digeſto, reperimus te de prædicta hæreſi in tali loco, ſeu talibus locis, apud bonos graues publicè diffamatum, propter quod, vt nobis mãdant canonica inſtituta, indiximus tibi purgationem canonicam, de qua coram nobis hîc publicè te purgaſti, & ipſi compurgatores pariter te purgarunt. Inuenimus etiam te talia commiſiſſe exprimãtur illa) propter quæ & non immeritò ſuſpectum te habuimus vehemẽter, vel leuiter (dicatur, ſi eſt illud vel illud) & hoc de prædicta hæretica prauitate, propter quæ fecimus te vt taliter ſuſpectum, hæreſim abiurare: dicatur omnem hæreſim, ſi abiurauit vt ſuſpectus vehementer, vel hæreſim ſupra dictam, ſi vt ſuſpectus leuiter.

Verùm quia non poſſumus & debemus talia, quæ peregiſti, nullatenus tollerare, ſed cogimur ea vitare, iuſtitia ſuadente ad hoc, vt reddaris cautior in futurum, & vt crimina non remaneant impunita, & vt cæteri non reddantur procliuiores ad ſimilia committenda, & vt creatoris iniuriæ non æquanimiter tollerentur.

Quapropter talem prædictum purgatũ & abiuratum, hîc in noſtra præſentia perſonaliter cõſtitutum in hoc loco, & hora tali, tibi in antea aſſignatis: Nos Epiſcopus aut Iudex, præfati, ſedentes pro tribunali, more iudicum iudicantiũ, ſacroſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudiciũ noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, ſententiamus ſeu pœnitentiamus, per modum

qui sequitur, scilicet, quòd tenearis, &c.

Ponantur illa quæ videbuntur magis ad honorem fidei esse, & exterminationem hæreticæ prauitatis: vt pote quòd certis diebus dominicis & festiuis, habeat stare ad portam talis vel talis ecclesiæ, cum cereo tanti ponderis in manu, dum missarum solennia celebrantur, capite discooperto & pedibus nudatis, & offerre ad altare cereum antedictum. Et quòd habeat sextis feriis ieiunare, & quòd certo tempore locum illum non audeat exire, sed certis diebus hebdomadæ se habeat Episcopo vel Iudici præsentare: & similia, quæ iniungenda videbuntur, secundum culparum exigentiam & varietatem, quia non potest dari regula vna generalis. Lata fuit hæc sententia, &c. Qua lata exequatur, poteritque dispensari, vel mitigari, vel commutari secundum quod negotium pœnitentis, correctio, & humilitas hæc requirunt, quia potestatem habet Episcopus, & hoc de iure, vt in c. vt commissi. de hæret. lib. 6.

*Super modum sententiandi hæresim confessum, sed impœnitentem.*

## QVÆSTIO XXVII.

QUartus modus processum fidei terminandi, sententiandi, finiendi, est quando delatus de hæretica prauitate, meritis processus diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur confessus hæresim sed impœnitens & alias non relapsus veraciter. Et hoc est quando delatus ipse confitetur iudicialiter coram Episcopo & Inquisitore medio iuramẽto, fore videlicet, quòd ipse tanto tempore steterit & perseuerauerit in illa, seu alia, de qua delatus est, hæretica prauitate, & illi credidit & adhæsit: sed postmodum ad informationem Episcopi & aliorum vult resilire, & ad gremium Ecclesiæ redire, & illam, & omnem aliam hæresim abiurare, & satisfacere, prout ipsi voluerũt ordinare, & non reperitur, quòd nunquam aliam hæresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare prompto animo est paratus.

Circa istã talis practica est seruanda. Talis enim, esto, q; multis annis steterit in hęresi prędicta, ac aliis quibuscũq; illasq; o

illáſque crediderit, practicauerit, multóſq; induxerit in errores, ſi tandem cum effectu illas hæreſes cõſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam ad arbitrium Epiſcopi & iudicis Eccleſiaſtici exhibere, non eſt tradendus brachio ſeculari vltimo ſupplicio feriẽdus, nec ſi eſt clericus degradãdus ſed eſt ad miſericordiã admittẽdus, iuxta c. ad abolẽdã. §. præſentis. extra, de hære. Et abiurata primitus hæretica prauitate eſt in perpetuum carcerem retrudendus. iuxta c. excommunicamus. 2. §. ſi quis ei abſolutionis beneficio impartito & iniũcto eidẽ quòd talibus iniungi cõſueuit. Iuxta c. vt officiũ, prouiſo tamẽ ſolerter ne ſimulata fictione rediat fraudulẽter, ſeculare etiã brachiũ impedire nõ poſſũt.

Modus autem abiurandi eſt, vt ſupra tactum eſt, tantummodò additur vt coram populo feſtiuo die in Eccleſia crimina ſua ore proprio confiteatur. Ita videlicet, vt dum ab Officiali interrogatur, tu tot annis perſeueraſti in tali hęreſi maleficarum & ille reſpondebit, ita: & poſt, tu hæc, & hæc feciſti, vt confeſſus es, & ille reſpondebit, ita: & ſic cõſequenter, & tunc poſt omnia abiurabit flexis genibus. Et quia iſte, qui eſt ſic deprehenſus in hęretica prauitate excõmunicatus, iuxta c. excommunicamus. 1. & 2. de hær. & per abiurationem rediit ad gremium Eccleſiæ, ideo eſt ei abſolutionis beneficium impendẽdum. Iuxta c. vt officium, in prin. de hær, lib. 6. Quare poſt prædictam abiurationem eſt abſoluendus, vt modum habent Epiſcopi abſoluendi à maiori excommunicatione, qua vtuntur Apoſtolica auctoritate, & ſtatim feratur ſententia per hunc modum.

Nos talis Epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini ditioni ſubiectis: Attendentes quòd tu talis de tali loco, talis Diœceſis fuiſti nobis, fama publica referente, ad fidem dignorũ inſinuatione delatus de hæretica prauitate. Et quia illa infectus fueras multis annis, in magnũ tuæ animæ detrimentum, quæ delatio noſtra præcordia actius vulnerauit, nos, quibus incũbit ex officio nobis tradito, ſanctam fidem Catholicam, in cordibus hominum cõplantare, ac prauitatẽ hęreticam ab eorũ mẽtibus eneruare, volẽtes, vt tenemur in & ſuper certius informari, & videre, ſi clamor, qui ad aures noſtras peruenerat, veritate aliqua fulciretur. Vt ſi ſic veritas ſe haberet prouideremus de ſalubri remedio oportuno, deſcẽdimus ad inquirẽdũ, teſtes exami-

nandum,téque vocandũ,ac vt congruentius potuimus, in & ſuper contra te denunciatis te interrogandum medio iuramento,& ad peragendum omnia & ſingula:quæ per nos erant fienda, iuſtitia exigente, ac vt nobis mandant canonicæ ſanctiones.

Sanè cùm vellemus cauſæ tuæ huiuſmodi congruum finẽ dare,& videre clarè quòd cõpertũ fuerat,an ſcilicet ambulares in tenebris,vel in luce,& an eſſes infectus hæreſeos labe,nec ne:proceſſus meritis actitatis,ſolẽne tam in Sacra Theologica facultate,quàm in Iure canonico & ciuili peritorum, corã nobis cõſiliũ ordinauimus cõgregari,ſciẽtes quòd ſecundũ canonica inſtituta,integrũ eſt iudiciũ, quod plurimorũ sẽtẽtiis cõfirmatur. Et habito in & ſuper omnibus & ſingulis actis & actitatis in cauſa præſenti ſano maturo ac digeſto cõſilio peritorũ prędictorũ,viſiſque ac diligẽter inſpectis proceſſus meritis,omnibúſque & ſingulis in eo cõtẽtis,libratis,inuenimus te propria cõfeſſione in iudicio recepto per nos medio iuramẽto multiplici prauitate maleficarum deprehenſum: exprimantur articuli.

Vtrùm cùm miſericos & miſerator Dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hæreſes,& errores:non ſolùm vt viri Catholici literati in ſacris eloquiis, exerceantur; verùm etiã vt fide lapſi humiliores deinceps fiant & in pœnitentiæ operibus excitentur,eiuſdem proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, reperimus quòd tu ad informationem noſtram frequentem,noſtróque & aliorum probrorum adhærendo conſilio ſaniori,ad gremiũ Sanctæ matris Eccleſiæ,& ad eiuſdem vnitatem ſalubriter euolaſti, prædictos errrores & hæreſes deteſtando,ac fidei ſanctæ Catholicę agnoſcens irrefragabilem veritatem, tuis iuternis viſceribus infligendo,propter quod illius veſtigiis inhærentes,qui neminem vult perire,te admiſimus ad adiuratoriã & abiuratoriam publicam cautionem:faciendo te in præſentiarum præfatas hęreſes,& aliam omnem hæreſim publicè abiurare. Quia cõpleta abſoluimus te à sẽtẽtia excõmunicationis maioris,qua ex lapſu in hæreſim extitiſti innodatus, & te reconciliando ſanctæ matri Eccleſiæ, reſtituimus Eccleſiaſticis ſacramentis:dum tamen de corde vero,& fide non ficta,redieris ad Eccleſiæ vnitatem, prout te feciſſe credimus & ſperamus.

Sanè

Sanè, cùm indignum valdè existat, dominorum temporalium iniurias vlcisci, Deique cœlorum creatoris omnium iniurias æquanimiter tolerare, cùm multò grauius sit æternam quàm temporalẽ lædere maiestatem, & vt ipse peccatorum miserator tui misereatur, sisque cęteris in exemplũ, & vt crimina non remaneant impunita, & vt efficiaris cautior in futurũ, & non reddaris procliuior, sed difficilior ad prædicta, & quæcũque alia illicita cõmittẽda. Nos Episcopus & Iudex, seu iudices, in causa fidei, antefati, sedẽtes pro tribunali, more, vt suprà, quòd induatur veste liuida &c. Itẽ te sententialiter condẽnamus ad perpetuũ carcerẽ, & ibi semper pane doloris, & aqua angustię crucieris. Retinentes nobis ex certa sciẽtia & expresse, quatenus possumus liberè dictã sententiã mitigare, aggrauare, cõmutare, tollere totaliter, vel in parte, si & quãdo & prout nobis & toties quoties videbitur faciendum. Lata fuit hæc sententia, &c.

Qua lecta, Iudex assumat per puncta, & dicat sententiando hæc vel similia in effectu: Fili, sententia vel pœnitentia tua stat in hoc, quòd scilicet portes tempore vitæ tuæ cruces, quòd stes in scala cum eis, in porta taliũ Ecclesiarũ, & quòd sis in carcere perpetuo ad panem, & aquam. Sed fili, ne sit tibi graue, quia certifico te, quòd si patienter toleres, misericordiam apud nos inuenies: non dubites, neque desperes, sed firmiter speres. Quibus dictis sententia executioni debitè demandetur, & statim vestis prædicta ipsi induatur, & in gradu scalæ in alto ponatu, vt ab egredientibus eminenter videatur, circundantibus reum ministris curiæ secularis. Hora autem prandij ducatur à ministris ad carcerem, & post fiant alia, prout ponuntur in sententia. Dum autem ipse inducitur, & adportam Ecclesiæ deducitur, Iudex Ecclesiasticus non se amplius intromittat, si curia secularis contentatur benè quidem, si non agat ad libitum.

*Super modum sententiandi hæresim confessam, seu relapsam, licet pœnitentem.*

## QVÆSTIO XXVIII.

NOnus modus processũ fidei terminandi, & sentẽciandi, est quãdo delatus pro hæretica prauitate, processus meritis diligẽter discussis, cũ bono cõsilio reperitur cõfessus hæresim & pœnitẽs, sed relapsus realiter. Et hoc est, quando delatus ipse cõfitetur iudicialiter corã Episcopo, aut iudicibus, aliàs se omnẽ hæresim abiurasse, & ita legitimè reperitur: & quòd pòst cecidit de tali hæresi, seu errore: Vel quòd specialiter hæresim abiurauit, scilicet maleficarũ, & post rediit in eãdẽ, sed post adhærens consilio saniori pœnitet, credit Catholicæ, & reuertitur ad Ecclesiæ vnitatẽ. Tali enim nõ sunt si humiliter petat, deneganda pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta, sed quantumcunque pœniteat, nihilominus vt relapsus, est tradẽdus brachio seculari, vltimo supplicio feriẽdus. Hoc autem intelligitur sic, vbi etiam reperitur, quòd abiurauerit tanquam deprehensus in hæresi, seu tanquam suspectus de hæresi vehementer, non autem leuiter tantùm.

Circa istum autem talis practica est seruanda. Nam cõclusio in consilio peritorum maturo pariter & digesto, & si oportuerit replicato, quòd prædictus delatus de iure est relapsus, Episcopus aut Iudex mittent ad dictum relapsũ delatum, in carcere inclusum duos vel tres probos viros, & præsertim religiosos, seu clericos, fidei zelatores, eidẽ relapso nõ suspectos, nec ingrato, sed familiares & gratos: & illi intrabunt ad eum captata hora competenter, & loquẽtur isti de contemptu mundi, & miseriis vitæ præsentis, & gaudiis ac gloria paradisi. Et demum his præmissis iudicabũt illi ex parte Episcopi seu iudicis quòd nõ possit euadere morẽ tẽporalem & ideo curet de salute animæ suæ, ac disponat de peccatorũ suorũ cõfessione, & sacramenti Eucharistiæ perceptione. Et isti frequentabunt eum, inducentes illum ad pœnitentiam, ac etiam ad patientiã, confirmantes eum pro viribus in Catholica veritate: taliter vt ipsum diligenter faciant confiteri, ac confessi eioẽ petenti humiliter Eucharistiæ sacramẽtũ. Nã huiusmodi sacramenta non sunt talibus

*Loqui de contemptu mũdi.*

deneganda.

deneganda, iuxta c. ſuper eo. de hære. lib. 6.

Quibus ſacramentis receptis, eò quòd benè diſpoſito ad ſalutem iudicio prædictorũ, poſt duos vel tres dies: in quibus per prędictos in fide Catholica confirmetur, & ad pœnitentiã inducatur, Epiſcopus ſeu Iudex loco eius mandabunt Baliuo loci, ſeu poteſtati curiæ ſecularis, quatenus tali die & hora ſcilicet nõ feſtiua, ſit cũ ſua familia, in tali platea ſeu loco, extra Eccleſiam tamẽ ad recipiendum de foro ſuo quẽdam relapſũ, quẽ, ipſe Epiſcopus & Iudex tradẽt ei.

Et nihilominus quòd die præfixa de mane ſeu præcedente faciat publicè præconizari per ciuitatem ſeu locũ, in locis illis ſeu vicis, in quibus præconizationes aliæ communiter ſolent fieri: Quòd tali die & hora, in tali loco, prædicator pro fide ſermonem faciat, & Epiſcopus & alij iudices condemnabunt quendam relapſum in hæreticam prauitatem, tradendo eum brachio ſeculari.

Conſiderandum autẽ hîc eſt, quòd iſte, qui ſic relapſus eſt, ſi fuerit in ſacris ordinibus conſtitutus, vel alias ſacerdos vel cuiuſcunque ordinis ſeu religionis obumbratione fuſcatus, prius antequam tradatur, eſt totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudandus. Et ſic omni officio Eccleſiaſtico exſpoliatus, relinquatur arbitrio ſecularis poteſtatis, animaduerſione debita puniendus: vt in c. ad abolendam. §. præſenti. de hære.

Quando igitur talis eſt à ſuis ordinibus degradandus, & ſeculari Curiæ derelinquendus, Epiſcopus conuocet prælatos, & viros religioſos ſuæ Diœceſis: Quia licet non olim, nunc tamen ſolus Epiſcopus cum prælatis, & aliis viris religioſis & peritis ſuæ Diœceſeos, poteſt in ſacris ordinibus conſtitutum degradare, cùm eſt relinquendus brachio ſeculari, vel perpetuò immurandus pro hæretica prauitate, iuxta cap. quoniam de hær. lib. art. 6.

Adueniente autem die præfixa degradando relapſo, ac tradẽdo ſi fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus in brachio ſeculari aut relinquẽdo, ſi fuerit laicus, ad audiendã diffinitiuam ſententiam, in aliqua platea ſeu loco extra Eccleſiã, populo congregato: & facto ſermone per inquiſitorem ac ipſo relapſo inibi in alto loco conſtituto, & præſenti curia ſeculari, ſi degradandus ipſe relapſus fuerit, Epiſcopus in Pontificalibus indutus, & prælatis ſuę Diœceſos eidẽ aſſiſtẽ-

tibus, ipsum degradatum coram eo existẽtem, & indutum ac dispositum, ac si deberet in suo ordine ministrare, à suo ordine degradabit, à superiori ordine incipiẽndo, & sic gradatim vsque ad infimum: Et sic conferendo ordinẽ, verbis vtitur Episcopus ad hoc per Ecclesiam ordinatis, in degradando in qualibet depositione & casulæ & stolæ: & sic de aliis poterit vti aliquibus verbis contrariis primis.

Qua quidem degradatione facta, fiendo super modum, secundum quem de iure seu consuetudine est fienda, officialis mandabit notario, seu religioso, vel clerico, quatenus legat sententiam, quæ sententia, siue relapsus laicus, siue clericus degradatus, feretur per modum tenoris sequentis.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Iudex in terris talis domini ditioni subiectis, attendentes legitimè informati, quòd tu talis, de tali loco, talis Diœcesis fuisti grauiter coram nobis, si ita fuerit, seu contra, talibus Episcopo & iudicibus, delatus de tali hæretica prauitate, seu talibus (explicentur.) In quibus hæresibus, vt legitimè fuit compertum, fuisti à confessione propria deprehensus, ac testibus conuictus, & quod tu in illis perstiteras tanto tempore, animo indurato, (dicatur prout fuit,) sed post adhærens consilio saniori, illas hæreses in tali loco publicè abiurasti in forma Ecclesiæ consueta, abnegasti & reuocasti, propter quæ prædicti Episcopus & Inquisitor, credentes te veraciter conuersum ad gremium Ecclesiæ sanctæ Dei, te ab excõmunicationis sentẽtia, qua astrictus tenebaris, absoluentes: si tamen de corde vero & fide non ficta reuersus esses ad sanctæ Ecclesiæ vnitatem: iniunxerunt tibi pœnitentiam salutarem. Verùm post omnia supra dicta, & tot annorum curriculis iam elapsis, tunc nouiter iterum delatus nobis extitisti, & iterũ incideras in tales hæreses abiuratas (explicẽtur) nosq; licet diuersimodè de te talia audissemus, tamẽ iustitia nos cogente, descendimus ad inquirendum testes examinandũ, teque vocandũ & interrogandum medio iuramẽto: nec non ad omnia & singula facienda, quę per nos fiẽda erant, secundũ canonica instituta.

Sanè cùm vellemus præsentem causam sine debito terminare, solẽne conciliũ tam in Theologica facultate, quã in iure canonico ac ciuili peritorũ, iussimus congregari, & habito prædictorum consilio maturo, pariter & digesto, in

&

& ſuper omnibus & ſingulis, actitatis, ac viſis, & diligenter diſcuſſis proceſſus meritis, & omnibus æqua lance libratis, prout fieri exigebat, reperimus legitimè tam per teſtes quàm per propriam tuam confeſſionem iudicialiter receptã, quòd tu incidiſti in hæreſes abiuratas. Nam reperimus quòd talia & talia dixiſti vel feciſti, (explicentur omnia,) propter quæ & meritò de prædictorum conſilio te habuimus & habemus pro relapſo, iuxta canonica inſtituta, quòd dolenter referimus, & referendo dolemus.

Sed quia ad informationem noſtram, & probos virorum Catholicorum, Diuina gratia inſpirante, iterum es reuerſus ad gremium Eccleſiæ, & ad eiuſdem fidei veritatem, prędictos errores & hæreſes deteſtãdo, & credẽdo Catholicè, fidemq; Catholicã proteſtando, admiſimus te ad recipiendum pœnitentiæ & Euchariſtiæ petita per te humiliter Eccleſiaſtica ſacramenta. Verùm, cùm Eccleſia Dei in te & circa, vltra nõ habeat quod faciat, cùm ita miſericorditer ſe habuerit erga te, vt prædiximus, & tu illa abuſus fueris in abiuratas hæreſes incidẽdo. Qua propter nos Epiſcopus, & iudices ante fati, ſedentes pro tribunali, more iudicum iudicantium, ſacroſanctis Euangeliis poſitis corã nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatẽ habentes præ oculis ſolum Deum, & ſanctæ fidei irrefragabilem veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis: te talem, hoc loco, die & hora, tibi ad audiendam diffinitiuam ſentẽtiam in antea aſſignatis, ſententialiter iudicamus, te eſſe veraciter relapſum in hæreticam prauitatem, licet pœnitentem: Et vt veraciter lapſum in eandem de foro noſtro eccleſiaſtico te proiicimus, & relinquimus brachio ſeculari traditum. Rogamus tamen etiam efficaciter dictam curiam ſecularem, quatenus circa te citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſuam ſententiam moderetur. Et ſic Epiſcopus & ſui aſſeſſores recedentes, curia ſecularis ſuum officium exequetur.

Aduertendum eſt, quamuis Epiſcopus & Inquiſitor debeant eſſe ſummoperè diligẽtes, & per ſe, & per alios facere, vt relapſus pœniteat, & ad fidem Catholicam conuertatur, tamen poſtquam pœnituerit, & concluſum fuerit in concilio, quòd licet pœniteat, nihilominus veraciter eſt relapſus, & vt talis tradendus eſt brachio ſeculari ipſi per-

sonaliter, quòd tali sententia debet plecti & eidē non indicent: Quia facies Iudicis terret condemnandum: Et ipsius verba magis inducunt plectendum ad impœnitentiam, quam ad patientiam. Et ideo nec ex tunc, neque ante sententiam, nec post, cum sibi faciant præsentari, vt non moueatur animo contra eos, quòd in casu tali mortis diligentius est cauendum: Sed, vt est dictum, mittant ad eum aliquos viros probos, præsertim religiosos, seu clericos ei non ingratos, qui futuram sententiam atque mortem infligendam indicant, eum ad fidem confirment, ad patientiam exhortentur, & post sententiam eum associent consolentur, cum eo exorent, & ab eo non discedant, donec spiritum reddiderit creatori. Sint igitur cauti, ne quid agant seu dicant, propter quod relapsus morte præueniatur, & ipsi efficiantur irregulares. Et vnde debebant meritum deportare, deferant secum pœnam pariter atque culpam.

*Facies iudicis terret reum.*

Considerandum est etiam quòd tales sententiæ tradendi aliquem curiæ seculari, non consueuerunt fieri: die festiua, vel solenni, nec etiam in Ecclesia, sed extra in aliqua platea: Quia sententia est quæ ducit ad mortem, & honestius est, quòd feratur in die feriali & extra Ecclesiam, cùm dies festiua & Ecclesia Domino sint dedicata.

*Sententiæ condemnatoriæ, nullo die festo, nec in templis sunt ferendæ.*

*Super modum sententiandi hæresim confessum, sed impœnitentem, non tamen relapsam.*

## QVÆSTIO XXIX.

DEcimus modus processum fidei terminandi, & sententiandi est, quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum in iure, reperitur confessus hæresim, & impœnitens, non tamen relapsus. Sed quia rarissime inuenitur talis casus, licèt interdum nobis Inquisitoribus contigerit, tamen Episcopus & Iudices cum tali non debent festinare, sed benè custoditum & conreditum, ad conuersionem inducere, etiam per plures menses proponendo, quòd in corpore & anima, si impœnitens, damnabitur.

Qui

Qui si tandem ne prosperis, nec aduersis, nec minis, nec blandiciis poterit emolliri, vt resiliat ab erroribus suis, & fuerit prædicto congruo tempore, expectatus Episcopus, & iudices disponent se ad tradendum eum seu relinquendum brachio seculari, & mandabunt per schedulam nuncio, seu baliuo, seu potestati curiæ secularis, quatenus tali die non festiua, & tali hora, sit in tali loco, extra Ecclesiam tamen, cum sua familia, & ipsi tradent sibi quendam hæreticum impœnitentem. Et nihilominus, quòd ex parte eorũ faciat publicè præconizari in illis vicis, seu locis, in quibus aliæ præconizationes sunt fieri cõsuetæ, quòd die & hora, ac loco prædictis Prædicator faciet sermonẽ pro fide, ac tradet Hæreticũ quendã brachio seculari: & ideo quòd omnes veniant & intersint, & habebunt indulgentiam consuetam.

Quibus expletis, tradetur curiæ seculari, per modũ tenoris sequẽtis, sapiẽ tamẽ admonẽdo p̃ prius, vt resiliat ab hęresi & pœniteat: quòd si omnino noluerit, feratur sẽtentia.

Nos N. miseratione diuina, Episcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini attẽdentes quòd tu talis, de tali loco, talis Diœcesis, fuisti nobis delatus fama publica deferẽte, ac fida dignorũ insinuatione, de hęretica prauitate, (explicẽtur hæreses) & quòd in illis hæresib. & factis persteteras multis annis, in tua animæ detrimẽtũ, nósque quibus ex officio incumbebat prauitatem hęreticam extirpare volentes, vt tenebamur in. & super iis certius informari, videre an ambulares in tenebris vel in luce, diligenter inquisiuimus de prædictis, téq; citantes, & efficaciter interrogantes, reperimus te prædicta infectum hæretica prauitate.

Nanè cum præcunctis nostriæ mentis desiderabilibus insidat cordi nostro, fidem sanctam Catholicam in populorũ præcordiis cõplantare, & eradicata hæretica prauitate, modos diuersos, varios, & congruos, tam per nos quàm per alios adhibuimus quatenus resilires ab hæresibus, & erroribus ante dictis in quibus steteras atque stabas, prout & nũc stas cõtumaciter ac pertinaciter animo indurato. Verùm cũ humani generis ipimico, tuis præcordiis assistente, téque in dictis erroribus voluente & inuolvẽte, nolueris, neque velis à sæpè dictis hæresibus resilire, plus eligens mortem animę incurrere gehennalem, & corporis temporalem, quàm antefatas hæreses abiurare, ac ad gremiũ Ecclesiæ aduolare,

& animam

& animam lucrifacere in reprobum sensum datus.

Quapropter, cum sis ab Ecclesia sancta Dei excommunicationis vinculo innodatus, & meritò à numero & grege dominico separatus, ac participatione bonorũ Ecclesię priuatus, Ecclesia circa te nõ habeat vltra quòd faciat, cũ ad te cõuertẽdũ fecerit iuxta posse. Nos Episcopus & iudices in causa fidei sæpè fati, sedentes pro tribunali more iudicũ iudicãtiũ, sacrosanctis Euãgeliis positis corã nobis, vt de vultu Dei iudiciũ nostrũ prodeat, & oculi nostri videant æquitatẽ habentésq. per oculis solum Deum, & sanctæ fidei veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis, hac die, hora & loco tibi in antea assignatis ad audiendam sententiam diffinitiuam, condẽnamus, ac sententialiter iudicamus, te esse veraciter hæreticum impœnitentem, & vt veraciter talem tradendum & relinquendũ brachio seculari. Et sic vt hæreticum impœnitentẽ per hanc nostram sententiam de foro nostro Ecclesiastico te proiicimus, & tradimus seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curiæ secularis: dictã curiam secularem efficaciter deprecantes, quatenus circa te citra sanguis effusionem, & mortis periculum suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia.

*Super hæresim confessum & relapsum & impœnitentem.*

## QVÆSTIO XXX.

VNdecimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum reperitur confessus hæresim, ac impœnitens, & relapsus. Et hoc est quando delatus ore proprio confitetur, iudicialiter talia & talia se credere, & practicasse: circa istum est practicandum, vt suprà. Et ferãtur sententia coram Episcopo & iudicibus, quæ tamen sunt hæreticalia manifestè per formam tenoris sequentis.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, aut iudex in terris talis domini, attendentes quòd tu talis, de tali loco, talis Diœcesis, fuisti nobis seu talibus prędecessoribus

ribus noſtris delatus de hæretica prauitate(explicentur.) In quibus vt legitimè eſt compertum, fuiſti confeſſione propria iudicialiter ac fide dignis teſtibus deprehenſus,& quòd in illis perſtiteras tanto tempore, animo indurato (dicatur prout fuit)ſed quòd poſt ſano conſilio inhærendo illas hæreſes publicè abiuraſti,in tali loco, in forma Eccleſiæ conſueta,propter quę prædicti Epiſcopus & Iudex,credentes te veraciter reſiliiſſe ab erroribus antè latis, & ad gremiũ Eccleſiæ credẽdo Catholicæ aduolaſſe,tibi abſolutionis beneficium impertirent abſoluentes te ab excommunicationis ſententia,qua aſtrictus in antea tenebaris:ſi tamẽ de corde vero,& fide non ficta conuerſus extiteris ad ſanctæ Eccleſię vnitatem,tibi ſalutarem pœnitentiam iniũgentes,ad miſericordiam receperunt. Quia Eccleſia ſancta Dei non claudit gremium reuertenti.

Verum pòſt omnia antedicta fuiſti nobis delatus,quod diſplicenter accepimus,quòd iterum incideris in damnatas hæreſes per te publicè in antea abiuratas, ſeu talia & talia commiſiſti contra abiurationem prælibatam,in tuæ animę detrimentum [explicentur] nósq; quanquam diſplicentia ſauciati, quòd de te talia audiſſemus, nihilominus iuſtitia nos cogente deſcendimus ad inquirendũ,teſtes examinãdũ, téq;vocandum & interrogandũ,vt decebat, medio iuramẽto,& ad faciendum omnia & ſingula,quæ per nos fienda erant,ſecundùm canonica inſtituta. Sanè cùm vellemus præſentẽ cauſam ſine debito terminare, ſolemne iam peritorũ in Theologica facultate, quàm in Iure canonico & ciuili, concilium fecimus congregari.

Et habito cùm prædictis in & ſuper omnibus & ſingulis in præſenti cauſa productis,deductis,actis & actitatis conſilio maturo,pariter ac digeſto, ac etiã replicato, viſisq; ac diligenter diſcuſſis proceſſus meritis huius cauſæ,ac omnibus,prout ius & iuſtitia ſuadebant, cõperimus legitimè tã per teſtes dignos fide, quã per tuã confeſſionem propriam pluries per nos receptã,te incidiſſe ac rediiſſe in hęreſes abiuratas. Nam reperimus,quòd talia & talia dixiſti, vel egiſti, (explicẽtur omnia)propter quæ & meritò de prædictorum conſilio te habemus tuis exigentibus exceſſibus pro relapſo,ſecundum ſanctiones. Quod dolenter referimus & referendo dolemus:nouit ille,qui nihil ignorat, cordiũ

intimą

intima perscrutans. Et cum totis nostris præcordiis cuperemus, prout adhuc cupimus, te reducere ad sanctæ Ecclesiæ vnitatem, ac eneruare à tuis visceribus præfatam hæreticam prauitatem, vt sic saluares animam tuam, ac mortem euaderes corporis & animæ gehennalem, conatus nostros exercuimus ad te salubriter conuertendum, modos congruos varios adhibentes, sed tu in reprobum sensum datus maligno spiritu ductus pariter & seductus prælegisti torqueri diris ac perpetuis cruciatibus in infernum, & hîc temporalibus ignibus corporaliter consummi, quàm adhærendo consilio saniori, ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resilire & ad gremium & misericordiam sanctæ matris Ecclesiæ aduolare.

Quapropter cũ Ecclesia Dei vltra nõ habeat erga te quid faciat, cũ ad te conuertendũ totũ exercuit posse suum: Nos Episcopus ac Iudices in hac causa fidei memorati, sedẽtes pro tribunali, more iudicũ iudicantiũ, sacrosanctis Euangeliis positis corã nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, habentésq; præ oculis solum Deum, & honorem sanctæ fidei orthodoxæ, hac die, hora & loco ad audiendum sententiam diffinitiuam tibi in antea assignatis te talem in nostra præsentia constitutum sententialiter condemnamus & condẽnando iudicamus, esse veraciter impœnitentẽ hæreticum & relapsum: & vt talem realiter tradendũ seu relinquendum brachio seculari, & sic vt verum hæreticum impœnitentẽ pariter & relapsum per hanc nostram sententiam diffinitiuam de foro nostro Ecclesiastico te proiicimus & tradimus seu relinquimus, brachio seculari ac potestati curiæ secularis: Deprecantes efficaciter secularem curiam ante latam, quatenus circa sanguinis effusionem & mortis periculum, erga te suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia.

*Super conuictum & deprehensum, omnia tamen negantem.*

## QVÆSTIO XXXI.

DVodecimus modus processũ fidei terminãdi & finiendi est, quando delatus de hæretica prauitate processus meritis diligẽter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur in hæresim deprehensus facti euidentia

dentia, vel testium productione legitima non tamen cõfessione propria. Et hoc est, quãdo ipse delatus conuincitur legitimè de aliqua hæretica prauitate, vel facti euidentia. Vtpote quia hæresim publicè practicauit, vel per testes legitimos, cõtra quos excipere delatus legitimè nõ potuit, tamen ipse sic conuictus & deprehensus persistit firmiter in negatiua, & conitetur cõtrarium: iuxta notata per Host. in sum. tit. de hæret. §. qualiter quis in hær. deprehendatur, patuit supra q. 34.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis duro carcere est tenendus in compedibus & cathena, frequẽter ab officialibus cõiunctim & diuisim, & per se ac per alios est efficaciter admonendus, quòd eis detegat veritatem, indicendo ei, quòd si faciat, & confiteatur errorem suum, quòd admisericordiã admittatur, abiurando primittus illam hæreticam prauitatẽ Si autem noluerit, sed steterit in negatiua, ad finem relinquatur brachio seculari: & mortem non poterit euadere temporalem.

Quòd si diutius infamatus & expectatus, steterit in negatiua, Episcopus & officiales modò cõiũctim, modò diuisim, nunc per se, nunc per alios probos viros, trahant ad se modò vnum testem, modò alium, informando eum vt attendat quid dispositi, & si dixit verum vel non vt non seipsum damnet æternaliter, & alium temporaliter. Et quòd si vereatur, saltem eis secretè dicat, ne ille delatus moriatur iniustè. Et verba talia studeant, ei dicere, vt clarè videant, si dispositerit veritatem nec ne.

Quod si testes sicut informati, steterint in affirmatiua, & delatus in negatiua, nec ad hoc statim velint Episcopus, & officiales negotiũ per sentẽtiam determinare, & tradendo taliter deprehensum brachio seculari, sed diutius eum teneant, nunc inducendo deprehensum ad affirmatiuam, nũc testes diuisim tamen, ad excutiendum benè conscientiam suam. Et singulariter attendãt Episcopus & Officialis ad illum testem quem viderint melius dispositum ad bonum, & qui videtur melioris conscientiæ. Et circa illum instent diutius si resita se habuit vt dispositi, nec ne eius conscientiã onerando. Et si viderint testẽ aliquem vacillare, vel aliàs habeant indicia contra eam, propter quæ suspectus, quòd falsitatem dixerit, meritò habeatur, de bono consilio peritorũ

attestant

atteſtent eum & procedant vt iuſtitia ſuadebit.

Compertum namque eſt frequēter & frequentius, quòd ſic deprehenſus teſtibus fide dignis, poſtquam in negatiua diu perſtitit, ad cor reductus, præſertim veraciter informatus, quòd non tradetur brachio ſeculari, ſed ad miſericordiam admittetur, ſi ſuam detegit prauitatem: & veritatem, quam iam diutius negauit, tunc liberè confitetur. Et frequenter repertum eſt, quòd teſtes malitia agitati, ac inimicitia ſuperati, ſe ad inuicem colligarunt, ad imponendum inſonti hæreticam prauitatem. Poſtquam ad informationem frequentem Epiſcopi & Officiales, remorſu conſcientiæ fatigati, ac diuinitus inſpirati, reuocant, quam dixerunt & fatentur malitiosè ſe illi impoſuiſſe tãtam labem, propter quod talis & taliter deprehenſus, non eſt per ſententiam feſtinandus, ſed diuitiùs per vnum annum & pluries expectandum, antequam ſic tradatur curiæ ſeculari.

Quo expectato tempore competenti, & adhibita diligentia condecenti, ſi ſic delatus legitimè deprehenſus, recognouit culpam ſuam, ac confeſſus fuerit iudicialiter, ſe fuiſſe illaqueatum tempore præfato hæretica prauitate, ac illam, ac omnem hæreſim conſenſerit abiurare, & ſatisfacere ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitoris congruum, exhibere tanquam in hæreſi deprehenſus, & propria confeſſione, & teſtium legitima productione: vt hæreticus pœnitens abiuret omnem hæreſim publicè: per formam, de qua agitur, octauo modo ſupra poſito proceſſum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si verò ſit confeſſus, quòd incidit ſic in hæreſim, nihilominus ſtat in illo animo pertinaci, vt impœnitens relinquetur brachio ſeculari: & agatur circa illum per modum, quo ſupra agitur in decimo modo proceſſum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

*Teſtes falſi quomodo puniendi.*

Si autem ipſe deprehẽſus ſteterit cõſtanter in negatiua, ſed ipſi teſtes reſilierint à ſua affirmatiua, ſuum teſtimoniũ reuocando, ac culpam ſuam recognoſcendo: Quia inſonti tantam labẽ impoſuerunt, rancore & odio agitati, prece ſeu precio adducti (ipſo delato vt immuni à iudicio relaxato) puniẽtur ipſi vt falſi teſtes accuſantes ſeu deferẽtes. Vt notat Paulus ſuper c. multorũ, & verb. illos, in prin. de hær. in Cle. & feretur ſententia ſeu pœnitentia contra eos ad arbitrium

bitrium Episcopi & iudicum: omnino tamẽ ad perpetuos carceres tales falsos testes cõdemnando, & in pane, & in aqua ad dies vitæ pœnitentiando, ponendo etiam post ad scalas ante portas Ecclesiæ tales, &c. Habent tamen potestatem Episcopi mitigare, aut etiam aggrauare post annum, & tempora, per formam tenoris sequentis.

Si autem taliter deprehensus per annum vel plus, vel alio maiori congruo tempore expectatus perstiterit in negatiua cõtinuè, & testes legitimi in affirmatiua, disponãt se Episcopus & iudices ad relinquendũ eundem brachio seculari, mittendo eidem aliquos probos viros, fidei zelatores & præsertim religiosos, eidem nõ ingratos, sed familiares & gratos, qui illi indicent, quòd mortem non possit euadere temporalem, dum sic stat in negatiua, sed tradetur tali die vt hæreticus impœnitens potestati curiæ secularis. Et nihilominus Episcopus & Officialis mittat Baliuo seu potestati curiæ secularis, quatenus tali die & hora, & in tali loco, extra Ecclesiam tamen, veniat cum familia sua recipiendum quendam hæreticum impœnitentem, quem tradent ei. Et etiam quòd faciet publicè præconizari in locis illis, in quibus præconizationes aliæ fieri cõsueuerunt, quòd omnes sint tali die & hora, in tali loco ad audiẽdum sermonẽ, quẽ prędicator faciat de fide, & tradẽt Episcopus & Officialis quendã hæreticũ pertinacẽ brachio seculari.

Adueniente autem die prædicta, ad ferendum sententiam assignatam, erunt Episcopus & Officialis in loco prædicto, ipso tradendo ibidem existente in alto, clero & populo congregato, vt eminenter ab omnibus videatur, ac præsente potestate curiæ secularis, stante coram ipso tradendo. Quibus lectis feretur sententia per hunc modum.

Nos N. miseratione Diuina Episcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini, attendentes, q̃ tu talis, de tali loco, talis Diœcesis, fuisti nobis de tali hęretica prauitate. Expimãtur. Et vellemus certiorari, an ea quæ de te, & cõtra te nobis dicta fuerunt, veritate aliqua fulcirentur, & an tu ambulares in tenebris aut in luce, descendimus ad nos informandum, testes diligentius examinandum, teq̃ vocandũ ac interrogandũ sæpius, medio iuramento, defensionesque exhibendum, ac ad omnia & singula faciendũ, quæ per nos fienda erant secundùm canonicas sanctiones.

Verùm cùm vellemus præsens tuum negotium fine debito terminare, solenne consilium tam in Theologica facultate, quàm in Iure canonico & ciuili, coram nobis fecimus congregari: Et visis ac diligenter discussis processus meritis, & omnibus, & singulis in præsenti causa productis, deductis, actis & actitatis, prædictorum consilio digesto pariter & maturo, reperimus contra te legitimè probatum, quòd fuisti tanto tempore infectus hæretica prauitate, & iam reperimus, quòd fecisti & dixisti talia & talia (exprimantur) ex quibus apparet manifestè, quòd es legitimè deprehensus in prædicta hæretica prauitate.

Sanè cùm cuperemus, prout adhuc cupimus, te veritatem fatendo resipiscere ab hæresi antedicta, & reduci ad gremiũ Ecclesiæ sanctæ, ac ad sanctæ fidei veritatem, vt sic saluares animam tuam, & tam animæ quàm corporis morte euaderes gehennalẽ, tam per nos quàm per alios nostram diligentiam exercentes, ac per te longa tempora expectantes, tu in reprobũ sensum datus, contempsisti acquiescere nostro cõsilio saniori, imò perstitisti, & persistis in negatiua pertinacia, ac contumaci animo indurato: q̃ dolentes referimus, & referẽdo plangimus ac dolemus. Verùm cùm Ecclesia Dei tanto tempore expectauerit, quatenus resilires, recognoscendo propriam tuã culpam, & nolueris, neque velis, & non habeat vltra q̃ gratiæ faciat ac mercedis.

Quapropter vt sis cæteris in exemplum, & alij ab huiusmodi hæresibus arceantur, & tanta facinora non remaneant impunita. Nos Episcopus & Iudices in causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicũ iudicãtium, sacrosãctis Euangeliis positis corã nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatẽ, habeantes præ oculis solum Deũ & sanctæ fidei gloriã, & honorem, te talẽ in nostra præsentia cõstitutum hac die & hora, & loco, ad audiendum diffinitiuam sententiã assignatis, diffinimus, declaramus & sententiamus, te esse hæreticum impœnitentem, tradendum seu relinquendum vt talem brachio seculari, ac per nostram sententiam, vt verè hæreticum pertinacem, impœnitentem, à foro ecclesiastico reprobamus, & tradimus seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curiæ secularis: eandem curiam secularem efficaciter deprecantes, quatenus circa & citra sanguinis

effusio

effusionem, & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata est hæc sententia, &c.

Poterunt autem, Episcopus & Iudices disponere, quòd aliqui probi viri fidei zelatores ipsi relicto curiæ seculari, nõ ingratos, sed familiares & gratos, associẽt dicto relicto, dum curia secularis in eum suum officium exequetur, quĩ eum consolentur, & adhuc inducant, quòd fatẽdo veritatẽ, & recognoscendo culpam suam, resiliat ab erroribus suis.

Quòd si forsan post sententiam, & iam relictus ad locum vbi est comburendus, deductus, dixerit se velle fateri veritatem, & recognoscere culpam suam, & ita fecerit, ac paratus fuerit huiusmodi hæresim & omnem aliam abiurare, licet præsumatur, quòd hoc faciat plus metu mortis quàm amore veritatis: crederem quòd ex misericordia possit recipi vt hæreticus pœnitens, & perpetuò immutari, iuxta gl. super c. ad abolen. lam. §. præsenti. & ver. audiẽtia, & c. excommunicamus. 2. de hær. Quamuis de rigore iuris, nec tali conuersioni est magna fides à iudicibus adhibenda, imò & propter damna temporalia illata ipsum semper punire possunt.

*Conuersis hæreticis non est fides adhibenda.*

*Super conuictum, sed fugitiuum, vel se contumaciter absentantem.*

## QVÆSTIO XXXII.

TRedecimus & vltimus modus processũ fidei terminandi, & sententiandi est, quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorũ, reperitur conuictus de hæretica prauitate: est tamen fugitiuus, seu absens contumaciter, sed congruo tempore expectatus. Et hoc est in tribus casibus.

Primus est, quando delatus est deprehensus in hæresi, vel in cõfessione propria, vel facti euidẽtia, vel testium productione legitima, sed fugerit, vel se absentauerit, & citatus legitimè noluerit cõparere. Secũdus casus est, quando aliquis est delatus & receptus aliquali informatione contra eum, habetur aliqualiter seu leuiter suspectus: & sic citetur responsurus de fide, & quia renuit contumaciter comparere, excommunicatur, & excommunicatus sustinet illam

excommunicationem animo pertinaci, & semper contumaciter se absentat.

*Sustinens excommunicationem per annum est vt hæreticus condẽnandus.*

Tertius casus est, quando aliquis impediuit directè sententiam seu processum fidei Episcopi vel iudicum, vel qui ad hoc dederit auxilium, consilium vel fauorem, talis est excommunicationis mucrone percussus: quam si sustinuerit per annum animo indurato, ex tunc est vt hæreticus condemnandus, per cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hær. lib. 6. & contumaciter se absentauit.

In primo casu ille talis est impœnitens hæreticus condẽnandus, iuxta c. ad abolendam. §. præsenti. In secundo casu & tertio non est hæreticus impœnitens iudicandus, sed tanquam vt pœnitens hæreticus condemnandus: iuxta c. cum contumacia, & per c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hære. lib. 6. Circa quemlibet istorum talis practica est seruãda. Talis enim congruo tempore expectatus, citetur per Episcopum & Officialem, in Ecclesia cathedrali illius Diœcesis in quo deliquit, & in alijs Ecclesiis illius loci, vbi domicilium contrahebat, & specialiter vnde fugit: & citabitur per formam tenoris sequentis.

*Forma accurata & acris sententia cõtra conuictũ de hæresi & fugitiuum lata.*

Nos N. miseratione Diuina Episcopus talis ciuitatis, &c. aut Iudex talis Diœcesis spiritum consilij sanioris. Præterea cunctis nostræ mẽtis desiderabilibus: Illud potissimum infigitur cordi nostro, temporibus nostris, in dicta tali Diœcesi, vberem florentémque Ecclesiam, vineam in quam Domini Sabaoth, quam summi patris dextera virtuosis complantauit, quã eiusdem patris filius proprij ac viuifici vnda cruoris verius irrigauit, quam ipse almus Spiritus paracletus, miris ineffabilibúsq; donis intimis fœcundauit quã tota ipsa incomprehẽsibilis atque inattingibilis Trinitas beata, grãdissimis variisq; priuilegijs sanctius dotauit, patriérq; ditauit: aper de sylua, qui est, & qui dicitur hęretieus quilibet, absorbeat & depascat, fructus fidei vberes denastãdo, ac lacerãtes hæresũ vepres, palmitibus inferendo, serpénsque tortuosus nostri improbus humani generis inimicus, esslãs virus, qui est Satanas & diabolus, eiusdẽ vineæ Dominicæ palmites inficiat atq; fructus, virus prauitatis hæreticæ immittẽdo: Nec etiã ager ipse Dominicus, populus inquã Catholicus, ad quem excolendum pariter & serendum, descẽdit de summorũ polorũ arce Dei patris vnigenitus atq; primogenitus,

mogenitus, seminauit mitis, sanctisque prædicationibus, discurrit per villas,& castella,docēs nō sine magnis fatigationibus,Elegit Apostolos viros vtiq; operarios industrios ac conduxit,ditans illos æternis retributionibus, expectans ipse Dei filius,de agro isto magno,illo die iudicij extremo vberes manipulos colligere, & per manus sanctorū Angelorum recondere in cœlesti horreo sancto suo, Sāsonisque vulpeculę insertatę,quæ sicut persona,labe hæretica depraua tæ,facies quidem habentes diuersas, sed caudas ignitas, adinuicem colligatas, quia de varietate flammæ conueniūt in idipsum vt segetem dominicam, iam albam ad messem, splendoribus fidei relucentem,morsu amarissimo demoliātur,ac discursu subtilissimo pergant,impetúque validissimo accedant pariter & accendant,dissipent & deuastēt sinceritatem sanctę fidei Catholicę,subtiliter & damnabiliter subuertendo.

Quapropter, cùm tu talis incideris in damnatas hæreses maleficarum illas publicè in tali loco practicando(seu taliter dicatur)seu fueris per testes legitimos cōuictus de hæretica prauitate,siue propria depreheōsus confessione in iudicio per nos receptus,& post captus,fugeris, medicinā refutās salutatem:inuenerimus te,vt de & super iis coram nobis manifestius responderes,túque ductus maligno spiritu, pariter & seductus renueris comparere.Vel sic.

Quapropter cùm tu talis declaratus nobis de hæretica prauitate, & recepta informatione contra te: aliàs de eadē esses nobis suspectus leuiter, quoniam eras infectus labe prædicta,citauimus te,quatenus coram nobis personaliter comparens de fide Catholica responsurus.Cúmque citatus tenueris comparere contumaciter,excommunicauimus te, ac excommunicatum fecimus publicari. In qua stetisti per annum,seu annos tot,animo pertinaci,latitās hinc inde,ita quòd nunc quo te duxerit spiritus malignus ignoramus.& cùm te expectauerimus misericorditer &benignè,vt reuertaris ad gremium sanctæ fidei vnitatem, tu facere contēpisti, in reprobū sensum datus. Sanè volumus & tenemur, salutiā nos cogente, causam tuam huiusmodi sine debito terminare,nec valeamus tua nephanda crimina conniuentibus oculis tolerare.

Nos Episcopus & Iudices in causis fidei supradictis,te ta-

lem ſæpè fatum latitantem profugum & fugitiuũ, per præſens noſtrũ edictũ publicum, requirimus pariter & citamus peremptoriè, quatenus die tali, talis mẽſis, tali anno, in tali Eccleſia cathedrali talis Diœceſis, hora tertiarũ cõpareas perſonaliter coràm nobis, diffinitiuã ſententiam auditurus, Significantes quòd ſiue compareris ſiue non, procedemus ad noſtram diffinitiuam ſententiam, contra te prout ius & iuſtitia ſuadebũt. Et vt prius noſtra citatio perueniat ad tui notitiam, ne valeas ignorantiæ velamine te tueri, præſentes literas dictas requiſitionem & citationem noſtrã in ſe cõtinẽtes, volumus & mãdamus affigi in valuis publicè talis prædictę Eccleſię cathedralis. In quorum teſtimonium ſingulorum, præſentes noſtras literas impreſſione noſtrorum ſigillorum iuſſimus communiri. Datum.

Adueniente autem die præfixa, ad audiendã diffinitiuam ſentẽtiã aſſignata, ſi profugus comparuerit & conſenſerit, publicè omnem hæreſim abiurare, humiliter petẽs admitti ad miſericordiam, poſtulando, ſi relapſus non fuerit, admittetur, & ſi fuerit deprehenſus propria cõfeſſione, vel teſtium legitima productione, abiurabit & pœnitebit, vt hæreticus pœnitens ſecundùm modum quo agitur ſuprà in octauo modo proceſſum fidei terminandi, vbi de talibus agitur, ſi fuerit ſuſpectus violenter, ita quòd citatus reſponſurus de fide noluit comparere, & fuit ex hoc excommunicatus, & ſtetit in excommunicatione per annum, animo pertinaci, & pœnitebit, admittetur, & abiurabit omnem hæreſim, & pœnitebit vt hæreticus ſuſpectus de hæreſi violenter. Pœnitens ſecundùm modum quo agitur ſuprà in ſexto modo proceſſum fidei terminandi. Si autem comparuerit, & non conſenſerit abiurare, tradetur, verus hæreticus impœnitens brachio ſeculari, per modum quo dictum eſt ſuprà. & agitur in decimo modo proceſſum fidei terminandi. Si autem contumaciter tenuerit comparere, tunc formetur ſententia per modum tenoris ſequentis.

Nos N. Epiſcopus miſeratione diuina, talis ciuitatis, attẽdentes, quòd tu talis de tali loco, talis Dœceſis, fuiſti nobis de hæretica prauitate, fama publica referente, ſeu fida dignorum inſinuatione delatus. Nos cuibus ex officio decũbit deſcendimus ad videndũ ac inquirẽdũ, an clamor qui ad aures noſtras peruenerat, veritate aliqua fulciretur. Verũ

cùm

cùm inueniſſemus te in hæreſi deprehẽſum, deponentibus contra te quã pluribus teſtibus fide dignis te corã nobis aduocatum iuſſimus detineri, dicatur ſicut factum fuit, an videlicet cõparuerit, & medio iuramẽto interrogatus, faſſus fuerit, vel nõ. Sed poſt maligni ſpiritus conſilio ductus & ſeductus, metuẽs tua vulnera vino & oleo ſalubriter cõfoueri, aufugiſti, (aut ponatur, ſi eſt) carcerem & arreſtum fregiſti pariter & aufugiſti latitãs hinc inde, & quo te malignus ſpiritus duxerit, totaliter ignoramus. Vel ſic.

Verùm cũ inueniſſemus contra te taliter, vt prædicitur, nobis delatum de hæretica prauitate, multa indicia propter quæ ſuſpectũ leuiter de hæretica prauitate prædicta, te meritò habeamus, citauimus te per publicum edictũ in talibus & talibus Eccleſiis talis Diœceſeos, quatenus infra certũ terminũ tibi præfixum corã nobis in tali loco perſonaliter cõpareres, in & ſuper prædictis contra te depoſitis, & aliàs de fide Catholica, & eius articulis reſponſurus. Tu verò inſano conſilio adhærẽdo, renuiſti contumaciter cõparere: cumq; iuſtitia exigente, te excõmunicauerimus, ac fecerimus excõmunicatum publicè denunciari, tu medicinam refutans ſalutarẽ, dictam excommunicationem vltra quàm per annum ſuſtinuiſti, & adhuc ſuſtines in reprobũ ſenſum datus, animo pertinaci, & profugus, latitans hinc inde, vt quò te malignus ſpiritus duxerit, ignoramus.

Sanè cùm tam longo tempore expectauerit Eccleſia sãcta Dei miſericorditer & benignè, quatenus ad eius miſericordiæ gremiũ euolares ab erroribus reſiliendo, & iuxta fidẽ Catholicam profeſſam operando: ipſaq; te clementiæ vberius enutriret, malignorum ſeductus conſilio, acquieſcere recuſaſti, in tua pertinacia perſeuerans. Verùm cùm vellemus prout volumus & debemus, iuſtitia nos cogente, cauſam tuam ſine debito per ſententiam terminare, citauimus te, quatenus hac die & hora, & hoc loco compareres perſonaliter coram nobis, diffinitiuam ſententiã auditurus. Et quia renuiſti contumaciter cõparere, meritò oſtendis velle perpetuò in tuis hæreſibus & erroribus remanere: quod dolentes referimus, & referendo dolemus.

Sed cùm non poſſimus nec velimus iuſtitiam ſubterfugere, nec tantam inobedientiam & contumaciam ad Dei

Ecclesiam tolerare: Ad exaltationē fidei orthodoxæ,& ad extirpationem hæreticæ prauitatis iustitia exigente,& tua inobedientia & contumacia requirente,hac die & hora,& loco tibi in antea ad audiendam diffinitiuam sententiam peremptoriè assignatis, præhabito multorum consilio peritorum tam in Theologica facultate,quàm in iure canonico & ciuili,processus meritis visis & diligenter discussis, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis Euāgeliis positis coram nobis,vt de vultu Dei iudiciū nostrū prodeat,& oculi nostri videāt æquitatem, habentes præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei irrefragabilem veritatem,contra te talem, absentem & præsentem, beati Pauli Apostoli vestigia imitantes, sentētiam diffinitiuā taliter ferim⁹ in his scriptis, Christi nomine inuocato.

Nos Episcopus & iudices in causa fidei memorati, attēdentes in causa ista fidei, ac processibus inde confectis,ordinem iuris fore seruatum. Attendentes etiam,quòd legitimè citatus non comparuisti, nec per te, nec per alium te aliqualiter,excusasti. Attendentes etiam, quòd in præfatis hæresibus longo tempore pertinaciter perstitisti, & adhuc etiam perseueras,& excommunicationem per tot annos in causa fidei sustinuisti, prout ex nunc sustines animo indurato. Attendentes etiam quòd Ecclesia sancta Dei non habet vltra erga te quid faciat,cùm perseueres & perseuerare velis, in excommunicatione & hæresibus prælibatis. Propterea beati Pauli Apostoli vestigia sectantes, declaramus, diffinimus, & sententiamus, te talem absentem & præsentem esse hæreticum pertinacem, & vt talem relinquendum brachio seculari. Et per nostram sententiam diffinitiuam à foro Ecclesiastico repellimus, & relinquimus potestati curiæ sæcularis,tandem curiam affectuosè deprecantes, vt si quando te habuerit in sua potestate, erga te citra sanguis effusionem & mortis periculum suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia, & cætera.

Considerandum hîc,quòd si iste profugus & contumax fuerit deprehensus in hæresi,vel propria cōfessione, vel testibus legitimis & ante abiurationem fugit est per sententiā verè hæreticus impœnitens iudicādus, & ita in sententia ponēdum est Si autem aliter non fuit deprehensus, nisi quia delatus & suspectus habitus,fuit citatus,respōsurus de

fide

fide,& quia tenuit comparere,fuit excommunicatus,& in excommunicatione tali stetit vltra quàm per annũ,animo indurato,& tandem noluit comparere,iste non est iudicãdus hæreticus,sed vt hæreticus, vt talis condemnandus, & ita procedendum est in sententia,vt dictum est prius.

*Quidam iudicãdi hæretici, quidam vt hæretici.*

*Super personam delatam ab alia malefica incinerata, vel incineranda,qualiter sit sententiandum.*

## QVAESTIO XXXIII.

QVartus decimus modus processũ fidei terminãdi,& sententiãdi,est quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis circa deponẽtẽ diligẽter discussis,cũ bono consilio in iure peritorũ, reperitur de tali hæretica prauitate tãtummodo ab altera malefica incinerata vel incineranda,delatus vel delata. Et hoc cõtingere potest tredecim modis, tãquã per tredecim casus. Quia sic delatus vel reperitur immunis & absoluendus totaliter:vel reperitur cũ hoc diffamatus de tali hæresi generaliter:vel reperitur vltra infamiã quæstionibus exponẽdus aliqualiter:vel reperitur suspectus de hęresi vehemẽter,vel violenter,vel reperitur diffamatus & suspectus insimul & cõmuniter. Et sic cõsequenter in aliis casibus prout in 20. quæst. tactum est,vt ad 13. inclusiuè.

*Tredecim modi,quibus maleficas traducunt vel deferunt.*

Primus modus fit, quãdo tantummodò ab ipsa malefica detenta delatus est,& non cõuincitur, nec cõfessione propria,nec testium productione legitima,nec aliàs reperiũtur indicia,ex quibus verisimiliter tanquam suspectus iudicari possit, talis omnino venit absoluendus,etiam per ipsum iudicem secularem,qui deponentem aut incinerauit,aut incinerandum propria auctoritate, aut ex commissione Episcopi,iudicis ordinarij habuit:& absoluetur per sententiam in primo modo processus fidei terminandi, circa 20. quæst. contentam.

Secundus modus incidit,quando vltra hoc,quod à detẽta delatus est, etiam per totam illam villam, seu ciuitatem diffamata existat,ita quòd tãtummodò infamia præcisè &

sola laborauit semper: licet postea per depositionem detentæ maleficæ infamia sit aggrauata.

Circa talem talis practica est seruanda. Quia iudex considerando, quòd vltra infamiam nihil in particulari aduersus eam ab aliis fide dignis in villa, aut oppido probatur, licet fortè detenta, certa grauia aduersus eam deposuit: quia tamē fidem perdidit abnegando illam Diabolo: vnde & difficulter eius dictis à Indicibus fides adhiberur, nisi ex aliis circūstātiis illa infamia aggrauaretur, & tunc in tertium iam sequentem modum incideret: ideo Canonica purgatio erit tūc in dicēda, & procedetur per sententiam in secundo modo processum fidei terminandi, circa 22. quæst. contētā.

Et si Iudex ciuilis illam purgationem coram Episcopo decreuerit fieri & solēniter, in finem, vt si deficeret, vt tunc per Ecclesiasticum & ciuilem Iudices in exemplum aliorū, eò firmiori sententia puniretur, benè quidem fit. Si autem per se voluerit exequi mandet vt decem vel viginti compurgatores ordinis sui habeat, & procedat, vt in secundo modo sententiandi tales, tactum est, nisi quòd vbi excōmunicandus esset, quod tunc ad ipsum ordinarium recursum habeat: Et hoc contingeret, vbi se purgare nollet.

Tertius modus igitur incidit super talem delatum, vbi licet non vincatur cōfessione propria, nec testium productione legitima, nec facti euidētia, nec etiam sint indicia super aliquod factum, in quo vnquam notatus fuisset ab aliis inhabitatorib. villæ aut oppidi: nisi quòd infamia tātum laborauit apud eos. Aggrauatur autem infamia ex detētæ maleficę detentione, vt pote quia asseruit, illum per illam in omnibus fuisse sociam, & secū in criminibus participasse. Hoc ipsum tamen, sicut constanter delata negat, ita & aliis inhabitatoribus, vel non est notum, vel de nulla nisi de honesta conuersatione, seu etiam participatione ipsis constat.

*Adfrontatio maleficarum se inuicem accusantium.*

Circa talem talis practica seruatur. Primò, quòd adfrontare se habent facie ad faciem & obiectiones mutuæ & responsiones diligenter sunt considerandæ, & si quidem varietas aliqua in verbis incideret, vnde iudex verisimiliter ex cōcessis & negatis præsumere potest, ipsam delatam meritò quęstionibus exponendā, procedatur per sententias in tertiū modum processum fidei terminandi, circa 23. quæst. cōtentas, ipsam tormentis leuiter exponēdo: adhibitis cautelis alijs

lis aliis quam plurimis & necessariis, de quibus circa principium huius tertiæ partis suprà patuit ad longum, & ex quibus præsumitur, talem esse aut innoxiam aut ream.

Quartus modus incidit, vbi talis delatus inuenitur suspectus leuiter, & hoc vel confessione propria, vel depositione alterius detentæ. Et sunt qui ad hanc leuem suspicionem reducunt illos, qui ad prouocandū mulieres maleficas consuluissent vel vbi inter cōiugatos, odio se mutuo prosequētes, amorem procurassent, aut etiam pro aliquo cum modo tēporali apud maleficas laborassent. Sed quia tales vtiq; excommunicati sunt, tanquam hæreticis credentes, iuxta c. excōmunicamus. 1. §. credētes. lib. 6. de hær. vbi dicitur: Credentes autē eorū erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Quia etiam ex factis præsumitur de effectu ad hoc argum. 32. q. 2. qui viderit. Idcò videtur quòd actus sunt puniendi, & sententiādi, quā illi, qui de hæresi leuiter habentur suspecti, prout iudicandi sunt aliqui ex leuibus coniecturis: Puta quia eis seruitia exhibuissent, literas detulissent, eorū erroribus sic nullam fidem adhibuissent, quòd tamen illos non manifestassent, alimonia ab iis accepissent. Sed siue illi, siue isti intelligātur, hoc quod in cōsilio peritorum concluſum fuerit super leuem suspicionem, prosequendum erit à iudice, per talem practicam: Talis enim aut abiurabit, aut Canonicè se purgabit, secūdū quod in quarto modo processum fuit terminandi, sub quæstione vicesima quarta tangitur. *Ex factis præsumitur defecta.*

Sed tamen, quia potius videtur, quòd abiuratio sit indicenda, & hoc propter allegat. cap. excommunicamus. 1. §. qui verò inuenti fuerint sola suspicione notabili, &c. tamen nō debēt, si relabantur, pœna relapsorum puniri, & procedatur, prout in quarto modo processum fidei terminandi, circa 24. quæst. tactum est.

Quintus modus incidit, vbi talis delatus inuenitur suspectus vehemēter & hoc simili modo, vel cōfessione propria, vel depositione alterius maleficæ detentæ. Et sunt qui ad hanc leuem depositionem reducunt impeditores iudicū, directè, vel indirectè eorum officium inquirendo, maleficas impediendo: dum modò hoc scienter fecerint: ex cap. vt inquisitionis negotium. libro 6. de hæret. *Qui impedimenta præstāt maleficis, quæ suspicione laborent.*

Item reducunt omnes, qui impedientibus præstant scientēr auxilium, consilium, vel fauorem: patet per allegat. in quisitionis.

sitionis. Itē reducunt qui citatos aut captos hæreticos instruunt de celanda veritate,& vt illā subticeāt, vel falsitatē asserāt.Et hoc ex cap.accusatus.& §.fi.Item reducūt omnes qui eos,quos sciunt hęreticos,receptant,scienter deducunt, visitant,vel associant,munera mittunt,seu fauorem impendunt:quæ omnia in fauorem non personæ, sed culpæ fiunt vbi scienter fiūt.Et ideo dicūt,quòd vbi delata persona participat de præmissis,& hoc per consilium ita iudicatū fuerit, tunc iuxta quartum modum processum fidei terminandi sub quæst.25.sententianda est.Taliter vt omnem hæresim sub pœna relapsorum,vbi reciderit,habeat abiurare.

*Familiæ Maleficarum.*

Possumus tamen asserere, adiiciendo quòd Iudices respectum habeant super vniuscuiusque maleficę incineratæ aut detentæ familiā,prolem,seu etiam progeniem eò quòd vt plurimum tales reperiuntur infectæ.

Cùm maleficæ etiā proprios infantes ex Dæmonū informatione ipsis habēt offerre. Vnde & indubiè in quibuscūque flagitiis informare:patent hæc ex prima parte operis.

Probatur & ex eo,quòd sic in simplici hæresi propter agnitorum hæreticorū familiaritatem, dum quis de hæresi infamatus existit,etiam consequenter ratione familiaritatis est de hæresi vehementer suspectus,ita & in hac hæresi maleficarum.

*Triplex pœna vni maleficō Decano inflicta.*

Præfatus autem casus patet in cap.inter sollicitudines,extra.de purgatione.ca.vbi apparet:quod ratione infamiæ de hæresi fuit Decano quidam indicta canonica purgatione, & ratione familiaritatis hæreticorum,abiuratio publica & ratione scandali fuit priuatus beneficio,quousque scandalum sopiretur.

Sextus modus incidit,vbi talis delatus efficitur suspectus violenter,hoc autem fit non ad simplicem vel nudam depositionem alterius maleficæ detentæ,sed ad indicia facti, quæ eliciuntur ex quibusdam verbis & factis à malefica detenta perpetratis,& prolatis,quibus ad minus delata asseritur interfuisse & operibus deponentis communicasse.

Pro quorū intelligentia, aduertenda sunt ea, quæ suprà quæstione 29.tacta sunt,præcipuè super violentā suspicionem quomodo ex violentibus & cōuincentibus oritur cōiecturis,& qualiter Iudex violentatur ad credendum ex sola suspicione aliquem esse hæreticum, qui tamen fortassis

bonus

bonus Catholicus in corde existit. Sicut Canonistæ exemplificant circa simplicem hæresim de eo qui citatus in causa fidei ad respondendum renuit comparere contumaciter; propter quam contumaciã excõmunicatur In qua vbi per annũ perseuerauit, efficitur suspectus de hæresi violenter.

Quare & à simili circa talẽ personã delatã aduertenda sunt indicia facti, ex quib. efficitur violẽter suspecta. Et ponatur casus, q̃ detenta malefica asseruit illã interfuisse suis maleficiis, quę tamẽ delata cõstãter negat, quid ergo faciet? vtiq; opus erit cõsiderare, an ex aliquibus operibus sit vehemẽter suspecta, & an vehemẽs suspicio in violentã valeat transire: sicut in præfato casu, citatus respõsurus, vbi nõ cõparat, sed renuit cõtumaciter, fit suspectus leuiter de hæresi, etiam vbi citatus fuit in non causa fidei. Si autem in causa fidei citatus renuit cõparere, & propter cõtumaciam excõmunicatur, tunc fit suspectus vehemẽter: quia tunc leuis suspicio trãsit in vehemẽtẽ, & si per annum persistat, tũc vehemẽs transit in violentam. Ita considerabit Iudex si ratione familiaritatis contractæ cum detenta malefica sit delata vehemẽter suspecta, vt immediatè in quinto modo incidenti tactum fuit, tunc opus erit considerare, an ipsa vehemẽs suspicio in violentã trãsire possit: Præsumitur enim quòd transire possit, id est, quòd flagitiis detentæ ipsa delata interfuit, vbi familiaritatẽ cũ ea frequenter habuit. Est ergo procedendũ Iudici iuxta sextum modum processum fidei terminandi, prout in 26. quæst. tangitur. Quòd si quæritur, quid faciat Iudex si adhuc talis delata ab altera malefica detenta, omnino persistat in negatiua non obstantibus quibuscunque indiciis aduersus eam productis? Respondetur primò, quòd Iudex debet aduertere super earũ negatiuas responsiones, an ex vitio seu maleficio taciturnitatis proueniant, siue non: & quidẽ, vt in primis quæst. quæst. 15. & 16. huius 3. partis patuit, Iudex cognoscere poterit, si flere & lachrimas emittere valeat, & vbi in quæstionibus quasi insensibilibus redditur, ita quòd ad pristinas vires faciliter redit, tunc quidem violenta suspicio aggrauatur, & tunc omnino non est liberè dimittenda, seu secundum, vt in sexto modo sententiandi & processum fidei terminandi patuit, supra allegato, perpetuis carceribus ad pœnitentiam peragendam deputanda.

*Quõ leuis in vehementẽ, vehemens in violentã suspicionem trãseat.*

Si

Si verò maleficio taciturnitatis non ſit infecta propter vehementes dolores quos in quæſtionib. ſuſtinet verè & realiter, cùm tamen aliæ ex maleficio taciturnitatis quaſi inſenſibiles redduntur, vt dictum eſt, tunc vltimum refugiũ Iudex habere poteſt ſuper Canonicam purgationem. Quæ ſi à ſeculari Iudice inducitur, dicetur vulgaris licita, quia non de numero purgationum vulgarium, de quibus 2.q.4. conſuluiſti. & cap. monomachiam. dicitur. In qua purgatione ſi defecerit, vt reus vel rea iudicabitur.

*Vulgaris licita canonica purgatio.*

Septimus modus incidit, vbi delatus ipſe non reperitur legitimè deprehenſus, nec propria confeſſione, nec facti euidentia, nec teſtiũ productione legitima, ſed tantú reperitur à detenta malefica delatus vel delata, & cùm hæc reperiuntur indicia, quæ ipſum reddunt ſuſpectum leuiter, vel vehementer: Vt pote quia ſolummodo habuit magnam familiaritatem cum maleficis, tunc tali ratione infamiæ eſt dicenda canonica purgatio, iuxta canonem allegatum, inter ſollicitudines: & ratione ſuſpicionis hæreſim abiurare cum pœna relapſorum, vbi recidiuaret ſi vehementer ſuſpectus, vel ſine illa, ſi leuiter, & procedatur, vt in proximo modo proceſſum fidei terminandi, circa c.27.q.tactum eſt.

Octauus modus incidit, vbi ſic delatus reperitur confeſſus hæreſim illam, ſed pœnitens & nunquam relapſus. Vbi notandum, quòd conſequenter, vbi agitur de relapſis & non relapſis, pœnitentibus & non pœnitentibus, tales diſtinctiones tactæ ſunt propter iudices, qui de vltimis inferendis ſuppliciis non ſe intromittunt. Ideo ciuilis iudex ſuper confeſſum ſiue pœniteat, ſiue non, ſiue relapſus fuerit ſiue non, per ciuiles & imperiales leges procedere poteſt, vt iuſtitia ſuadebit: tantummodo recurſum ad ipſos tredecim modos ſententiandi habere poteſt, & ſecundùm illos ſe reſoluere, vbi aliquod ambiguum interuenerit.

Super

*Super modum sententiandi maleficam maleficia tollentem, insuper etiam super maleficas obstetrices & maleficos sagittarios.*

## QVÆSTIO XXXIIII.

QVintusdecimus modus processum fidei terminandi, & sententiandi est, quando delatus de hæretica pranitate reperitur, quòd maleficia non inferat, sed tollat. Circa istum talis practica est seruanda, quia aut vtitur remediis licitis, aut illicitis: Et si quidem licitis, non vt maleficus, sed vt Christicola est iudicandus. De quibus licitis remediis suprà circa principium huius tertiæ partis ad longum patuit.

Si verò illicitis, tunc distinguendum, quia aut sunt illicita simpliciter, aut secundùm quid. Si simpliciter adhuc dupliciter, quia vel nocumento proximi, vel sine nocumento: vtroque tamen modo semper cum expressa Dæmonum inuocatione. Si verò illicita secundùm quid, puta quia absque expressa, licet non absque tacita Dæmonum inuocatione fiat, talia iudicantur vana potius quàm illicita nominari à Canonistis & certis Theologis, vt suprà in q. huius vltimæ partis totius operis patuit. *Illicita remedia vel secundùm quid vel simpliciter.*

Iudex ergo quicunque, siue ecclesiasticus siue ciuilis, licet primos & vltimos non habeat reprobare, & signanter primos potiùs commendare, & vltimos tolerare, prout Canonistæ asserunt, licitum esse vana vanis contundere. Illos tamen qui cum expressa Dæmonum inuocatione maleficia auferunt, nullo modo tolerare debet, præcipuè illos qui cum nocumento proximi talia committunt. Et dicuntur cum nocumento proximi practicare, quando maleficium ita ab vno aufertur & alteri infertur. Nec obstat, si illa cui infertur sit malefica per se, siue non: siue sit illa, quæ maleficium intulit siue non: & siue sit homo siue quæcunque alia creatura, patent super hæc omnia acta & gesta deducta in prima quæstione supra allegata.

Si quæritur, quid faciat Iudex, vbi talis asserit se maleficia tollere per licita & nõ illicita remedia, aut qũo possit talia veraciter Iudex cognoscere? Respondetur, q̃ citato illo interrogetur quibus mediis vtatur: nec tamen verbis suis standũ, sed Ecclesiasticus Iudex cui ex officio incũbit, diligenter

genter inquirat, siue per se, siue per plebanum aliquem, qui à singulis parochianis exactè sub præstito iuramento, quod exigere potest, perquirat, quibus remediis vtatur: & siquidem inuentum fuerit, prout communiter inueniuntur cum superstitiosis remediis, omnino non sunt, propter horribiles pœnas à canonibus inflictas, vt inferius patebit, tolerandæ.

*Quomodo illicita remedia ab illicitis discernantur.*

Et si quæritur, vnde possunt remedia licita ab illicitis discerni, cùm semper asserant, se quibusdam orationibus, & herbarum applicationibus, huiusmodi amouere? Respondetur, hoc facilè foret, dummodò diligens inquisitio fieret. Nam quia necesse habent superstitiosa remedia occultare, vt non reprehendantur, seu vt facilius mentes simplicium illaqueare valeant, ideo huiusmodi verbis aut herbarum applicationibus insistunt: tamen ex quatuor superstitiosis eorum actibus tanquam sortilegæ & maleficæ manifestè deprehenduntur.

Sunt enim de occultis diuinantes, & ea quæ non nisi malorum spirituum reuelatione scire possunt, referantes. Exempli gratia. Vbi pro sanitate acquirenda frequentantur à læsis, causam læsionis, aut maleficij aperire & manifestare sciunt: vt si ratione altercationis cum vicina acciderit, vel aliqua ex causa alia, hoc ipsum perfectissimè noscunt, & indicare frequentantibus sciunt.

Secundò, vbi ad vnius nocumenti seu maleficij curam se intromittũt: alterius verò minimè. Prout in Diœcesi Spirensi, malefica quædã in loco quodam, *zum Hofe* nuncupato, existit, quę licet plures sanare videatur, certos tamẽ minimè se posse curare fatetur: nullã ob aliam causam, nisi vt ab incolis fertur, q̃ maleficia talibus illata, sint tam fortiter ab aliis, vt asserit, maleficis impressa, & hoc vtique virtute Dęmonum, quòd illa amouere non valeat. Quia videlicet Dæmon non semper Dęmoni cedere potest, aut non vult.

Tertiò, vbi super huius maleficia illata singulares exceptiones facere noscuntur. Prout in ipsa ciuitate Spirensi contigisse noscitur: dum quędã honesta persona maleficiata in tibiis, huiusmodi diuinatricem ob sanitatis gratiam aduocasset, illa domũ ingressa, & eam dum intuita fuisset talem exceptionem fecit, si, inquit, squamas & capillos in vulnere nõ habuerit, reliqua omnia extrahere potero. Caun

sam

sam etiam læsionis aperuit, licet ex rure, & ad duo miliaria aduentasset dicens, quia cum vicina altercasti, tali die, ideo tibi accidit præter squamas etiam & pilos, alias quãplures diuersorum generum res extraxit, & sanitati restituit.

Quartò: vbi superstitiosis insistunt aut insistere faciunt cæremoniis, & sic ante solis ortũ, vel alio determinato tẽpore, se frequentari volunt, dicentes quòd infirmitates vltra angariam illatas sanare nequeãt, aut quòd tantummodò duas aut tres personas per annum sanare valeant, licet non sanando, sed à læsionibus cessando, sanare videantur.

Possunt & addi quamplures aliæ considerationes, circa talium personarum cõditiones, quia vt plurimum retro actis temporibus malæ & reprehẽsibilis vitæ fuerunt diffamatæ, seu adulteræ, aut maleficarum superstites: vnde ex nulla sanctitate vitæ hæc gratia sanitatis à Deo collata. *Non saluam maleficæ, sed faciunt cessare læsiones.*

Incidẽtaliter reducuntur & obstetrices maleficæ oẽs, alias maleficas in flagitiis excedẽtes, de quibus & in prima parte operis deductum est: Quarum etiam tãtus numerus, vt ex earũ cõfessionibus compertũ est, quòd non æstimatur villula, vbi huiusmodi nõ reperiantur existere. Cui periculo vtique à præsidentibus foret in parte succurrendũ, vt non nisi iuratæ obstetrices à præsidentibus deputarentur, cũ aliis remediis quæ in secũda parte operis tacta sũt. *De obstetricibus sagis.*

Incidit & maleficis sagittariis, in contumeliam vtique Christianæ religionis tantò periculosius detegentes quanto & securiores habent in terris optimatum & principum receptatores, fautores, & defensores. Sed quòd omnes tales receptatores, fautores, &c. omnibus maleficis plerunq; in certis casibus damnabiliores existãt, sic declaratur. Nam taliũ defẽsores à Canonistis & Theologis in duplici genere assignantur. Quidã nãq; errorẽ, alij verò personã sunt defendentes: Et hi quidem, qui errorem, damnabiliores ipsis qui errant, existunt: cùm non solùm hæretici, imò hæresiarchæ habendi sint, vt patet 24. quæstio. 3. qui illorum. Et de his defensoribus communiter non loquuntur iura, eò quòd ab aliis hæreticis non distinguuntur. In quibus etiã habet locum cap. ad abolẽdam § præsenti. sæpè alleg. *Magi sagittarij.*

Quidam alij sunt, qui licet non defendunt errorem, defendunt tamẽ personam errantem: vtpote qui resistunt viribus & potẽtiæ, tales malefici, seu quicunque alij hæretici *Fouentes sagittarios magos, quo loco habendi.*

veniant ad manus iudicis fidei, ad examinandum, vel puniendum, & similia.

*Spirituales domini fouentes sagittarios maleficos.*

Simili modo etiã fautores taliũ sunt in duplici genere. Quidã nam q; sunt, q ui publica fungũtur autoritate hoc est, publicæ personæ, vt domini tẽporales, seu etiam spirituales tem, oralẽ iurisdictionẽ habentes; qui etiã fautores esse possunt duobus modis, omittendo & committendo.

Obmittẽdo, scilicet facere ea circa maleficos vel suspectos infamatos, vel credẽtes, receptatores, defẽsores & fautores, ad quę ex eorũ officio obligãtur. Cũ tamẽ ab Episcopis vel Inquisitoribus, vel eorũ alter requiruntur. Vtpote si eos non capiant, vel captos non diligenter custodiant, vel infra districtũ suum ad locũ, de quo eis mãdatur, nõ deducant, aut executionẽ promptã de eis non faciãt, & similia, vt patet in cap. vt inquisitionis. in princip. libr. 6. de hæret.

Committendo autem, vtpote, si captos huiusmodi, sine Episcopi aut iudicis eius licentia vel mandato, à carcere liberent, vel processum, iudicium vel sententiam eorum directè vel indirectè impediant, vel similia peragant, vt patet cap. allegato, vt officium. §. prohibemus. Pœnę talium in præcedentibus circa secundùm principale huius operis, & circa finem, vbi de maleficis sagittariis, & aliis armorum incantatoribus tactum est, declaratæ sunt.

Ad præsens sufficiat, quòd omnes tales, ipso iure sũt excommunicati, & duodecim magnas pœnas incurrunt: patet extra, de hæret. excommunicamus §. credentes. & cap. allegato. vt inquisitionis. §. prohibemus. In qua excõmunicatione, si per annum perstiterint animo pertinaci, ex tunc sunt vt hæretici condemnandi, vt eo. ca. & §. alleg.

*De receptatoribus maleficorum.*

Qui verò dicendi sint receptatores, & an habendi sint, vt hæretici. Respondetur, quòd recipientes huiusmodi maleficos, sagittarios, aut quoscũque armorum incantatores, necromanticos, seu maleficos hæreticos, de quibus in toto opere tractatum est, sint in duplici genere, sicut etiam de eorum defensoribus & fautoribus tactum est.

Quidam nãque sunt, qui non tantùm semel verbis, sed pluries & frequenter tales suscipiunt, & isti propriè, & secundùm vim vocabuli, dicuntur receptatores à receptãdo, quod est verbum frequentatiuum. Et tales receptatores, quãdoque sũt sine culpa, vt pote si ignoranter hoc faciũt,

nec

nec aliquid vnquam siniſtri de eis ſuſpicati ſunt. Alij quãdo ſunt in culpa, vt pote quando eorum errores ſciunt & non ignorant, quia Eccleſia tales ſemper perſequitur tanquam crudeliſſimos fidei hoſtes, & ſi non minus domini terrarum eos receptant, tenent, defẽdunt, &c. Tales propriè ſunt & dicuntur hæreticorum receptatores. Et de talibus etiam loquuntur iura, & quòd ſunt excõmunicati iuxta c. excom. 1. §. credentes.

Quidã autem non pluries & frequenter, ſed tantùm ſemel vel bis huiuſmodi maleficos aut Hæreticos receperũt, & iſti non videntur propriè dici receptatores, quia non frequentarunt, ſed receptores, quia eos receperunt, & non receptauerunt. Licet Archidiac. dicat cõtrarium in c. quicunque. ſuper ver. receptatores. De quo tamen non eſt magna vis, quia non de verbis ſed de factis curandum eſt.

Ponitur tam differentia inter Receptatores & Receptores: eò quòd Domini terrarum ſemper dicuntur talium receptatores, vbi ſimplices, qui eos expellere non habent, nec poſſunt. Et ſi receptores ſint, ſunt tamen ſine culpa.

*Differẽtia inter Receptatores & Receptores.*

Vltimò autem de impeditoribus officij inquiſitionis Epiſcoporum, cõtra huiuſmodi maleficos hæreticos, qui ſint, & ſi hæretici dicendi ſint. Ad quod reſpõdetur, quòd huiuſmodi impeditores ſunt in duplici genere. Quidam namque ſunt qui impediunt directè, vt qui captos pro hæreſeos crimine à carcere propria temeritate liberãt, vel proceſſus inquiſitionis lacerãt, teſtes in cauſa fidei, pro eo quòd teſtificati sũt, vulnerãt: Vel ſi dominus tẽporalis ſtatuat, quòd nullus niſi ipſe in hoc crimine cognoſcat, aut quòd nulli niſi ſibi de hoc crimine deferri poſſit, nec teſtificari niſi corã eo, & ſimilia. Et iſti impediunt directè: iuxta no. per Io. And. in c. ſtatutũ, ſuper ver. directè, lib. 6. de hære. Et qui proceſſũ, iudicium vel ſentẽtiam in tali cauſa fidei directè impediunt, vel qui ad hęc agẽda præſtiterint auxilium, cõſilium, vel fauorẽ, & tales licèt ſint multùm culpabiles, nõ tamẽ ex hoc ſunt hæretici iudicãdi, niſi aliter appareat, quòd eſſẽt cõſimilibus erroribus maleficorum inuoluti cum pertinaci volũtate, ſunt tamẽ ipſo excommunicationis mucrone percuſſi, iuxta cap. vt inquiſitionis §. prohibemus. Sic quòd ſi in illa excommunicatione ſteterint per annum animo pertinaci, ex tunc ſunt vt hæretici condemnandi, vt patet c. & §. alleg.

*Qui impediũt officiũ inquiſitionis, quomodo hæretici habendi.*

Quidam verò sunt qui impediunt indirectè, vt pote qui statuũt quòd nullus portet arma ad capiendum hæreticos, nisi de familia Domini temporalis,& similia, iuxta no. per In.And.in c.statutũ,super ver.indirectè. Et tales sũt minus culpabiles,quàm primi,nec sunt hæretici,sed sunt excõmunicati iuxta alleg cap. vt inquisitores. Et etiã præstãtes ad hoc consilium,auxilio,vel fauorẽ:taliter quòd si steterint in illa excommunicatioæ per annum animo pertinaci,ex tũc velut hæretici sunt condẽnandi,per alllega.c.& §.prohibemus. Quod sic est intelligendum,quòd hæretici cõdẽnãtur taliter,quòd si volunt redire, recipiuntur ad misericordiã, errore prius abiurato,aliàs vt impœnitentes tradentur curiæ seculari:Vt patet per c.ad abolendam.§.præsenti.

Epilogando. Maleficæ obstetrices, prout aliæ maleficæ maleficia inferentes,secundùm qualitatem criminum condemnantur & sententiantur,& à simili,maleficæ maleficia superstitiosè, vt dictum est,opere diaboli tollentes. Cùm non dubium sit,quòd sicut auferre, ita & inferre possunt. Vnde & ex quodam pacto totaliter Maleficæ ex dęmonum informatione conueniunt,vt hæ quidem lædere, aliæverò sanare debeãt,vt sic eo facilius mentes simpliciũ illaqueãdo,suam perfidiam augmentẽt.Sagittarij verò & alij armorum incantatores malefici,cùm non nisi ex fauore,defẽsione,receptatione præsidentium sustentẽtur,omnes tales,pœnis præscriptis subiacent:& qui officiales quoscunq;contra huiusmodi maleficos,aut eorum fautores,&c.in eorum officio impedirent,simili modo excommunicati sunt,& omnibus pœnis vti fautores subiacent. Verùm vbi steterint per annum in illa excommunicatione animo pertinaci,si redire voluerint,abiurent impedimentũ & fautoriã.& ad misericordiam admittũtur,aliàs vt impœnitẽtes hæretici tradũtur brachio seculari.Et vbi non stent per annum,nihilominus contra impeditores huiusmodi potest procedi,vt cõtra fautores hæreticorum: per c.accusatus.§.vltimo.

*Qui possunt maleficia auferre præsumũtur etiam posse inferre.*

*Abiuratio impedimenti & fautoriæ.*

Et quod dictum est de fautoribus, defensoribus,receptatoribus.& impeditoribus,super maleficos, sagittarios, &c. idem & per omnia intelligendum est erga quascunque maleficas,aut maleficos,hominibus, iumentis, & terræ frugibus varia nocumẽta inferẽtibus. Verùm & ipsi malefici quicunq;vbi in foro pœnitentiæ spiritu contrito & humiliato

peccata

peccata deflentes,& purè confitentes,veniam petierint, ad misericordiam recipiuntur.Aliàs vbi innotescũt,cõtra eos procedere debent,quibus ex officio incumbit,citando,attestando,capiendo,& procedendo in omnibus iuxta criminũ qualitatem,vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, vt tactum est,si & in quantum huiusmodi præcedentes æternę damnationis laqueum , propter excommunicationem eis ab Ecclesia inflictam,euadere velint.

*Huius vltimæ partis,super modos sententiandi malesicos, quousque friuolè,aut etiam iustè appellantes.*

## QVÆSTIO XXXV.

*De appellãtibus malefitus.*

SI verò ad appellationis remedium finaliter delatum confugere Iudex cerneret,notandum:primò quòd hæc interdum valida atque iusta, interdum friuola atq;nulla decernitur. Cùm enim in negotiis fidei summariè, simpliciter & de plano sit procedendũ, vt ex præcedẽtibus sæpè tactum est,ex cap.multorum querela.in Cle.vbi & appellationis remedium interdicitur. Attamen quia Iudices interdum sponte , propter negotij arduitatem libẽter ipsum prorogant &dilatãt:ideò aduertere possunt,quòd vbi delatus sentiret,se à Iudice realiter & de facto contra ius,& iustitiam aggrauatum, vt pote quia eum ad defendendum admittere noluit, vel quia solus sine consilio aliorum,vel etiã sine assensu Episcopi, vel eius vicarij pronunciauit delatum quæstionare,cùm aliàs sufficiẽtes probationes pro & cõtra habere potuisset,& huius similia:tunc quidem appellatio foret iusta,aliàs non.

Secũdo notãdũ,quòd Iudex appellatione huiusmodi sibi præsentata,tunc absque perturbatione & motu debet petere copiam appellationis,protestando verbo quòd nõ currat sibi tempus,& cùm ipse delatus tradiderit sibi copiã appellationis,aduertat,quòd adhuc habet duos dies ad respõdẽdum & post hos duos,adhuc triginta ad Apostolos exhibẽdum. Et licet statim possit respondere, & Apostolus dare illos vel illos,vbi sit multùm expertus & peritus, tamen vt

cautius procedatur, melius est vt aliquem terminum 10. vel 20. vel 25. dierum eidem ad dandum pariter & recipiendũ Apostolos, quales dare decreuerit, assignare cum potestate prorogandi.

Tertiò notandum est iudici: quòd infrà tempus iuris, & infrà tempus assignatum debet diligenter attendere & discutere causas appellationis, seu grauamina allegata: & si videt habito bono consilio peritorum, quòd iniustè & indebitè delatum aggrauauit, ad se defendendum nõ admittendo vel quæstionibus non debito tempore exponendo, vel similia, adueniente termino assignato, corrigat errorem suum, & reducat processum ad punctum, & statim in quo erat quando defensiones ille petiuit, vel terminum ad interloquendum assignauit, & similia, & tollat grauamẽ: quo ablato procedat prout ante. Quia per amotionem grauaminis, appellatio quæ erat aliqua, fit nulla iuxta capit. cessante, ertrà de appellationibus.

*Grauamina reparabilia & irreparabilia.*

Sed hîc tamen diligenter attendat circumspectus & prouidus iudex, quòd quædã sunt grauamina reparabilia, & sũt illa, de quibus iam dictũ est, & tũc habent locũ ea quæ dicta sunt. Quædam autẽ sunt irreparabilia, vt pote si delatus fuerit quæstionatus realiter, & de facto, & post euadens appellat: vel si clenodia & aliquantilia, simul cum vasis & instrumentis, quibus malefici vtuntur, fuerunt recepti & cõbusti, & similia quæ nequeant reparari nec reuocari: Et tũc non habet locum, prædictus modus scilicet processum ad statum reducere in quo fuit grauamen huius irrogatum.

Quarto notandũ iudici est, quòd licet à die responsionis habeat triginta dies ad Apostolos exhibendum iuxta c. de appel. & possit petẽti assignare vltimum diem iuris, hoc est trigesimum ad Apostolos recipiendum, tamen ne videatur, quòd velit vexare delatum, & de vexatione indebita reddat suspectum: & ne videatur confirmare grauamen sibi impositũ propter quod extitit appellatum, melius est quòd assignet infrà tempus iuris terminum competẽtẽ, vt pote decimum diem, vel vicesimum, & potest postmodum, si expedire noluerit, aduenìente termino prorogare, dicendo, se fuisse aliis negotiis implicatum, vel huiusmodi.

Quintò notãdũ iudici est, quòd quando præfixit terminũ appellanti & Apostolos petenti, quòd nẽ assignet solùm

ad

ad Apostolos dandum, sed ad dandum pariter & recipiendum: Quia si assignaret ad dandum tantùm, tunc Iudex, à quo appellaretur, haberet appellati mittere. Assignabit ergo ei terminũ hoc est, talẽ diem talis anni, ad dandũ eis, & recipiendũ à iudice Apostolos, tales quales dare decreuerit.

Sextò, notare debet, quòd in assignatione huius termini, non dicat respondendo, quòd dabit Apostolos negatiuos aut affirmatiuos, sed vt plenius deliberare possit, dicet quòd exhibebit tales, quales tunc decreuerit exhibendos.

Attendat etiam quòd in assignatione huius termini, appellanti, vt tollatur omnis cautela & astutia, & malitia appellantis, assignet locum in specie, diem & horam: vtpote quòd assignet vigesimum diem Augusti, anni præsentis, & horam vesperam, & cameram ipsius Iudicis, in domo tali, talis ciuitatis vel loci sitam, tali appellanti ad dandũ & recipiendum Apostolos tales quales decreuerit exhibendos.

Septimò notet, quòd si decreuerit in animo suo detinere delatum crimine requirente, & iustitia exigẽte, in assignatione termini ponat, quòd assignet talem terminum ad dandum vel recipiendum personaliter Apostolos, ipsi appellanti, assignẽtque talem locum eidem appellanti, ad dandum eidem & recipiendum ab eo Apostolos, de quo sit in potestate Iudicis appellantem liberè retinere, datis tamen prius statim Apostolis negatiuis, aliàs non.

Octauò notet, Iudex, ne aliquid innouet circa appellantem, ipsum capiendo, vel quæstionando, seu è carcere liberando, vel alias ab hora, qua fuit sibi appellatio præsentata, vsque ad horam qua tradidit Apostolos negatiuos.

Epilogando nota; sepè contingit, quòd delatus, quando dubitat, quòd contra eũ feratur sentẽtia, quia cõstat sibi de culpa sua, frequenter recurrit ad appellationis remediũ, vt sic subterfugiat Iudicis sentẽtiam, vnde ab ipso appellat, & causas friuolas assignat, vt pote quòd Iudex eũ captum tenuit, & cautioni idoneæ eũ tradere noluit, & similia friuola colorata, qua appellatione Iudici præsẽtata, copiã appellationis petat: qua habita statim vel post duos dies, responsionẽ, diem, & horã, & locum appellanti ad dandum & recipiẽdum Apostolos tales quales decreuerit præfigat, infra terminum tamen iuris, vt pote 25. 26. vel 30. diẽ talis mensis: infra quem terminũ assignatũ Iudex copiã appellatio-

nis,& grauamina seu causas,propter quas appellat,diligenter discutiat, & cum bono consilio iuris peritorum deliberet,an exhibeat appellanti Apostolos negatiuos, hoc est, responsiones negatiuas appellationem non admittendo. Vel affirmatiuas & reuerentiales mittendas ad iudicem,ad quem appellat,appellationi deferendo.

Si enim videat, quòd causæ appellationis sunt falsæ vel friuolæ atque nullæ, & quòd appellans non vult nisi iudicium subterfugere,seu prorogare,det Apostolos negatiuos siue refutatorios: Si autem videat quòd grauamina sunt vera,& iniustè sibi illata,& non sunt irreparabilia, vel dubitat,si est ita, vel aliàs fatigatus propter malitiam appellantis, vult se à tanto onere liberare, exhibeat appellanti Apostolos infirmatiuos seu reuerentiales. Aduenientе igitur appellanti termino assignato, si Iudex nondum formauit Apostolos seu responsiones,vel aliàs non est dispositus, peremptoriè potest rogare simul vel successiuè vsque ad trigesimum diem,qui est vltimus terminus iuris ad exhibendum Apostolos assignatos.

Si autē formauit, & est dispositus, potest statim dare Apostolos appellāti. Si igitur decreuerit dare Apostolos negatiuos,seu refutatorios, aduenientе termino peremptorio assignato, exhibebit per modum, qui sequitur in scriptis.

ET dictus Iudex respōdens præfatæ interiectæ appellationi, si dici appellatio mereatur, dicit ꝙ ipse Iudex, & secundùm canonicas sanctiones, seu etiam imperialia statuta seu leges, processit,& procedere intendit,& à iuris vtriusque tramite non discessit nec discedere intendit,minusque ipsum appellantem aggrauauit, nec aggrauare intēdit, aut intellexit,quod patet per causas coloratas allegatas singulas decernendo Non enim grauauit in hoc, quòd eum cepit & captum tenuit: Quia cùm sit sibi delatus de tali hæretica pravitate, & testes multos habeat cōtra eum, meritò ipsum tanquàm conuictum de hæresi, vel sibi vehementer suspectum, captum tenere debuit, atque debet, nec grauauit eum, quia dare ipsum noluit cautioni. Nam cùm crimen hæreseos sit crimen de maioribus, & ipse appellās esset cōuictus & statim in negatiua nequaquā errat, nec est cautioni etiam maximæ dandus, si est & erat in carceribus detinendus:& sic discurrat per alias rationes.

Quo

Quo facto, dicat ſic: Quare apparet quòd ipſe iudex debitè & iuſtè proceſſit, & à iuris ſemitis minimè deuiauit, minusq; ipſum in aliquo aggrauauit: ſed ipſe appellãs per quaſdam cauſas coloratas atq; fictas nititur ſubterfugere iudicium iniuſtè & indebitè appellando: propter quæ eius appellatio eſt friuola atq; nulla, vt pote à nullo grauamine interiecta; peccãs enim in materia & forma. Et cum appellationibus friuolis nec iura deferant, nec ſit à iudice deferendum, ideo dixit iudex ipſe q; interiectã appellationem non admittit, nec admittere intendit, nec ei defert, nec deferre proponit: Et hanc reſponſionem offert dicto tali ſic indebitè appellãti pro Apoſtolis negatiuis, & mãdat inſeri ſtatim immediatè poſt appellationẽ prædictã eidẽ præſentatã. Et ſic tradat notario, qui appellationẽ eidẽ præſentauit.

QVibus Apoſtolis negatiuis ſic adhibitis appellanti, ſtatim iudex continuando ipſum ſuum officium exequatur, mandãdo eundem capi ſeu detineri, vel ipſum arreſtando, vel terminum ad comparendum coram ſe eidem aſſignando, vel aliquid ſimile propter quod appareat, quòd non deſinit eſſe iudex continuabitq; proceſſum ſuum, contra appellantem, quouſque à iudice ad quem appellatum ſit prohibitus ne procedat.

Caueat tamen Iudex, quòd nullam nouitatem faciat contra appellantem perſonam, nec ipſum capiendo, nec ſi captus eſt, carcere liberãdo, nec aliàs ab hora, qua fuit ſibi appellatio præſentata quouſque Apoſtolos ei tradiderit negatiuos: Sed ex tunc, vt prædicitur, poterit, ſi iuſtitia hoc requirat, quouſque ſit prohibitus à iudice ad quem fuerat appellatum: Et tunc cùm proceſſibus clauſis & ſigillatis & cum fide ac tuta cuſtodia, idonea cautione, ſi oportuerit, remittat eum ad iudicem ante dictum.

Si autem Iudex exhibere decreuerit Apoſtolos affirmatiuos & reuerentiales, adueniente eidem termino peremptorio aſſignato ad dandum & recipiendum Apoſtolos: exhibebit per modum qui ſequitur in ſcriptis.

ET dictus Iudex, reſpondendo præfatæ interiectæ appellationi, ſi dici appellatio mereatur. Dicit quòd ipſe iuſtè, & prout debuit, in cauſa præſenti proceſſum, & non aliàs, nec dictum aggrauatum ſe appellaſſe, aggrauare intendit. Quod patet per allegatas rationes ſingulas diſcuſ-

rendo. Non omnino ipsum aggrauabit in hoc quod dixit, &c. discurrat per causas singulas appellationis, meliori modo & cum veritate, qua poterit, respondendo.

Concludendo sic, quare apparet, quòd ipse iudex dictum appellantem nullatenus aggrauauit, nec causam dedit eidem appellanti, metuens ne secundùm eius demerita ad iustitiam procedatur, propter quòd eius appellatio est friuola atque nulla, quia à nullo grauamine interiecta, nec ei est iure à Iudice deferendum. Verùm propter reuerentiam Sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum, dicit ipse iudex, quòd dictam appellationem admittit, éique defert, & deferre intendit, totum præsens negotium ad sanctissimum dominum nostrum Papam, & sanctam sedem Apostolicam remittendo: assignando eidem appellanti certum tempus, scilicet tot menses proximè subsequentes, infra quos cum processibus, clausulis & sigillatis, sibi per ipsum iudicem tradendis, vel aliàs data idonea cautione de præsentando, seu in Romana curia, vel cum fida & tuta custodia, eidem per ipsum iudicem exhibenda, habeat in Romana curia præsentare Domino nostro Papæ. Et hanc responsionem offert ipse iudex eidem appellanti, pro Apostolis affirmatiuis, & mandatur eam inseri immediatè post interiectam appellationem eidem præsentatam. Et sic tradet eam notario, qui appellationem eidem præsentauit.

ATtendat autem prudens iudex, quòd mox vt Apostolos reuerentiales appellanti exhibuit, in causa illa pro qua ille appellauit, statim ipse desinit esse iudex, nec potest amplius de illa cognoscere, nisi sibi causa remissa per sanctissimum dominum nostrum Papam. Quare de causa illa se amplius non intromittat, nisi mittendo dictum appellantem per modum prædictum ad dominum nostrum Papam, assignando eidem terminum competentem, vt pote vnius mensis, duorum vel trium: quatenus interim possit se ad eundem disponere & parare, recipiatque ab eo de comparendo, & se præsentando in Romana curia, infra eundem terminum assignatum, idonea cautione. Vel si appellans non potest illam præstare, mittatur cum fida & tuta custodia. Vel obligat se melius quo poterit, quatenus se infra terminum assignandum in Romana curia præsentabit domino nostro Papæ, vel per ipsum non stabit.

Si

Si autem iudex habet causam aliam, ac procedit contra eā in alia causa, in qua delatus non appellauit: In ipsa illa causa iudex remanet prout ante iudex: etiam si post admissam appellationem, & datis Apostolis reuerentialibus ipse appellans accusatur, & denunciatur iudici de aliis hæreseos criminibus, de quibus non agitur in causa, pro qua appellauit, non desinit esse iudex imò potest pro se ad informādū, & testes examinandum liberè, prout prius. Et finita prima causa, in Romana curia, vel ad iudicem remissa, potest procedere liberè in secunda.

Aduertant autem iudices, quòd processus clausos, & sigillatos ad Romanam curiam mittant, iudicibus assignatis, qui iustitiam faciant, processus meritis actitatis. Nec Inquisitores ibi curent agere contra appellantes: sed dimittāt eos prędictis suis iudicibus iudicandos: Qui iudices, si inquisitores nolint facere partem contra appellantes, procedant ex officio ad procurationem appellātiū, si voluerint expediri.

Aduertant etiam iudices, quòd si ad appellantium instātiam citentur personaliter, & compareant, caueant tamen omnino litem non iurare, sed attendant processus exhibere, & totam causam ad illos reducere, & procurent vt citius poterunt remeare ne ibi tędiis, miseriis, laboribus & expensis, damnabiliter fatigentur: Sequuntur namq; damna Ecclesiæ, & hæretici confortantur, & ex post non inueniunt iudices tātum fauorem & reuerentiam, nec timentur, prout eorum præsentia facit. Item ipsi hæretici alij quicunque, videntes iudices in Romana curia fatigari, & detineri, erigent sibi cornua, & contēnent, ac malignabūtur, & audacius hæreses seminabunt, & vbi agitur contra eos, simili modo appellabunt. Alij etiam iudices efficiūtur debiliores, ad negotia fidei prosequendum, & ad hæreticos extirpandos, metuētes ne per cōsimiles appellationes, tædiis, & miseriis fatigentur. Hæc omnia cedent in magnum præiudicium fidei Ecclesiæ sanctæ Dei à quibus singulis sponsus ipsius Ecclesiæ eam præseruare dignetur.

SEQVI

# SEQVITVR IN PRÆCEDENTEM TRACTATVM APPROBATIO ET subscriptio Doctorum almæ vniuersitatis Colon.

## *IVXTA FORMAM PVBLICI instrumenti.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Nouerint vniuersi præsẽtes, publicũ instrumentũ lecturi, visuri, & audituri. Quòd anno à natiuitate eiusdẽ Domini nostri, milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo ſeptimo: Indictione quinta, die verò Sabbati, decima nona menſis Maij, hora quinta poſt meridiem, vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Innocẽtij, diuina prouidẽtia Papæ octaui, anno tertio, in mei Notarij publici & teſtium infra ſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus, Venerabilis & religioſus frater Henricus, ſacroſanctæ Theologiæ profeſſor, ordinis prædicatorum, hæreticæ prauitatis Inquiſitor, à ſancta ſede Apoſtolica, vnà cum venerabili & religioſo fratre Iacobo Sprenger, etiam ſacræ Theolo

Theologiæ professore, ac conuentus prædicatorum Colonienſium, priore collega ſuo ſpecialiter deputatus, pro ſe & dicto collega ſuo propoſuit atque dixit modernus ſummus pontifex, ſcilicet dominus Innocentius Papa, præfatus, per vnam potentem bullam commiſit ipſis inquiſitoribus Henrico & Iacobo Ordinis prædicatorum & ſacræ Theologiæ profeſſoribus prædictis, facultatem inquirendi Apoſtolica auctoritate ſuper quaſcunque hæreſes: præcipuè autem ſuper Hæreſim maleficarum modernis temporibus vigentem, & hoc per quinque eccleſias Metropolitanas, videlicet Moguntineñ. Colonieñ. Treuireñ. Saltzburgeñ. & Bremeñ. cum omni facultate contra tales procedendi, vſque ad vltimum exterminium, iuxta tenorem Bullæ Apoſtolicæ, quam ſuis habebat in manibus, ſanam, integram, illæſam, & non vitiatam, ſed omni prorſus ſuſpicione carentem.

Cuius quidem tenor bullæ ſic incipit. Innocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam, ſummis deſiderantes affectibus, prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit, vt fides Catholica noſtris potiſſimè temporibus vbique augeatur & floreat, &c. Finit autem ſic. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo quarto, Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Et quia nonnulli animarum rectores, & verbi Dei prædicatores, publicè in eorum ſermonibus ad populum aſſerere & affirmare non verebantur

bantur ; maleficas non esse , aut qui nihil in nocumentum creaturarum quacunque operatione efficere possent. Ex quibus incautis sermonibus , nonnunquam seculari brachio ad puniendum huiusmodi maleficas amputabatur facultas:& hoc in maximum augmentum maleficarum & confortationem illius hæreseos. Ideo præfati inquisitores , totis eorum viribus , cunctis periculis & insultibus obuiare volentes, tractatum quendam non tam studiosè , quàm laboriosè collegerunt. In quo , non tam huiusmodi Prædicatorum ignorantiam , pro Catholicæ fidei conseruatione repellere nisi sunt , quantum etiam in exterminium maleficarum debito modo sententiandi & easdem puniendi , iuxta dictæ bullæ tenorem , & sacrorum canonum instituta laborarunt.

At quoniam consonum rationi est , vt ea quæ pro communi vtilitate fiunt , etiam communi approbatione Doctorum roborentur. Ideo ne præfati Rectores discoli , & prædicatores sacrarum literarum ignari , æstimarent prædictum tractatum , sicut præmittitur , collectum , minus benè Doctorum determinationibus , & sententiis fulcitum : eundem almæ vniuersitati Colonienſi seu nonnullis ibidem sacræ paginæ professoribus ad discutiendum & collationandum obtulerunt , vt si quæ reprehensibilia , à Catholica veritate dissona reperirentur, eorum iudice sic refutarentur : quod tamen consona Catholicæ veritati approbarentur : Quod subscriptis modis factum fuit.

In

In primis egregius dominus Lambertus de Monte, manu ſua propria ſe ſubſcripſit, prout ſequitur.

Ego Lambertus de Monte, ſacræ Theologiæ humilis profeſſor, Decanus pro tempore facultatis Sacræ paginæ eiuſdem ſtudij Colonienſis, fateor, ac manu mea propria iſtum tractatum tripartitum, per me luſtratum, & diligenter collationatum, quoad eius partes primas nihil continere, ſaltim meo humili iudicio, quod ſit contrarium, aut ſententiis non errantium Philoſophorum, aut contra veritatem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ fidei, aut contra Doctorum determinationes, à ſancta Eccleſia approbatorum aut admiſſorum. Tertia etiam pars vtique ſuſtinenda & approbanda, quoad illorum hæreticorum punitiones: de quibus tractat, in quantum ſacris canonibus non repugnat.

Iterum propter experimenta in hoc tractatu narrata, quæ vtique propter famam tantorum virorum præcipuorum, etiam inquiſitorum creduntur eſſe vera. Conſulendum tamen videtur, quòd iſte tractatus doctis & viris zeloſis, qui ex eo ſana, varia, & matura conſilia in exterminium maleficarum conferre poſſunt, communicetur ſimul & Eccleſiarum Rectoribus timoratis, & conſcientioſis duntaxat, ad quorum doctrinam ſubditorum corda in odium tam peſtiferæ hæreſeos incitari poterunt ad cautelam bonorum pariter & malorum inexcuſabilitatem atque punitionem, & ſic miſericordia in bonis, & iuſtitia in malis luce clarius pateat, & in omnibus

Deus

Deus magnificetur, ipso præstante, cui laus & gloria.

Deinde ad idem venerabilis magister Iacobus de *Stralen* etiam propria manu sua subscripsit, in hunc modum. Ego Iacobus de *Stralen* Sacræ Theologiæ professor minimus, post visitationem tractatus memorati, sentio conformiter per omnia, his quæ per venerabilem Magistrum nostrum Lambertum de Monte, Decanum sacræ Theologiæ superius annotata sunt: quod attestor hac scriptura manus meæ ad laudem Dei.

Pariformiter eximius magister Andreas de *Ochsenfurt* etiam propria manu se subscripsit, vt infra de materia oblati tractatus, quantum prima facie apparuit: Quod contestor manus meæ scriptura, ad finem in eodem expressum promouendum.

Consequenter autem egregius Magister Thomas de Scotia, similiter se propria manu sua subscripsit: prout sequitur. Ego Thomas de Scotia, sacræ Theologiæ Doctor, licet immeritus, conformiter sentio per omnia venerabilibus magistris nostris præcedentibus, in materia præfati tractatus, per me examinati, quod attestor manu propria mea.

Subsequenter & secunda subscriptio contra præfatos prædicatores incautos sic acta fuit; inprimis positi fuerunt articuli prout sequitur.

Primò Inquisitores Hæreticæ prauitatis, deputas auctoritate Sedis Apostolicæ, iuxta formam canonum, commendant magistri Sacræ Theologiæ subscripti: & hortantur, quòd dignentur

tur prosequi cum zelo eorum officium.

Secundò, quòd maleficia posse fieri permissione diuina ex cooperatione diaboli, per maleficos, aut maleficas, non est contrarium fidei catholicæ, sed consonum dictis sacræ Scripturæ: imò necessarium est, iuxta sententias sanctorum Doctorum, illa quandoque posse fieri, admittere.

Tertiò, prædicare erga maleficia, non posse fieri, erroneum est. Quia sic prædicantes impediunt, quantum in eis est, opus pium inquisitorum, in præiudicium salutis animarum. Secreta tamen, quæ quandoque ab inquisitoribus audiuntur, non sunt omnibus reuelanda.

Vltimò, exhortandi veniunt omnes principes, & quicunque catholici, vt assistere dignentur tam piis votis inquisitorum, pro defensione sanctæ catholicæ fidei.

Demùm verò subscripti & suprascripti Doctores prædictæ facultatis Theologicæ, manibus propriis se subscripserunt, prout ego Arnoldus Notarius infrascriptus ex relatione honesti Ioannis Vorda de Mechlinia, almæ vniuersitatis Colonienſis Pedelli iurati, qui mihi hoc retulit, audiui, & ex manibus etiam supra & infrascriptis apparuit, vidi & in hunc qui sequitur modum.

Ego Lambertus de Monte, sacræ Theologiæ humilis professor, ita sentio vt præscribitur, teste hac manu mea propria. Ego Vdalricus *Tridenuveis* de Eslingen, sacræ Theologiæ professor nouissimus, vt præscriptum est, ita sentiendum, hac manus propriæ subscriptione censeo.

Et ego Conradus de Campis, sacræ Theologiæ professor humilimus, prout supra cum maioribus meis in idem concurro iudicium. Ego Cornelius de Breda, minimus professor ita sentio, vt præscriptum est, quod testificor manu mea propria. Ego Thomas de Scotia, sacræ Theologiæ professor, licet immeritus, conformiter sentio Venerabilibus professoribus præscriptis, teste manu mea propria. Ego Theodoricus de Bummell. sacræ Theologiæ humilimus professor, ita sentio, sicut scriptum est per magistros meos præscriptos, quod testor manu mea propria.

In assertione articulorum præscriptorum, conformis iudicij sum cum venerandis magistris nostris, præceptoribus meis, Ego Andreas de Ochsenfurt, sacræ Theologicæ facultatis professor, ac Theologorum vniuersitatis Colonienſis collegij minimus.

Nouissimè autem & finaliter iam dictus venerabilis & religiosus frater Henricus Institoris, Inquisitor, habuit & tenuit in suis manibus quandam aliam literam pergamenam Serenissimi regis Romanorum, sigillo suo rubeo rotũdo, in capsa cerea, glauca impressa, impressula pergameni inferius impendentis, sigillatim, sanam & integram, non vitiatam, non cancellatam, neque in aliqua sui parte suspectam, sed omni prorsus vitio & suspicione carentem. Ita quòd in faciliorem expeditionem huius negocij fidei, idem serenissimus Dominus Romanorum rex prætatus, ipsam eandem Bullam Apostolicam supra

tactam,

tactam ; tanquam Christianissimus princeps, tueri & defendere voluit, atque vult, & ipsos Inquisitores in suam omnimodam protectionem suscipit.

Mandans & præcipiẽs omnibus & singulis Romano Imperio subditis, vt in executione taliũ negociorum fidei, ipsis inquisitoribus omnem fauorẽ & assistẽtiam exhibeant, nec aliàs faciant, prout in eadem litera plenius continetur & habetur.

Cuius quidem literæ regalis principium & finis hic infra annotantur in hunc modum. Maximilianus, Diuina fauente clementia, Romanorum Rex, semper Augustus, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, & Geldriæ, Comes Flandriæ, &c. Finis verò. Datum in oppido nostro Bruxellensi, nostro sub sigillo, mensis Nouembris die sexta, Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, regni nostri anno primo.

De super præmissis omnibus & singulis iam dictis, venerabilis & religiosus frater Henricus, inquisitor, pro se & collega suo ante dicto, ipsis à me Notario publicum, seu publica instrumentum & instrumenta, in meliori forma petiit.

Acta sunt hæc Coloniæ, in domo habitationis venerabilis magistri Lamberti de Monte prædicti, infra emunitatem Ecclesiæ Sancti Andreæ Colonienſis sita, in camera negotiorum & studij eiusdem magistri Lamberti inferius. Sub anno Domini, indictione, mense, die & horis, & pontificatu, quibus suprà præsentibus ibidem prædictis magistro Lamberto, & Ioanne Pedel-

lo:nec non honeſtis viris Nicolao Cuper de Venroide, venerabilis Curiæ Colonienſis Notario iurato: & Chriſtiano Vintzen de *Enſskichen* clerico Colonienſis diœceſis, teſtibus, ad præmiſſa fide dignis rogatis & requiſitis.

Et ego Arnoldus Kolich de *Enſskirchen* clericus Colonienſis iuratus: Quia præmiſsis omnibus & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vnà cum prænominatis teſtibus præſens fui, eíque ſic fieri vidi,& vt præfertur ex relatione Pedelli audiui: idcirco præſens publicum inſtrumẽtum, manu mea propria ſcriptum & ingroſſatum,& inde confeci,ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui,& rogatus,& requiſitus in fidem,& teſtimonium omnium & ſingulorum prę-miſſorum.

FINIS.

# F. R. IOANNIS NIDER SVEVI, ORDINIS PRÆDICATORVM, SACRAE THEOLOGIAE PROfessoris, & hæreticæ pestis Inquisitoris: Liber insignis de maleficis, & eorum deceptionibus, singulari studio ex ipsius Fornicario ad explicationem præsentis negotij selectus, & propter affinitatem, atque conuenientiam materiarum aliis Malleis maleficarum,, nunc primùm nouiter adiunctus.

## CAPVT PRIMVM.

*Simile à coloribus formicarum ad vitia.*

NVNC per libellum quintum sub formicarum proprietatibus de maleficis & eorum deceptionibus agere placet. Sunt autem formicæ in coloribus variæ: Quia quædam nigræ, aliæ rufæ, aut pallidæ. Per colores autem talium varia conditio vitiorum potest intelligi, quamuis ipsa animalia de se bona sint, sicuti omnes Dei creaturæ.

*Per colores vestium indicatur in 5. script. virtutes & vitia.*

Sicut enim per albedinem & candorem vestium, secundùm beatum Gregorium, virtutum puritas & munditia: ita per colores declinantes ab albedine secundùm maius & minus vitiorum fœtulentia, sacro testante eloquio, consueuit accipi.

*Equi diuersi coloris in Apocalypsi explicati.*

Hinc est quòd beatus Ioãnes vidit in Apocal. 6. sub quatuor coloribus equorum vnũ nigrum. Nam primus albus, secundus rufus, tertius niger, & quartus pallidus fuisse describitur. Vbi per album Christi caro purissima: per rufum,

qui ſub ſpecie religionis vel virtutis homines decipiunt. Per nigrum, qui manifeſta habent vitia. Et per pallidum ad modum mortis colorati, perſecutores honorum ſecundùm gloſſam debent intelligi. Inſeſſores verò equorum talium trium, tres differentias Dæmonum, tales malos regētes homines deſignāt. Quia omnes malorū hominū huius vitæ acies informātur & ducūtur per certos dæmones.

*Piger.* Deſidero igitur noſcere, primò, quot modis & qualiter malefici & ſuperſtitioſi illíſque ſimiles reguntur, equitantur & dementantur per Dæmones: quos non ambigo in vitiis eſſe varios & malitia carbonibus nigriores: Iuxta illud Threnorum 4. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. *Theologus:* Humanus animus in huius vitæ exilio mole preſſus corporis, & captus in eiuſdem ergaſtulo, multimodis fantaſiis deluditur: de quibus dicetur in ſequentibus, Quantum tamen præſentibus ſufficit, tres poſſunt occurrere interiorum vel exteriorum apparentiæ ſenſuum raræ & admirabiles.

*De tribus fātaſiis & apparentiis ſenſuum.*

Quidam enim vigilando vident mira ex Diuina gratia: alij per cerebri vitia: & alij ex Dæmonis aſtutia. Per primū conſtituuntur quidam Prophetæ. Per ſecundum decipiuntur tales maniaci: Et per tertium deluduntur multi Dæmoniaci. De primis latè dictum eſt libro 3. Formicarij.

Contingit tamē quòd magnis peccatoribus Dei clemētia aliquando oſtendit animarum pœnas, quas hîc manēdo demeruerunt habere in vita alia. De ſecundis certum eſt, dominum Albertum legentibus in tertio libro de ſomno & vigilia, & Auicennam & Galenum in ſuis medicinalibus quòd ex vitio & debilitate cerebri & melancholia varia, infirmitas, quam vocant maniam, contrahitur naturaliter ſine Dæmonis opere, per quam multa apparent homini, quæ in re nulla ſunt, ſed in imaginatione & phantaſia tantum modo. De tertio autem ſunt exempla innumera, quo modo deluduntur ſenſus hominum per Dæmones.

*Mania ex melancholia.*

*Piger:* Audiuimus aliquando ab antiquioribus, eos, vt aſſerebant, vidiſſe nocturno tempore exercitus velut armatorum, in variis apparentijs armorum, equorum, rhedarum & ſimilium: quid hoc veritatis habeat, edoceri cupio.

*Armata acies noctu viſa.*

*Theologus:* Mōſtra talia aliquando bella futura prægnoſticant: aliquando, per hoc Dæmones incautos decipiunt: aliquando

aliquando etiam quales sint malorum pœnæ, innuunt, de quibus omnibus exempla habemus tam in sacra Scriptura, quàm alibi.

*Armatus vir comparens Iosue.*

Nam quando Iosue 2. primò terram promissionis ad capiendum Hiericho intrauerat: vidit virum in agro stantem contra se, & euaginatum tenentem gladium, quo respondente, quòd princeps esset à Deo missus ad regendum Israëlis exercitum, Iosue lapsus in terram, virum, veriùs Dei Angelum, veneratus est.

*Angelus eques.*

Sic & 2. Machabæorum 3. cùm Heliodorus mente spoliandi templum introisset, apparuit quidam equus terribilem habens insessorem, optimis indumentis adornatus. Isque Heliodoro impetu priores calces illisit. Qui etiam insidebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosíque amictu, qui circunstiterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant eum sine intermissione multis plagis.

*Angeli flagellantes.*

Sicque etiam ibidem quinto capite ante immanissimam persecutionem Israël factam per Antiochum dicitur, contigit per vniuersam Hierosolymorũ ciuitatem videri diebus 40. per aëra equites discurrentes inauratas stolas habentes, & hastis quasi coire armatis, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnísque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti.

*Acies in aere visa.*

Et ibidem iam finita persecutione, cùm Iudas Machabæus in prælio cõsisteret, apparuerunt aduersariis de cœlo viri in equis, frenis aureis, decorum ducatum Iudæis præstantes: de quibus duo Machabæum medium habentes armis suis circumseptum incolumem cõseruabant. Ibidémque 11. procedentes Iudam cum suis in aliud bellum Israëlis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis, hastam vibrans. Et capitulo vltimo ibidẽ vidit Onyam & Ieremiã sibi gladiũ porrigentem pro victoria.

*Angeli custodes exercitus.*

Sic etiam terito famulo Helisæi, qui vidit Syros montem circundare in infinita multitudine, oratione facta, vt oculi famuli aperirẽtur, vidit idẽ montem plenũ equorũ & curruũ igneorũ in circuitu Helisæi, vnde & dixit: Noli time-

*Exercitus Angelorũ custodes piorum.*

re:plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis.

Sidera forma gladijs, currus ferrei.

Similia legimus de viſis armatorum exercitibus in aere ante euerſionem vltimã Ieroſolymorum, factam per Titum & Veſpaſianum. Nam Ioſephus libro ſeptimo, de bello Iudaico, dicit de eodem: Supra ciuitatem ſidus ſteterit gladio ſimile, & per annum perſeuerauit. Cometes ante ſolis occaſum viſi ſunt in aere, ferrei currus totis regionibus & armatæ acies circumfuſæ: & plura ibi ponit ſimilia.

In quẽ finem apparent exercitus cœleſtes.

Similiter ante effuſum ſanguinem Chriſtianorum tempore Gothorum vel Longobardorum in Italia viſæ ſunt præfatæ acies, vt refert beatus Gregorius in Homilia ſuper illud Lucæ 21. Erunt ſigna in Sole & Luna: Priuſquam, inquit, Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipſum, qui poſtea humani generis fuſus eſt ſanguinem coruſcante.

Ex quibus iam liquet exercituum apparentias Dei nutu futura guerrarum mala præferre, vt iis aut ſpes victoriæ apud eos, quæ metuerunt, acquiratur, aut à malignis hominibus pœna Diuina agnoſcatur, aut apud bonos & innocentes patientiæ ſcutum contra infauſta arripiatur. Quæ omnia Dei munera ſunt, à theſauro Diuinæ prouidentiæ mundo tranſmiſſa.

Prodigia viſa ante bellum Bohemicũ ſiue Huſſiticum. Pugnantium irruptiones aduersa.

Præterea eo tempore quo regno Bohemiæ & adiacentibus ſibi partibus per diuerſarum ſectarum tam in fide horore & rebus ac hominum cædibus iactura grauiſſima imminebat prout multis Germaniæ epiſcopis præſentibus in Nurenberga, à Domino Petro Epiſcopo Auguſtenſi, viro fide digno adiui, circa metas regni præfati nocturno tempore verſus vallem quandam auditi ſunt clamores & congreſſiones equeſtriũ virorum, indutí variis coloribus, viſi ſunt ſæpius. Quidam enim equorum inſeſſores rubris, alij nigris & ſimilibus erant induti coloribus. Stupebant ex iis plurimi, & diuerſi variè hæc interpretabantur.

Cum potentis non iocãdum.

Fuerunt pro tunc duo armigeri audaces ſatis in caſtro non multum diſtantia loco monſtrorum, quæ omnino ſcire volentes, quid veritatis ſibi viſa prætenderent, nocte quadam verſus vallem, vbi ſolita videri conſueuerunt, iter arripiunt: Antequam autem iis appropinquare auderent, compunctus vnus dixit alteri: Sufficiat nobis iſta vidiſſe, ego iis non approximabo: dictum eſt veterum, cum talibus nullum

nullum debere iocari. Quem alter velut pauidum increpans, equum pupugit, & cum eo congressu omnibus antedictis exercitibus appropinquauit: De quibus vnus egrediens caput audaci illi amputauit, & ad suos rediit: quo viso ille qui timidus substiterat fugam iniit & funesta noua annunciauit. In crastino autē truncatus reperitur, & caput quidem in valle, vbi acies visæ fuerant, nullius hominis autem vel equi vestigium repertum est, sed tantummodo in lutosis locis signa quædam & vestigia auium visa sunt.

*Exploratori monstrorum caput praciditur.*

Præterea pictorem quendam in Ecclesia nostra Colmariensi laborantem habuimus, infirmitatibus tribus læsum. Nam in colore mortuo videbatur similior quàm viuenti, semisurdus fuit auditu, & multum in lingua balbutiens. Quas infirmitates cùm audissem sibi per quoddam phantasma inflictas, à pictore quæ sequuntur ipse audiui. Cùm inquit, iunior in taberna cum sociis versus noctem conuixissem, nocte tetra solus iter arripui accinctus gladio, & versus villam aliā, quam mihi nominauit, properauit. visum est autem mihi cùm essem inter vineas, quædam terribilia obuiare non in ipso itinere, sed propè viam. Quo facto, de itinere salij, gladium eduxi, & versus locum phantasmatis iuuenili fatuitate & vini calore animatus, percussi in incertum. Cùm autem neminem viderem in ipso ictu, aerem nescio quem me pertranseuntem sensi, quo statim infectus, quas in me videtis infirmitates trinas contraxi.

*Morbi inflicti pictori Colmariensi à phantasmate quodam.*

Tempore etiam quo sacri imperij electores in causis fidei pro bonis regni Bohemiæ dietam in Nurēberga celebrarent: conuenerunt in eadem materia quadam die simul vno in conclaui multi Episcopi & tam sacræ paginæ, quā Canonici iuris quidam Doctores. Ibi enim Archiepis. Mogūtinus fuitit&q; Episcopus Herbipolensis, Augustēsis & si benè memini, Bambergensis: Et ego inter hos inferior & minimus. Seclusis igitur secularibus post finē tractatus fidei dominus Mogūtinus, de quo præmisi, vir magnæ industriæ & fide dign⁹, coram præfatis quod sequitur recitauit. Nominauit enim nobis quendam Rheni sibi benè notū militē cuius pro tunc filius viuebat, qui miles, super omnes penè inferiotis Alemaniæ nobiles semper extiterat minus in rebus bellicis imperterritus; gerebat autē & patiebatur nōnunquam propter suā animositatem, vel for-

titudinem ab aliis graues guerras propter quas non semper de die, sed nocturno tempore ad loca sibi cõmoda equitare solebat. Hic igitur quadã nocte coassumptis famulis per siluam circa Rhenum equitare voluit, & principium eiusdem intrauit. Antequã verò finem siluæ haberent, vltra quã cãpus latus iacebat, prout moris est eorũ qui verẽtur insidias, præmisit famulũ, vt in termino siluæ videret, an ne in cãpo insidiæ aliquę essent: Luna insplendente, vel astris lucentibus hæc videri poterant. Famulus igitur cùm per arborum ramos exploraret commissum, vidit per cãpi longitudinem exercitum satis mirabilem appropinquare in equis: quo viso cõsiderata nuntiauit militi qui ait: Stemus modicũ, quia verisimile est, pro huius exercitus posterioris custodia subsecuturos alios. Ad hos properabimus, & an inimici sint, qui præcesserunt, an amici experiemur, nec paucos timebimus. Deinde morula transacta, de sylua cum suis miles recessit, in campum venit & neminem nisi quẽdam equestrem, in equo sedente & in manu alium ducentem equũ eminus sequentẽ suos intuitus est. Ad hũc cùm miles veniisset, quis esset quæsiuit in hæc verba. Nunquid tu cocus meus es? Ita enim sibi à lõgin quo videbatur, paulò etiam antea cocus eiusdem militis vita functus fuerat. Qui respondit: Sum domine: Quid, ait miles, hîc facis? & qui sunt hi qui præcesserũt? Cui defunctus respondit: Domine hi qui pręcedũt sunt nobiles & armigeri tales & tales (multos enim nomine expressit proprio) quos oportet & me cũ eis ista nocte esse Hierosolymis: quia hæc pœna nostra est. Et miles iterũ: Quid sibi vult equus iste quẽ ducis nullo insedẽte? Ad vestrũ respõdit obsequiũ erit, si mecum ad terrã sanctã venire velitis. Securus esto, per fidem Christianã recedendo & reuertẽdo vos viuũ reducã, si meis obtemperabitis monitis. Tũc miles ait, Dieb⁹ meis mira attẽtaui, his hoc addã etiã mirabile. Dissuadentibus igitur illud famulis de equo proprio miles prosilit, defuncti equum ascẽdit, & ab oculis famulorũ vterque equester subtractus est. Sequenti autẽ die, famulis iuxta condictum expectãtibus, miles & defunctus redierũt ad locũ vbi primũ conuenerãt. Tunc defunctus militi ait: Me phantasmate omnino fictũ fuisse nõ credatis, duo quæ vobis donara, reseruate in mei memoriã: vnde protulit mappulã paruã de salamandra,

*Miles nobilis cum spectro quodam Hierosolymam eques profisicitur.*

*Dona à spectio militi donata.*

dra,& cultellum in vagina. Primum, inquit, cùm immundũ fuerit, igne purgate, nec ei nocebit. Alterum cautè tractetis: quia ab eo vulneratus, intoxicatus erit. Et ita defunctus ab oculis militis euanuit.

*Vuilhelmus Parisiensis de Vniuerso.*

Ex his prudens Lector colligere poterit nocturnos exercitus nonnunquam videri à bonis & à malis. Qui autem latius de taliũ natura scire cupit, legat deinde domini Vuilhelmi Parisiensis partem vltimam de vniuerso, & me ab eiusdem sententia declinasse non videbit.

*An defunctorum animæ sua exeant receptacula.*

*Piger*: An animæ defunctorum sua exeunt receptacula, & si sic, quæ hoc facere possint, & etiam quis præfatas apparitiones faciat bonus vel malus angelus quæro. *Theologus*: Sãctus Doctor tibi desuper respondet in 4. dist. 45. q. 1. sic dicens (sed põdera verba, quia grauida sunt sententiis) Secũdum, inquit, dispositionem diuinæ prouidentiæ aliquando animæ separatæ à suis receptaculis egressæ conspectibus hominum præsentantur, sicut Augustinus probat libro de cura pro mortuis, & de bonis exemplificat, vt de sanctis in cœlo. Et hoc etiam credi potest, quòd aliquando de damnatis contingat quòd ad eruditionem hominum & terrorem permittuntur viuentibus apparere, aut etiam ad suffragia expetenda, quantum ad illos, qui in purgatorio detinẽtur, vt per multa exempla patet 4. libro Dialogorum beati Gregorij. Nam glorificati, quando volunt, sed alij non nisi quando permittit Deus, nobis apparere possunt, quia si ita sunt pœnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant quàm curent viuis apparere. Et quamuis aliquando animæ sanctorum vel damnatorum præsentialiter adsint vbi apparent, non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando huiusmodi apparitiones fiunt vel in dormiendo vel in vigilando, operatione bonorum vel malorum spirituum ad instructionem vel deceptionem viuentium. Sicut etiam & viui homines aliquando aliis apparent & eis multa dicunt in somniis, cùm tamen constet eos non esse præsentes, sicut Augustinus per multa exempla probat libro de cura pro mortuis agenda. Hæc de Thoma.

*Anima mortuorũ, suffragia petẽtes viuorum.*

*Anima pœnis obruta magis de sua miseria dolent, quàm curent viuis apparere.*

CAP.

## CAPVT II

*Formica in publico ædificantes, multùm inquietãtur.*

FOrmicæ quæ domos ædificãt extra solitudines propè homines vel bestias, deuastationes sæpè patiuntur. Nam modò hominum curiositate, modò pecudũ conculcatione, nunc canũ inuestigatione, nunc etiã auiũ comestione, & aliis diuersis deturbationibus in mũdo vel prope mũdũ nidificãtes inquietãtur. Eísq; accidit sicut grano illi, quod secus viã cecidit, & venerũt volucres & comederũt illud: Mat. 13. Venit enim malus, id est, Diabolus, dicit glossa, & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est scilicet ager, qui seminatus est secus viam: ita exponit ipsa veritas Christus.

Memorandum est in proposito verbum allegatum Beati Gregorij 31, mora. supra libro 4 huius Formicarij, quinto cap. qui dicit super isto. Struthio obliuiscitur quòd pes cõculcet oua, & bestia agri conterat ea. Quid, inquit, in pede nisi transitus operationis accipitur? Quid in agro, nisi mundus iste signatur. de quo in Euangelio Dominus dicit: Ager autem est mundus? Quid in bestia, nisi antiquus hostis exprimitur, qui huius mundi rapinis insidians, humana quotidie morte satiatur.

*Diabolus humana satiatur morte.*

Possunt autem per formicas istas, quę stultè domum propè hostes collocãt, hi homines intelligi, qui domum & habitationem propriam cõtra insidias Diaboli Ecclesiasticis ceremoniis non studiosè muniunt. Nam aqua benedicta, omni die Dominica prout ipse exorcismus notãter in habitationibus fidelium deberet aspergi, & sal exorcizatum pro tunc fideliter sumi: se & sua, mane & sæpe quisque fidelis crucis charactere insigire, & à peccatis præsertim grauibus se immunem custodire, Angelúmq; proprium sæpè pro tutela inuocare, cum Diuino auxilio.

*Qua domum contra diabolum muniãt.*

*Vnde Dæmones in quibusdam ædibus tumultuetur.*

Piger. Iam coniicio, vnde fortassis quibusdam plaga quędam venit, vt in eorum habitationibus Dæmonum tumultus sæpè inquietudines ponant admirandas.

*Res gesta in minori Basilea de Dæmone in scrinio.*

Theologus: Hæc multis ex causis permittit Dei iustitia, aut misericordia, non tamẽ semper ex obmissione alicuius de prętactis circumstantiis, sed aliquãdo pro merito acquirendo patientiæ. De primo sume taliusmodi exemplum.

In minori Basilea paulo ante præsens generale concilium, domi

domicilium habuit quidã vir de mala vita,& fortè de maleficio satis suspectus:filiã hic habuit,quam in domo iuueni cuidam nuptui tradidit,& tandem senex pater ægrotare cepit. Ad filiam & ad filiastrum demonstrato quodam scrinio dixit.Hoc,ait,vasculum non moueatis, alioquin pœnitẽtia docebimini,sed in loco stare permittite post meũ decessum:Et ita in breui vetulus expirauit. Transacto autem tẽpore plurimo:nec filia nec eius maritus magni pendit patris iussũ.Sed de domo priori in aliã domũculã se transferentes,scrinium,quod satis modicũ fuit, portauit extra domũ versus nouũ hospitiũ,sed in ipso itinere tanti ponderis esse cepit,vt in ipso viriles artus deficerẽt,& exinde vxorem pro adiutorio inuocauit.Hæc autẽ vxor an postmodum in domo scriniũ aperuerit,vel quo alio modo incautè se circa vas habuerit,obliuioni tradidi. Vnũ cõstat,quòd in domũ nouã cũ infantulo,quẽ genuerant parentes prædicti venerunt.Et ecce subito vxor velut rabida, super cunas infãtis irruit,cũ necare volens.Quod maritus intuẽs, vt vxorẽ inuasit,& eã à Dęmone obsessã esse didicit,qui cũ exorcizarẽtur minatus est Dæmõ, se non exiturũ nisi eam necaret:& ita factum est super exorcistæ manibus.Altera die maritus per viã stratæ incedens publicè,casum lapidis recepit inopinatissimè de superiori parte cuiusdam canalis cadentis, & in facie cooperatione,vt videbatur,Dæmonis percussus est tam deformiter,vt homo vix videretur esse.

*Res gestæ in Diœcesi Argẽtinẽsi, de virginibus obsessis.*

In Argentinensi diœcesi duæ sorores vna cohabitabant domo:senior Margareta, iunior verò Barbara vocabatur. Senior matura,deuota & experta satis erat,& ambę castitatis propositum habuerunt:& ideo hostem eis insidiantem Dæmonẽ palam & clam multis annis sustinuerunt. Clam aliquando per serpentis iuniorem Dæmon sequebatur, vbi incessit in domo: aliquando versus aures sibi clamitabat, nonnunquam sonitus & strepitus terribiles faciebat quousque extranei etiam talia perciperent,qui domum eãdem intrauerant gratia alicuius operis expediendi.

*Quia antiquus serpens vocatur.*

Appropinquabat post tres circiter annos festum omniũ Sanctorum,super quo senior,quæ valdè deuota fuit,confiteri volebat:hanc dũ sacerdotẽ, in Ecclesia vellet accedere gratia confitendi, quidam malignus spiritus impulit ictu quo

quodã tã valido, vt ferè ad terrã caderet: nec tamen virgo à proposito destitit, sed postmodũ confessa est, nõ curãs impulsũ Dæmonis, quẽ tamen grauiter senserat infra modicũ tẽpus, postea sub specie magnæ muscæ venit aliquotiens Dæmõ auribus se appendens iunioris: aliquando per dorsũ eius extrinsecus: aliquando verò capiti insidebat. Et quandocunque sibi appropinquare voluit, prius ad spatium modicum sonitu quodam signum dare solebat sui aduentus.

*Quia Beelzebub vocatur.*

Tãdem cum iunior quadã nocte in ira notabili se ad lectũ posuisset: ob quã causam nescio: venit more solito Dæmõ, qui virginẽ possedit: & in capite tã validè pressit, vt putaret se perdidisse vsum rationis. Hoc autem coniacenti sibi sorori indicauit, sed illa eam iuuare de cætero non valebat. Nihil præterea post hãc obsessionem inquietudinis auditum est in domo, sed in vigilia Paschæ, & in sacris noctibus sequentibus iuuenis crudeliter à Dæmone vexabatur.

Hæc cùm ad me deducta esset (semper enim vtebatur ratione) adhortatus sum, vt confiteretur mihi sacramentaliter. Quod cùm prompto animo & deuoto incepisset, ita Dæmon se eius immersit faucibus, vt nullatenus loqui valeret concepta; probabam autem postea per certa verba, an aliqua lateret fictio fœminea. Sed luce clarius Diabolum in ea intuebar certis ex signis.

*Piger.* Scio quod per exorcistam tentatum fuit, quicquid circa eam fieri potuit, vt liberaretur, & tamen non fuit liberata à Dæmone pro tunc, quæ ergo causa huius fuit.

*Theologus:* Sex ex causis aliquis non liberatur, aut propter paruitatem fidei offerentium: aut propter peccata Dæmoniũ sustinentium, aut propter accommoda remedia adhibere negligentiũ: aut propter exorcistæ aliquod in fide vitium, aut propter reuerentiam virtutum in alio existentium.

*Quot ex causis quidam à Dæmonibus nõ liberentur.*

De primis duobus habes exemplum, Matth. 17. Et Marci 9. In parte vnici filij sui lunatici & discipulorum in Christi præsentia. Primo enim offerens & turba fide carebat, vnde pater cum lachrimis orauit: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et ad turbam Iesus ait: O generatio incredula & peruersa quousque ero vobiscum. De secundo videlicet de sustinente Dæmoniũ, Iesus increpabat eum, scilicet filium: quia vt beatus Hieronymus ibi dicit, propter peccata sua à Dæmone fuerat oppressus.

*Incredulitas parentum impedit quo minus Dæmon exturbetur.*

De

De tertio, de neglectu debitorũ remediorum patet, quia non fuerunt parentes boni & perfecti viri, vnde Chryſoſtomus ibi dicit: Columnæ fidei non aderant, videlicet Petrus, Iacobus, & Ioannes. Sed in transfiguratione Chriſti iam præſentes erant nec oratio & ieiunium aderant, ſine quibus Chriſtus ait: Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur. Vnde Origenes ibi dicit: Si aliquando oportuerit nos circa curationem tale aliquid patientium permanere, non admiremur, nec interrogemus, nec loquamur quaſi audienti ſpiritui immundo, ſed abigamus ieiuniis & orationibus ſpiritus malignos. Et gloſſa dicit. Hoc genus Dæmonij, id eſt, iſta carnalium voluptatum mutabilitas, ad quam ſcilicet ſpiritus ille inclinabat, non vincitur niſi ſpiritus oratione confirmetur, & caro per ieiunium maceretur.

*Tres columnæ fidei Apoſtolicæ.*

*Ieiunia & orationes Dæmonibus reſiſtunt.*

De quarto exorciſtæ vitio præſertim in fide patet ibidem de Chriſti diſcipulis compræſentibus: vnde poſtea ſecretò diſcipuli quærentes cauſam ſuæ impotentiæ. Reſpondit, propter incredulitatem veſtram: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi, & tranſibit. Vnde, Hilarius: Crediderunt quidem Apoſtoli, nondum tamen erant perfectæ fidei Nam Domino in mõte demorante, & ipſis cum turba reſidentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.

*Defectus in Exorcizante.*

De quinto patet in vitis patrum, vbi legimus aliquando obſeſſos non liberatos per ſanctum Antonium: eius autem diſcipulum Paulum liberaſſe.

De ſexto patebit infra, vbi de maleficiatis habebimus.

*De Dæmonibus inquietãtibus domos exempla.*

*Piger:* De inquietantibus domos da exempla.

*Theologus:* Vix iã decẽ ſunt anni tranſacti, quòd in ciuitate Norembergẽſi monaſteriũ noſtri Ordinis ſanctæ Catharinæ dictũ, cum extrema difficultate reformabatur per vndecim illuc tranſmiſſas deuotas reformatrices ab alio reformato loco. Fuerãt enim omnes ſorores in dicto monaſterio ad reformationem inuoluntariæ, & pro ſe complices ſibi in ciuitate nõ paucas habuerunt. Poſtquam igitur locus regulariter clauſus eſt & ceruicoſa gens ſexus fragilis colla iugo ſubmiſit obediẽtiæ, venit in monaſteriũ quidã Dæmõ, qui primũ ſonitibus nocturnis inſolitis moniales quaſdã infeſtabat. Quod cùm ad me venit, perſuaſi vt talia non crederent eſſe à Dæmone, ſed à muribus & glirib⁹, vel

*Moniales S. Catharinæ Norembergæ à Dæmone vexatæ.*

vel ex debilitate capitis: quia deliramenta suspicabar affuisse mulierum.

Altera nocte venit Dæmõ, & vnã de iis quæ rebelles extiterãt, vt puto sacristanam, matutinas pulsare volẽtem, ita compressit, vt eadem die putaretur sepulturæ tradi debere, & tandem tam de die quàm de nocte sic inquietabat conuentum præfatus Dæmon, vt per totam noctem oporteret per vices cuttodias vigilantium sororum ponere, quia nulla audebat sola incedere Fuit autem totus stupidus effectus sexus mollis & fœmineus, ita vt neque ego scirem quid cũ eis essem facturus: tamen orationes priuatas singulis iniunxi & publicas, patientiam habere prædicaui, & vt in domino confiderent sæpè suasi.

*Bonus finis vexationis Dæmonis.*

In præfato verò opere, licèt Dæmonis malitia aliquid acquireret (quædam enim dixerunt: Ecce quando latam viam & antiquam ambulauimus, hæc nobis nunquam acciderunt.) Sed tamen per Dei gratiam Diabolus plus perdidit hoc in ludo quàm acquisierit. Quia quasdam cerutcosas fœminas, quas ad plenum pietas reformatarum non valebat trahere, hoc phantasma adeò terruit, vt totius vitæ suæ facinora confiterẽtur sacramẽtaliter, vestes veteres deponerent, & nouas secundùm ordinis formam induerent & in aliam vitam nouam se transformarent. Hoc cùm Dæmon videret, tandem per Dei gratiam destitit, & nescio quo deuenit.

Tempore Constantiens. concilij in curia sororum deuotarum, quæ canonissæ regulares sunt, & vocantur monasterij Pilluruet propè Nurembergam, Eystetensis diœceseos, quidam spiritus nocturnis temporibus multos inquietare solebat, sed monasterium sororum ab intra nullatenus perturbabat, in domo verò Capellani & locis eidem conuicinis molestus multis extitit quibusdam strepitibus & sibilis ac pulsibus, non multum excellentibus sed manifestis: aliquando enim ad parietes percutiebat, aliquando verò ioculator varias mimorum fistulas, vt videbatur, flabat, & talia non nociua multùm faciebat.

*Fistuans Dæmon.*

Quidam interea frater de Conuentu Nurembergensi deuotus, & inde notus, circa festa quædam peritus est, vt Capellanum in Diuinis iuuaret, qui cùm in superiorem partem domus poneretur, & spiritum ignoraret, nocte phantasma

taſmata ſenſit, quòd ſibi tunicã, quam circa ſe poſitam habuit, abſtraxit. Et exinde frater clamare cepit: Fures, fures, ſuccurrite homines. Hoc campanarius, qui in eadem domo iacebat audiuit: & negotium intellexit, lumen accendit & clamantem adiit, eumqúe ſtupidum reperit, & veſtimenta, quibus tectus fuerat, diſtincta vidit per ſpiritum in camera. Scapulare autem fratris nullibi reperire potuerunt, quouſque tandem foramen quoddam ſatis paruum in pariete conſpexerunt. In illud enim ſpiritus ille ſcapulare ſtrictiſsimè conuolutum & glomeratum abſconderat. Finito verò anno vno aut circiter phãtaſma illud abceſsit.

*Damon exuãs fratrem ſcapulari & veſtibus.*

*Piger*: Quales, quæſo, mihi dicas, illi ſpiritus ſunt, qui ſic inquietant homines: an animæ ſunt ſeparatæ vel maligni ſpiritus Dæmonum.

*Theologus*: Prout ex ſine præcedentis capituli elicere potes, animæ non ſunt veriſimiliter, ſed omnino Dæmones, qui in multiplici ſunt differentia. Nam quidam neminem poſſunt lædere grauiter ſaltem, ſed ſolùm principaliter ioculationes exercent. Alij incubi ſunt vel ſuccubi, prementes nocturno tempore homines, vel peccato luxuriæ coinquinantes eos: alij verò ſunt, qui homines lacerandi vel necandi habent poteſtatem. De quibus ita dicit Caſsianus collati. ſenten. 1. Tot eſſe immundos ſpiritus, quot in hominibus ſtudia non dubiè comprobantur. Nam nonnullos eorum, quos etiam paganos vulgus appellat, ita ſeductores & ioculatores eſſe manifeſtum eſt: vt certa quæque loca ſeu vias iugiter obſidentes, nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes poterunt decipere, delectentur, ſed de riſu tantummodo & illuſione contenti, fatigare eos potius ſtudeant quàm nocere. Quoſdam verò ſolummodo in nociuis incubationibus hominum pernoctare. Alios ita eſſe furori ac truculentiæ deditos, vt non ſint contenti illorum tantummodo corpora, quos poſſederint, atroci delaceratione vexare, ſed etiam irruere ſuper eminus tranſeuntes, atque affligere illos ſæuiſsima cæde feſtinent, quales illi in Euangelio, videlicet Matth. 8. deſcribuntur. Similia dicit Vuilhelmus vbi ſuprà de vniuerſo.

*Differentia multiplex Dæmonum.*

*Dæmones pagani.*

*Ioculatorij dæmones.*

*Truculentiſſimi dæmones.*

## CAPVT III.



Rigus graue ouis formicarum ſuperueniens prolem impedit, aut naſci retardat, vel in toto necat. Niuium enim algor & frigoris magnitudo vitam adimit viuentibus & viuificandis ſæpè nocet.

*Diaboli niui comparantur.*

In frigore autem malorum corda intelligi poſſunt, quæ calore charitatis & à ſole iuſtitiæ aliena, torpore malitiæ vel perfidiæ ſunt plena: quo contra de forti muliere Prou. vltimo dicitur. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis. Vbi gloſſa: Frigora niuis ſunt corda malorum perfidiæ torpore algentia. de quibus dicitur videlicet Matth. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, quia corda niue illa opprimuntur, quæ ob ſuperbiam de cœlo corruentes in tenebris adhuc velut Angelum lucis oſtendere præſumunt, & habitum niueum pręferunt, quod Dei & angelorũ eius proprium eſt, ſcilicet niueo habitu ſuæ virtutis claritatem ſignare.

*Quid ſignificent duplices veſtes domeſticorum Eccleſiæ.*

Non timebit autem domui ſuæ à frigoribus niuis hæc mulier, quia credidit Deo dicenti, quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus, ſapientia ſcilicet ad hæreſes reuelandas, & patientia ad tollendas per totum hoſtium pugnas. Vel veſtiti ſunt duplicibus, quia promiſſionem habent vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Nunc adiuti à Deo ne deficiant, tunc autem in beatitudine Diuina viſione ditati. Item veſtiti ſunt duplicibus, vna veſte operis, altera mẽtis, fide ſcilicet & factis, ſacramentisque redemptoris imbuti & exemplis. Hæc in gloſ.

Per frigus igitur, quod prolificationi formicarum eſt nociuum, Maleficarum ſuperſtiones accipere poſſumus. maleficus enim dicitur quaſi malefaciens, vel malè fidem ſeruans, & vtrumque in maleficis, qui ſuperſtitionibus & operibus proximum lædunt, ſatis reperitur.

*Quot modis malefici nocere poſſunt.*

*Piger*: Superſtitionum ex beato Iſidoro ſcio multæ ſunt ſpecies, ſed quia de maleficis mentionem feciſti: Quot modis nocere poſſint proximis, nunc edicito.

*Theologus.* Septem mihi modi occurrunt, quibus ex parte eorum quæ ſunt hominis nocere poſſunt, ſed nunquam niſi Deo permittẽte: Neque eo quo nocere dicũtur tẽpore actionem

actionem vel passionem per se immediatè inferunt, sed per verba ritus vel facta quasi per pacta inita cum Dæmonibus, lædere dicuntur. Nam potius Dæmones hæc & immediatè læsiua inferunt.

Vnus igitur modus est, quo amorem malum ingerunt viro alicui ad mulierem aliquam, vel mulieri ad virum. Alius est quando odium vel inuidiam in aliquo seminare procurant. Tertius est in iis, qui maleficiati dicuntur, nevi generatiua vti valeant ad fœminam, vel viceuersa fœmellæ ad virum. Quartus modus est, cùm in membro aliquo hominem ægrotare faciunt. Quintus cùm vita priuãt. Sextus quando vsu rationis aliquem priuant. Septimus, cũ quocunque prædictorum modorum aliquem in suis rebus vel animalibus lædere quærunt cum effectu.

*Piger.* Peto de his funditus omnibus informari, quia quidam talia aut negant omnino, aut cautis naturalibus solùm ascribunt, aut in parte non ea concedunt.

*Theologus.* Funditus noscere talia ad modicum vtile esset, imò fortè quibusdam noceret; oporteret enim prohibitos inspicere libros, vel superstitiosa aliqua, quæ conscientiosum esset in tanta temporis egestate perlegere. Nec opus est scire talia latè, tibi præsertim, qui ex conditione status ad id non obligaris.

Verumtamẽ exempla tibi tradam, & doctrinas aliquas petito tuo accommodas, quas habeo partim à Doctoribus nostræ facultatis, partim etiam per experientiam cuiusdã probi iudicis secularis & fide digni, qui quæstionib⁹ & fassionibus ac publicis experientiis & priuatis talia multa didicit, cum quo latè & profundè sæpè cõtuli domino Petro videlicet ciue Bernensi in Lausanensi Diœcesi, qui multos vtriusque sexus incinerauit maleficos, & alios fugauit è territorio dominij Bernensium. Contuli insuper etiã cum domino Benedicto monacho sancti Benedicti ordinis, qui licet modò sit religiosus multũ Viennæ in reformato monasterio, tamẽ ante dicẽniũ adhuc in sęculo degens, fuit Necromanticus, ioculator, mimus & trufator apud sęculares nobiles insignis & expertus. Audiui similiter quædã de sequẽtib. ab inquisitore hęreticæ prauitatis Eduẽsi, qui nostri Ordinis fuit in Cõuẽtu Lugdunẽsi deuet⁹ reformãtor & in Eduẽsi Diœcesi multos de maleficiis reos inquisierat.

*Ex Necromãtico ioculatore & trufatore fit monachus.*

Sunt igitur, vel nouiter fuerunt, vt idem inquisitor & dominus Petrus mihi retulerunt, & fama communis habet circa districtum Bernens. dominij, quidam malefici vtriusque sexus, qui contra humanæ naturæ inclinationē, imò aduersus conditiones specierum omnium bestiarū, lupina specie excepta tantummodo, propriæ speciei infantes vorāt & comedere solent. Nam in oppido *Poltingen* Lausanensis Diœcesis, quidam dictus *Stadelin* grandis Maleficus, captus per prefatum Petrum iudicem loci, qui fatebatur se in certa domo vbi vir & vxor simul manēnt, vir per sua maleficia successiuè in vtero vxoris præfatæ septē circiter infantes occidisse, ita vt semper abortum faceret fœmina annis multis. Simile fecit in eadem domo omnibus pecoribus fetosis, quorum nullum viuum partum edidit in eisdem annis prout rei euentus probauit.

*De maleficis vorantibus infantes.*

Cumque antedictus nequam quæstionaretur, an in iis & qualiter reus esset, facinus aperuit, dicens: Subter limen ostij domus se lacertam posuisse, & si amoueretur, fœcunditatem inhabitantibus restituendam prædixit. Cùm autē serpens ille quæreretur sub limine, nec inueniretur, quia in pulueren: fortassis redactus erat, pulueres seu terram desuper positam asportabant: & in eodem anno vxori & omnibus iumentis domus fœcunditas restituta est. Præfato autem torto non sponte fatebatur: & demum per prædictum iudicem ignibus traditus est.

*Lacerta sub limine ostij impedit fœturam.*

Deinde antefato inquisitore mihi referēte hoc anno percepi, quòd in Lausanensi ducatu quidam malefici proprios natos infantes coxerant & comederant. Modus autem discendi talem artem fuit, & dixit, quòd malefici in certam concionem venerunt, & opere eorum visibiliter Dæmonē in assumpta imagine viderunt hominis. Cui discipulus necessariò dare habebat fidem de abnegando Christianismo, de Eucharistia nunquam adoranda, & de calcando super crucem, vbi latenter valeret.

*Cautela obseruanda si animantia sub liminibus non reperiantur.*

Fuit insuper fama communis, dicto Petro iudice mihi referente, quòd in terra Bernensium tredecim infantes deuorati essent intra pauca tēpora à maleficis: quamobrē etiam publica iustitia satis durè exarsit in tales parricidas. Cùm autem Petrus quæsiuisset à quadam capta malefica, per quē modum infantes comedereē. Illa respondit: Modus iste est.

Nam

Nam infantibus nondum baptizatis insidiamur: vel etiam baptizatis, præsertim si signo crucis non muniuntur, & orationibus hos in cunabilis, vel ad latera iacentes parentum, ceremoniis nostris occidimus, quos postquã putantur oppressi esse, vel aliunde mortui, de tumulis clã furto recipimus, in caldari decoquimus, quousque euulsis ossibus tota penè caro efficiatur sorbilis & potabilis. De solidiori huius materia vnguentum facimus nostris voluntatibus & artibus ac transmutationibus accommodatum: de liquidiori verò humano flascam aut vtrem replemus, de quo is qui potatus fuerit, additis paucis cerimoniis, statim conscius efficitur, & magister nostræ sectæ.

*Maleficarum aurũ potabile.*

Modum autem eundem alius iuuenis maleficus captus & incineratus, tandem licet vt credo verè pœnitens, distinctius referauit, qui manus dicti Petri iudicis vnà cum vxore *malefica* in persuasibili paulò antea euaserat. In Bernensiũ námque iudicio captus dictus iuuenis cum vxore, & ab eadem in distinctam turrim repositus, dixit: Si meorũ facinorum veniam cõsequi possem, omnia quæ de maleficiis scio, libens patefacerem. Mori enim video me oportebit. Cúmque per literatos, si verè pœniteret, audisset se veniam consequi posse omnimodam, tunc lætè se morti obtulit, & modos primęuæ infectionis ostendit.

Ordo, inquit, talis est quo etiã seductus sum: oportet primò, vt Dominica die, antequam aqua benedicta consecratur, Ecclesiam introire mox futurum discipulum cum magistris, & ibidem abnegare coram eis Christum, eius fidem, Baptisma & vniuersalem Ecclesiã. Deinde homagium præstare magisterulo, id est, paruo magistro (ita enim dæmonem & non aliter vocant.) Postremò de vtre bibit supradicto: quo facto, statim se in interioribus sentit imaginẽ nostræ artis concipere & retinere, ac principalis ritus huius sectæ. In hunc modum seductus sum, & vxor mea, quam tãtæ pertinaciæ credo, vt potius incendium sustineat, quam minimam fateri velit veritatem. Sed heu, ambo rei sumus. Sicut dixit iuuenis, ita reperta est per omnia veritas. Nam præco confessus iuuenis in magna contritione mori visus est, vxor verò testibus conuicta, veritatem nec in ipsa tortura fateri voluit, nec in morte, sed incẽdio præparato per hẽctorem eidem verbis pessimis maledixit, & sic incinerata est.

*Vnico potu mutantur animi abnegantium Deum.*

Ex prædictis iam liquet, quàm noxium sit frigus perfidiæ, quod infantes & partus solet occidere.

*An liceat maleficia ex locis, vbi ponũtur auferre.*

*Piger*: Est ne licitum maleficium de loco tollere.

*Theologus*. Antiqui negant, moderni concedunt, vtique benè. Sed sola opus est vnica distinctione: Quia aut tolli potest per aliud maleficium, seu per ritus alicuius malefici illicitos. Et id constat esse illicitum, imò potius homo mori deberet quàm in talia consentire. Aut tolli potest sine nouis superstitionis operibus, vt per motum localẽ: velut dictum fuit de puluere lacertæ. Et illud est licitum.

*Modus explorationis an aliquis maleficiatus sit.*

Exemplum de priori casu. Nam inquisitor Eduens. mihi referebat, quòd modus tollendi maleficium aut se vindicãdi in maleficio, talis practicabatur suo tempore. Venit enim aliquis læsus in se vel in suis, ad maleficam, sciscitans scire malefactorem. Tunc malefica plumbum liquefactum aliquotiens fundebat in aquam, quousque opere dæmonis in plũbo imago aliqua videretur: qua visa imagine, malefica quæsiuit ab explorante. In qua parte vis lædi maleficũ tuũ, & in eodem vulnere eum agnoscere. Cúmque explorator locum eligeret, statim malefica in eadẽ parte imaginis, quę in plumbo relucebat, fixuram vel vulnus per cultrum posuit, & locum vbi reum inueniret, indicauit. Nomen tamen nullatenus manifestauit, sed experientia teste maleficus per omnia lædi reperiebatur, sicut sua imago plumbea.

*A maleficis malefici non nominantur propriis nominibus.*

## CAPVT IV.

*Cõparatio alatarum formicarum.*

Alis carentes formicæ, vel nimium progredientes in publicũ ab aliis bestiis faciliter necantur: quia alis pennatæ multum se subleuant, ne bestiis terræ præda fiunt.

*Per alas notantur virtutes.*

Per alas autem virtutes intelliguntur, quia talibus multum boni feruntur. Vnde Ezech. 3. Descriptis volantibus animalibus dicit: Audiui post me vocem commotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco suo, & vocẽ alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Sic exponit beatus Gregorius libro 24. moral. Quid namque per alas animalium nisi virtutes debemus sentire sanctorum? quę dum terrena despiciunt, ad cœlestia volando leuantur.

*Despicientes terrena, subuolant vt Aquila.*

Vnde iam directè per Isaiã dicitur: Qui confidunt in Domino,

mino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ. Volantia itaque animalia alis suis se vicissim feriunt: quia sanctorum mentes, in eo quòd suprema appetunt, considerantes, inuicem alternis virtutibus excitãtur. Ala enim sua is me percutit qui exemplo sanctitatis propriæ me ad melius accendit, & ala mea vicinum ferio, si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo.

*Ala alam feriens.*

Illæ verò formicæ moniales, quæ virtutum pennis non sunt alatæ, vel quæ nimium suæ domus, Ecclesiæ videlicet Catholicæ limites incautè exeunt, in perfidiam incidendo; tales ab vrsis, per quos Malefici vel Necromantici possunt intelligi, faciliter deuorantur, sicut ij simplices pueri in figura, qui domos egredientes parentum, & Elisæum deridentes, ab vrsis deuorati esse leguntur, 4. Reg. 2.

*Formicæ Moniales alatæ.*

*Piger.* Quia de Necromanticis mentionem fecisti, quæro ánne differentia eorum sit à Maleficis, & si sic, quæ eorum sint opera.

*Differẽtia inter necromanticos & maleficos.*

*Theologus.* Necromantici propriè hi dicuntur, qui de terra superstitiosis ritibus mortuos se posse suscitare ad loquendum occulta ostentant. Qualis fuit illa olim pytonissa, quæ ad preces Sauli Samuelem se suscitare velle aduocabat, vt euentum belli patefaceret Regi, primo Regum 28. Qualis etiam Simon magus fuit pessimus, qui supra principis Apostolorum se auctoritatem præferens, defunctum se suscitare finxit. Ex accommodatione tamen vsus, nec necromantici dicuntur, qui per pacta dæmonum per fidem cæremoniis futura prædicunt, aut occulta reuelatione dæmonum aliquid manifestant, aut qui maleficiis proximos lædunt, & à dæmonibus sæpè læduntur.

*Necromantici qui communiter habeantur.*

Fuit, & hodie viuit Viẽnæ in monasterio, quod ad Scotos dicitur, Frater de quo præcedenti capitulo retuli, sancti Benedicti ordinis, hic in seculo existens, famosissimus fuit Necromanticus. Nam libros dæmonum de Necromantia habuit, & secundum eosdẽ satis miserabiliter & dissolutè vixit plurimo tempore. Habuit autem sororem virginem deuotam multũ, de ordine pœnitẽtium, cuius vt puto precibus frater à faucibus dæmonis erutus est. Compunctus enim, ad diuersa loca diuersorũ reformatorũ monasteriorũ venit, petẽs sibi sanctæ cõuersationis tradi habitũ. Sed quia giganteæ staturæ & terribilis aspectu erat, & in maleficiis

ac ioculationibus princeps aliorum, fidem vix aliquis viro dabat. Tandem autem receptus in antedicto monasterio in ipso ingressu nomen mutauit & vitam. Benedictus enim vocari cæpit: & secundum beati patris Benedicti regulam adeò profecit, vt infra paucos annos speculum religionis effectus, in Prioratus poneretur officiū: & in Ambone pro sæcularibus profectus, gratiosus est prædicator factus ad populum. Hic cùm adhuc esset nouitius, prout eo referente audiui, multas vexationes à Dæmonibus quos reliquerat sustinuit. Cùm enim confessus fuisset sacramentaliter quadam die, & virus suæ peruersæ vitæ euomuisset ob spem veniæ, sequenti nocte lucernam in manibus deferens, Dæmonem adesse sensit. Eandem námque lucernam violento ictu de nouitij manibus Dæmon excussit, & eum non modicū lædere molitus est. Sed vicit Christi miles huius vrsi tyrannidem, quia virtutum alas iam assumpserat, quibus per orationes sacras ab ore bestiæ liberatus est.

*Mutatio nominis in susceptione monachismi.*

*De Scafio in murem se conuertente.*

Præterea quemadmodum à supradicto Petro iudice audiui. In territorio Bernensium, & in locis eidem adiacentibus, à sexaginta circiter annis suprafata maleficia à multis practicata sunt: Quorum primus auctor fuit quidam Scafius dictus, qui publicè de hoc gloriari audebat, quòd quādocunque vellet, ipse se in omnium suorū æmulorum oculis velut murem facere valeret, & dilabi à manibus inimicorum suorum læthalium, & ita capitalibus inimicorum suorum manibus sæpè, vt dicitur, euasit. Sed cùm terminum suæ malitiæ Diuina iustitia facere voluit, tandem per hostes suos in stuffa quadam prope feneſtār quādam sedere explorabatur cautè: quo in loco, cùm nullum sibi insidiantium suspectum haberet, per feneſtrā gladiis & hastis inopinatè transfixus est, & ob sua facinora mortuus ibi miserabiliter. Hæc fraudis commenta discipulo qui Hoppo vocabatur, reliquit. Et idem supradictum *Stadelin* in maleficiis magistrum fecit.

*Huius Hopponis etiam Sprenger meminit.*

*Maleſici protrudentes in aquam infantes, & propè a quam ambulantes.*

Sciuerunt hi duo, quando sibi placuit, tertiā partem simi fœni vel frumenti, aut cuiuscunque rei vicini agro neminē videre ad proprium agrum deferre, grādines vastissimas & auras igneas cū fulminibus procurare, in aspectu parentum infantes prope aquā ambulantes in ipsā nullo videre proiicere. Sterilitatem in hominibus & iumentis efficere,

in

in rebus & corporibus proximos lædere, equos sub insessoribus, si strepam ascendere tenerent, phreneticos facere, de loco ad locũ per aera, vt putabant transmeare, à se cum capi deberent, fætores pessimos emittere, in se capiẽtium manus & animos tremorem magnum incutere, occulta aliis manifestare & quædam futura prædicere, absentia velut presentia conspicere, ictu fulminis nonnunquam quem vellẽt interimere, & multa alia pestifera procurare sciuerunt, vbi & quando Dei iustitia hæc fieri permisit.

*Maleſici delitescentes se prosequentes.*

*Piger.* Duo hîc scire vellẽ. Primũ vtrum ne Dæmones & sui discipuli talia maleficia in fulminibus, grãdinibus & similia, quæ dixisti, facere possent, de quibus aliqui dubitant. Secundo quæro, fateantur ne tales miseri, per quæ Diuina opera in suis machinamentis impedirentur.

*Theologus.* Ad primum respõdeo, haud dubiè possunt, sed non nisi Deo permittente. Nam Iob 1. & 2. Accepta potestate à Deo, statim Dæmon procurauit vt Sabbęi quingenta iuga boum & quingẽtas asinas auferrent, vt deinde ignis de cœlo descendens septem millia ouium incẽderet, & vt Chaldæi per tres turmas tria millia camelorum raperent, item septẽ filij & tres filiæ per vehemẽtẽ ventũ lapsu domus occumberent, & semper pueri multi vno dempto, vtiq, vlcere pessimo corpus sancti viri percuteretur, & vxor, & tres amici eius eum vexarent grauiter.

*Exemplo Iobi probatur potestas Satanæ in tempestates.*

Vbi sanctus Doctor dicit: Necesse est confiteri, quòd Deo permittente Dęmones possunt perturbationẽ aeris inducere, ventos cõcitare, & facere vt ignis de cœlo cadat. Quamuis enim natura corporalis non obediat ad nutum Angelis nec bonis nec malis ad susceptionem formarum, sed soli creatori Deo, tamen ad motum localem natura corporalis nata est spirituali naturæ obedire. Cuius indiciũ in homine apparet: nam ad solum imperium voluntatis mouẽtur mẽbra, vt opus à voluntate dispositũ prosequãtur: quæcunque igitur solo motu locali fieri possunt, hæc per naturalẽ virtutẽ non solùm boni, sed etiam mali facere possũt, nisi diuinatus prohibeãtur. Venti autem & pluuię & aliæ huiusmodi aeris perturbationes solo motu vaporum resolutorum ex terra & aqua fieri possunt, vnde ad huiusmodi procuranda naturalis virtus Dæmonis sufficit. Hæc Thomas.

*Quomodo naturæ corporalis subsit Natura spirituali.*

*Angeli boni & mali motui locali imperant.*

*Diaboli sunt Deo loco sororum.*

Mala enim, quæ nostris exigentibus peccatis in mundo

fiunt, Deus velut per suos tortores iustè per Dæmones solet infligere. Vnde gloss. super illud Psalmi: Vocauit famem super terrã, & omne firmamẽtũ panis cõtriuit, dicit sic: Hęc mala permittit Deus per angelos malos, quæ talibus præpositi sunt. Vocat ergo famem, id est, angelum fami prępositum. Hæc ibi.

*De impedimẽtis maleficorum.*

Porrò quoad secundum dubium, noueris indubiè maleficos multipliciter impediri posse. Nã ita fatebantur multi in torturis, & difficulter quidam: alij verò sponte.

Et quantum ex prædicti Petri verbis in summa collegi, quinque sunt per quæ multum impediuntur. Aliquando in toto, aliquando in parte, aliquando ne in persona hominis fiant, aliquando ne in suis amicis, videlicet fidẽ integrã vel Dei præcepta in charitate seruantibus, se signo crucis & oratione munientib. ritus & cæremonias ecclesiæ colentibus, publicam iustitiam benè exequentibus, & Christi passionem verbo vel memoria ruminantibus.

De primo & secundo exempla talia mihi Petrus quæ suprà retulit, quæ audierat de supradictis maleficis.

Cũm, inquit, quidam simplex, sed non rectus, maleficum me inuocaret, vt inimicũ suum vita priuarẽ aut in corpore læderem grauiter fulminis ictu vel modo alio, vocaui ego magisterulum, id est, Dæmonem, qui mihi respondit, quod neutrũ facere posset: Habet, inquit, fidẽ bonam & diligenter se signo crucis munit: idcirco nõ in corpore, sed in vndecima parte fructuũ suorũ in cãpo si libet, ei nocere possũ.

Noui veteranam quandã virginem, quæ Serioſæ nomen habuit, in diœceseos Cõstantien. finibus: hæc mater omniũ in vicina existens virginum, & speculum ad viuificæ crucis signum & ad Christi passionem summam gerebat fiduciã: manebat autem in tugurio villagij pauperculi, ipsa volũtate pauper in terra: vbi nonnunquam maleficia satis locum habere dignoscuntur. Huius amicus in pede graui læsus fuit maleficio, à quo nulla arte sanari poterat. Post multa autem in cassum adhibita remedia, visitauit prædicta virgo infirmum qui ab ea petiuit vt pedi benedictionem aliquam applicaret, annuit illa: & silenter tantummodo orationem dominicam & Apostolorum symbolum cum geminatis viuificæ crucis signis applicuit.

Tunc statim infirmus curatum se sentiens, scire voluit in remedium futurorum, quid carminationis virgo appli-

cassset. Quia respondit: Vos mala fide vel debili, Diuinis & approbatis exercitiis Ecclesiæ non inhæretis, & carmina ac remedia prohibita crebrò vestris infirmitatibus applicatis. Idcirco rarò in corpore & semper in anima per talia lædimini. Sed si in orationum & signorum licitorum efficaciam speraretis, faciliter sæpè curaremini. Nihil enim tibi applicui, nisi Dominicam orationem & Apostolorum symbolum, & iam sanatus es.

*Maleficia impediri caremoniis Ecclesiæ.*

Præterea constat, quòd malefici de ritibus Ecclesię seruatis & veneratis sua maleficia præpediri fatentur: vt per aquę benedictæ aspersionem, per salis cõsecrati sumptionẽ, per cãdelarum die purificationis, & palmarum, in die palmarũ consecratarum, vsum licitum, & per similia: quia ad hoc talia Ecclesia exorcizat, vt vires Dæmonis minuant.

*Veneratio Magistratus enervat maleficia.*

De publica verò iustitia hoc omnes malefici, qui suprà verbo & experientia testimonium dederunt, quòd eo ipso, quo per reipublicæ iustitiæ officiales capiuntur, statim omnis maleficorũ eneruatur potestas. Vnde cùm sæpè dictus iudex Petrus antefatum. *Stadelin* capere vellet per suos famulos, tãtus tremor manibus eorum incussus est, & corporibus & naribus illapsus tã malus fœtor, vt ferè desperarẽt an maleficũ inuadere auderẽt. Quibus iudex ait. Securè miserum inuadite, quia publica tactus iustitia omnes vires perdet suæ nequitiæ. Et ita rei probauit exitus siue effectus.

*Quomodo tẽpestates maleficæ concitent.*

Idem iudex tale dedit exemplum. Cũ ait *Stadelin* captiuassem, qui grandinibus terram ex fame grauissimè læserat, & per fulmina plura vastauerat, quæsiui à reo de veritate, qui post quartum ad chordas tractũ, primò respõsum mihi dedit tale: Faciliter grandines procuro, sed ad libitum lædere nõ valeo, sed eos tãtũ modo, qui Dei destituti sunt auxilio, qui signo crucis se muniũt, fulmine meo nõ interibũt. Cui iudex. Quomodo ad tẽpestates & grãdines cõcitandas procedetis. Respõdit reus. Primò verbis certis in cãpo principẽ omniũ Dæmoniorũ imploramus, vt de suis mittat aliquem à nobis designatum, percutiat deinde, veniente certo Dæmone, in campo aliquo viarum pullũ nigrum immolamus, eundem in altũ proiiciendo ad aëra. Quo à Dæmone sumpto obedit, & statim auram concitat, non semper in loca designata à nobis, sed iuxta Dei viuentis permissionem grandines & fulgura proiiciendo.

*Pulli nigri immolantur.*

Subinde

Subintulit iudex tertio quærendo: Possunt ne per aliqua tempestates tales remediari, à vobis concitatæ & à Dæmonibus. Respondit, possunt per hæc verba. Adiuro vos grandines & ventos per tres Christi diuinos clauos, qui Christi manus & pedes perforarunt, & per quatuor Euangelistas sanctos Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem, vt in aquam resoluti descendatis.

*Quomodo tẽpestates adiurationibus impediantur.*

Ex quibus iam liquet, quòd omnipotentis Dei clementia & sapientia quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, disponit etiam istorum pessimorum hominum & Dæmonum maleficia suauiter: ita vt dum perfidia sua Christi regnum & fidem quærant minuere & infirmare: eandem in multorum cordibus firment & radicent validius. Vtilitates enim plurimæ fidelibus ex præfatis malis possunt euenire: quia sic fides roboratur, Dæmonis malitia inspicitur, Dei misericordia & potestas manifestantur, homines ad custodiam sui actuantur: & ad reuerendam Christi passionem & cæremonias Ecclesiæ accenduntur.

*vtilitates ex maleficiis pulsis emergentes.*

## CAPVT V.

*Viscosa præpedire formicas.*

Viscosis humoribus & tẽpestate ab incessu & à labore formicę præpediuntur: quia per viscosa incedentes, vel bituminosa loca, talibus imbecilla animalia adhærẽt, sicuti tẽpestatibus cõcutiũtur in corpore, & via eis incedendi præcluditur.

*Occasiones voluptatum comparantur cũ bitumini.*

Per viscosa aut bituminosa loca occasio carnalium voluptatum designatur simulatè in Christiana fide viuẽtium, quia his allectamentis ad benè operandum non valet egredi, sed in eisdem potiùs terrenis captiuatur deliciis.

*Montana significant virtutes.*

In cuius typum, in loco vbi ceciderunt Rex Sodoma & Gomorræ, cũ suis cõplicibus, per quos luxuriosi & incontinentes designantur, fuisse leguntur, in valle siluestri multi bituminis putei, in quos tuentes prolapsi sunt, in corporis videlicet voluptates varias: inculti enim mores, vt dicit glossa ibidem, in profundum malorum pertinaces trahunt. Qui autem remanserant non occisi, vt ibidem sequitur, ad montana, id est, ad virtutum culmina fugerunt.

Hic Bernardus homilia 9. super cantica dicit: Viscus quidem

quidem praui desiderij & delectationis terrenæ animam volare non patitur,& citius retrahit mentem, si fortè aliquando subleuatur per tempestatem : etiam voluptuosi à bonis exercendis præpediri dicuntur. Quia carnalium voluptatum sectatores, humano deliniti fauore velut effœminatæ ad ardua virtutum opera efficiuntur. De quibus Iob 36.dicitur:Morietur in tempestate anima eorum,& vita eorum inter effœminatos:vel,vt alia translatio habet : & vita eorum vulnerabitur ab angelis.

*Voluptas effœminati.*

Vbi beatus Gregorius libro 26. moralium dicit : Simulatores,qui vitæ suæ custodiã negligunt, in tempestate mori referuntur:hinc quippe eos turbo subitus internæ percussionis eiicit,quos arrogantia externi fauoris extollit, & vita eorum inter effœminatos. Si enim verisimiliter viuerẽt, laus transitoria nulla eos corruptione vitiaret. Vnde electis Propheta suadet, dicens : Viriliter agite & confortetur cor vestrum.Illicò subdit(quasi sexum cordis minuere curàuerit)Luxuriosa quippe mens corrumpitur, si rebus transitoriis delectatur. Igitur simulatorum vita inter effœminatos moritur, quia luxuria corrupta reperitur. Translatione verò vulneratus ab angelis.Vtrumque tamen , & si sermone discrepat, tamen ratione concordat : quia effœminatorum vitam angeli vulnerant, dum nuncij veritatis eam iaculis sanctæ prædicationis impugnant.

*Luxuria mutat sexum cordis.*

*Piger.* Multos audiuimus nostris temporibus per maleficos ad amorem alienarum fœminarum adeò succendi, & fœminarum ad viros non suos, vt nulla confusione,plagis, verbis aut factis ad desistendum cogi valerent. E diuerso inter sexũ vtrumq; matrimonij sacramento cõiunctum nõnunquã experti sumus odia talia suscitari per maleficia, & similiter infrigidationes generatiuæ potentiæ,vt nec redditionem nec exactionem debiti matrimonialis locum pro prole valerent habere. Cùm igitur amor & odium in anima existant , animam secundùm omnes tuæ professionis compotes Dæmon intrare nequit. Quid hîc sit veritatis vel falsitatis scire expedit, quia amore muliebri velut visco irretitur animus,& odio radicato quasi tempestate frigidissima ad proximi fauorem frigescit homo, & ita ad laborem meritorium progredi ratio non valet.

*De amore vel odio maleficiato.*

*Quomodo Dæmon intret & regat interdũ animam hominis.*

*Theologus* : Quamuis secundùm concordem nostrorum doctri

doctrinam, Dæmon in intellectum vel voluntatem hominis operari immediatè nequeat: tamen secundum eosdem in corpus & in potentias alligatas corpori Deo permittendo agere valet, siue sint sensus interiores siue exteriores. Vnde Iob: Et Dæmoni Deus ait: Ecce in manu tua, id est, in potestate est Iob, quoad corpus, veruntamen animam illius serua. Tangis itaque in tua quæstione tres difficultates: videlicet, quomodo philocaptio & odium in voluntate, & maleficium in potentia generatiua causentur.

*De philocaptione triplici.*

De philocaptione igitur, seu amore inordinato vnius sexus ad alterum, scire debes, quòd triplici de causa oriri potest. Aliquando ex sola incautela oculorum: Aliquando ex tentatione Dæmonum tantum: aliquando verò ex maleficio necromanticorum similiter & Dæmonum.

*Genes. 34.*

De primo dicitur, Iacobi 1. Vnusquisque tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus, deinde concupiscentia cũ cõceperit, parit peccatũ: peccatũ verò cùm summatũ fuerit, generat mortẽ Sic Sichẽ cùm vidisset Dinam exeuntem ad videndum mulieres regionis, adamauit eam & rapuit, & dormiuit cum illa, & conglutinata est anima eius cum ea. Et secũdum gloss. infirmæ animæ sic accidit, quando postpositis propriis aliena negotia curat, seduci consuetudine, & fit vna vnitate consensus cum illicitis.

*De philocaptione ex Dæmonum tentatione orta.*

De secundo, quòd oriatur ex tentatione Dæmonũ principaliter. Sic Ammõ sororẽ suã Thamar speciosissimã adamauit & deperierat in ea valde, ita vt propter amorẽ eius ægrotaret 2. Reg. 13. Nõ enim in toto, vel vix tã corruptus esse videretur, vt in tantum facinus stupri prosiliret, grauiter tentatus à Diabolo si non fuisset. Vnde gloss. ibidẽ. Hoc monet nos, vt semper cautè agamus, ne vitia in nobis dominentur. Et princeps peccati qui falsam pacẽ periclitantibus spondet, nos paratos inueniens de improuiso trucidet.

*De philocaptione Eremitarum Apostoli Pauli philocaptio.*

De hoc secũdo genere amoris refertus est liber sanctorũ patrum qui refert omnẽ tentationẽ carnalis amoris sibi in eremis subtraxisse quosdã: qui tamen vltra quam credi potest amore mulierũ tentabantur aliquoties. Vnde & 2. Corinth. 12. Apostolus dicit: Datus est mihi stimul⁹ carnis meę, angelus Satanę, qui me colaphizet: Vbi glossa sic dicit tentando per libidinem. Datus est mihi stimulus, vt quidã aiunt. Tentatio autem cui non consentitur, non est peccatum,

cum, sed materia exercendæ virtutis. Hoc intellige dictum de tentatione, quæ est ab hoste, non à carne, quæ peccatum est veniale, si ei non consentiatur: hæc ibi. Et de hoc amore habes exemplum etiam in Formicarij nostri libr. 1.

*Tentatio cui nõ consentitur an sit peccatũ.*

De tertio, quòd amor illicitus proueniat ex maleficiis Dæmonum & idololatrarum ostenditur hoc Ezech. 23. sub metaphora mulieris de Israële, qui populus iam sequebatur idola & maleficia Assyriorum. Insanuit, inquit, in amatores suos in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites ascensores equorum. Quos omnes constat maleficos habuisse vel idololatras.

*Quibus modis Dæmon in Imaginatiuã & generatiuam possit agere.*

Per quem modum autem Dæmon in potentiam imaginatiuam, in phantasiam & in generatiuam possit agere respondet Petrus de Palude 4. dist. 34. quinque modis. Habet enim ex hoc, quod est spiritus, potestatem super creaturam corporalem ad motum localem prohibendum vel faciendum: vnde potest corpora impedire ne sibi appropinquent vel directe vel indirectè, interponendo se in corpore assumpto sicut accidit sponso, qui desponsauerat idolum, & nihilominus contraxerat cum quadam iuuencula, nec propter hoc poterat eam cognoscere.

*Desponsat sibi quidã idolum.*

Secundo modo hominem inflammare ad actum illum vel refrigerare ab actu illo, adhibendo occultas virtutes rerum, quas optimè nouit ad hoc validas. Tertio turbando æstimationem & imaginationem, qua reddit mulierem exosam. Quia potest in imaginatione imprimere. Quarto reprimendo directè vigorem membri fructificationi accõmodi, sicut & motum localem cuiuscunque organi. Quinto prohibendo missionem spirituum ad mẽbra: in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat, vel ne ab eis recedat, vel ne excitetur, vel emittatur, vel multis aliis modis.

*Dæmon potest intercludere viã seminis.*

*Impotentia ex gallorũ testiculis procurata.*

*Cur actus Venereus multũ afflictetur.*

Cũ aute faciunt mulieres sortilegia cum fabis & gallorũ testiculis, non est credendũ, quòd virtute illarũ rerũ vir impotens reddatur: sed occulta virtute Dæmonũ, illudente sortilarias per ista corporalia. Plus autẽ permittit Deus super hunc actum, per quem primum peccatum diffunditur, quàm super alios actus humanos, sicut & super serpentes qui magis incãtationibus deseruiunt, quàm alia animalia.

*Serpentes magis incantationibus subiacent, quàm alia animantes.*

Exem

Exemplum autem de inflammando ad actum illum habetur in legenda beati Basilij de virgine, quæ seruum parentum concupiuit & desrigerando sponsum, seruum cognoscere non potuit, vt de illo qui idolum desponsauit, & sponsam cognoscere non potuit.

Idem etiam de muliere est, quia potest imaginationem eius sic dementare, vt exosum habeat virum, quòd pro toto mundo non permittat se cognosci, iterum per motum localem corpore interposito, vel vase obstructo, potest Dæmon per maleficium impedire mulierem, licet virum in pluribus modis, ideò vir sæpius maleficiatur quàm mulier. Et magis permittit Deus in peccatores desæuire Dæmones, quàm in iustos. Vnde angelus dixit Thobiæ: In illos, qui libidini vacant, accipit Dæmonium potestatem. Licet aliquando in iustos, sicut in Iob: propter quod debent facere confessionem & huiusmodi: ne ferro manente in vulnere, frustra sit malagma apponere.

*An philocapiantur existens in charitate.*

*Piger.* Mihi adhuc occurrit de visco carnalis amoris dubium, vtrum in charitate extes amore tali maleficiari valeant.

*Theologus*: Responsum huius accipe ex Cassiani verbis quibus collatione 2. abba. Sereni, in hæc verba concludit: Diffinit, inquit, beatus Anthonius, nullatenus Dæmonẽ posse mentem cuiusquam vel corpus inuadere, nec habere facultatem in cuiuslibet animam penitus irruendi, nisi eam primò destituerit omnibus cogitationibus sanctis, ac spirituali contemplatione vacuam nudámque reddiderit. Non tamen ista ita intellige, vt Dæmones amore præfato in charitate exeuntes non impugnent, & similibus, sed tales expugnare non valent, si armis virtutum & naturalium donorum resistere volunt. Talia, inquit Philosophia primo de consolatione ad Boetium, tibi contuleramus arma, qui prior nisi abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur.

Vnde Cassianus ibidem refert de duobus paganis, Philosophis & maleficis, qui per tres gradus differentes in malitia, successiuè per sua maleficia Dæmones miserunt ad cellam beati Anthonij, vt eum tentationibus exinde fugarent, odio viri sancti infecti, eò quòd multitudo populi ad eum quotidie veniret. Qui Dæmones beatum Anthoniũ, vt postmodum ad fidem conuersi, fatebantur Philosophi

phi, amariſſimis cogitationum ſtimulis pulſauerunt: quos tamen repulit crucis ſigno pectori & fronti impreſſo, & orationum incubationibus inſiſtendo.

Exemplum tamen ſatis terribile nouiter tactũ Vincentius in ſpeculo refert hiſtoriali ex geſtis beati Baſilij magni: cuius tempore dives quidam vnicam filiam habuit, quam conſecrare domino diſponebat: quam ſeruus diuitis habere non valens in coniugio, maleficam adiit, Dæmonem inuocauit, eidem chartam abnegationis fidei tradidit & fornicationis, Dæmonem mitti obtinuit ad filiam, quam accendit adeò, vt in terram volutata clamaret ſe propter ſeruum torqueri, & pro liberatione ſui ſeruo per patrem in matrimonium tradi: Quod etiam ideo factum eſt per patrem mœſtiſſimo corde, tandem tamen iuuenis ſeruus liberatus eſt per beatum Baſilium.

*Matrimoniũ ex maleficio impetratum.*

Et in primo Dialogorũ refert beatus Gregorius de quodam maleficorum principe, qui à Roma incineratis ſociis, in monachi habitu fugit, Baſilius nomine, qui etiam tunc ſe à ſancto Equitio pro monacho recipi procurauit, & in monaſterio monialium ſtatim abſente Equitio monialem pulchriorem in tanto maleficauit, vt febricitaret, anxiaretur, magnisque vocibus & ſtridoribus clamaret. Modò moritura ſum, niſi Baſilius monachus veniat, & ipſe mihi per ſuæ curationis ſtudium ſalutem reddat. Quod cum ſancto Equitio nunciaretur, virginem verbo ſanauit abſens, & maleficum expelli de loco iuſſit.

*Maleficus ſub monachi habitu maleficia exercet.*

*Piger.* Cùm poteſtas Dæmonis impediatur aliquando diuino nutu, quæro quot modis hoc fiat.

*Theologus:* Quinque modos exprimit Hugo ſuper 2. diſt. 7. Primò per terminũ ſuæ poteſtati à Deo impoſitum, ſicut Iob primo & ſecundo tangitur. Secundò per miraculũ impoſſibilitatis exterius factũ, vt in aſina Balaam, Num. 22. Tertiò per impedimentũ extetius adhibitũ, vt in duobus diſcipulis acriſia percuſſis. Lucæ vltimo. Quartò per Dei iudicium de intus diſponẽtis per obſtaculum boni Angeli, vt de Aſmodæo interficiente ſponſos Saræ vxoris Thobiæ, eiuſdem 11. Quintò per cautelam ſui ipſius, quia non vult aliquando quod poteſt, vt peius fiat, vt 1. Cor. 5. de Corinthio, quem vexauit excommunicatum. Aliquando etiã non vult propter peccati abominationem & pudorẽ, vt Angeli

*Quinque modis impeditur demonis poteſtas diuino nutu.*

*Intelligit diſcipulos in Emaus euntes.*

*Deus nõ vult ſemper quod poteſt.*

*Dæmones qui quædam abominantur.*

mali propter nobilitatem sui, in qua creati sunt, abominantur tentare de vilibus peccatis, & de Sodomia, vel etiã de fornicatione simplici, neque ad hominem, quando fornicatus est, accedunt, maximè prima die vel secunda, propter peccati recentiam. Vnde Ezech. 16. Multiplicasti fornicationem ad irritandum me, &c. Ibid. Dabo te in animas odientium te, id est, Dæmonum, qui erubescunt in via tua. Hæc Hugo 2. sententiarum.

## CAPVT VI.

*Formicæ ebrietate amentes.*

OVæ formicæ sibi à vino vel à vappa non cauent, subitò in ebrietate, & grauiter quasi amentes nutabundæ incedunt, ita vidi per experientiam dulcia enim sequuntur auidè, quæ si consperſa fuerint pane, vino intincto, ex his cibis inebriantur.

*Voluptates inebriant mentes & ideo faciũt amentes.*

Per tales formicas fatuas inebriatas vino, hi possunt intelligi, qui voluptatibus inebriati huius seculi, velut amentes & oratione carentes carnalia prosequuntur per insanias falsas. Quos in persona Dei Esaias 10. sic alloquitur: Audi hæc, paupercula, & ebria, & non à vino, hæc dicit dominator Dominus tuus & Deus tuus. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, nõ adijciam vt bibas illum vltra. Per vinum autem luxuriam debere intelligi docet Prouerb. 20. Salomon, cùm dicit: Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit sapiens. Et 21. ibidem. Qui diligit epulas in egestate erit, qui amat vinum & pinguia non ditabitur. Et in Psal. 106. de his, qui inebriati sunt non à vino, iterum dicitur: Anima eorum in malis tabescebat, turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est, propter quod ad Ephes. 5. dicit Apostolus. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, Domino gratias agentes.

*Ebrietas est res tumultuosa.*

*Pinguia non amanda.*

*Piger.* Ex superiorib⁹ satis iã video, nõ minorẽ vesaniã vel ebrietatem pati philocaptum, quàm eum qui vino madere cõspicitur. Idcircò nũc edoceri cupio in trib⁹ quæ remedia adhiberi debeãt talib. vt sanẽtur, nedum ipsi, sed qualitercũq; in potentia generatiua maleficiati. Deinde quomodo hi sanari valeãt, qui sine maleficio philocapiuntur. Postremo

vtrum

vtrum ne bonus ſpiritus tantum caſtitati conferre poſſit in beneficio, ſicut malignus ſpiritus per ſuos dare c onſueuit in maleficio.

*Theologus.* Pro ſolutione primi noſcere debes, quòd quinque sũt remedia, quæ pro talibus licitè applicari valẽt: videlicet ad ſanctorũ aliquorũ limina peregrinatio, ſigni crucis & orationis deuotæ multiplicatio, peccatorũ ſuorũ vera confeſſio vel contritio, per verba ſobria licita exorcizatio, & cauta maleficij ablatio. De primo habuiſti exẽplum ſuprà li. primo c. 4. Et idẽ eſt de ieiuniis, abſtinẽtiis & aliis reuerẽtialibus obſequiis, ſanctis certis oblatis. De ſecũdo præcedẽti capitulo audiſti: quomodo talibus ſe Beatus Anthonius à tẽtatore defendit. De tertio ibidẽ Petri de Palude cõſiliũ, quod ante eũ ſanctus Thomas & alij Doctores ſuaſerunt, etiã perpendiſti. De vltimo dictum eſt nuper 3. c. Et in penultimo de exorciſmis omnes penè de hoc loquẽtes catholici ita fieri poſſe admittũt, vnde in 4. diſtinct. 6. Sanctus Thomas dicit: Propter peccatum hominis Diabolus poteſtatem accipit in hominem, & in omnia quæ in vſum hominis veniunt, in ipſius nocumentũ. Et quia nulla conuentio eſt Chriſti ad Belial: Ideo quandocũque aliquid ſanctificandum eſt ad cultum Diuinum, prius exorcizatur, vt liberatũ à poteſtate Diaboli, qui illud nocumentũ hominis aſſumere putatur, Deo cõſecretur. Et hoc patet in benedictione aquæ, in conſecratione templi, & in omnibus huiuſmodi: Vnde cùm prima conſecratio, qua Deo homo conſecratur, fit in baptiſmo, oportet etiã quòd homo prius exorciſetur multò fortiori ratione quàm aliæ res. Quia in ipſo homine eſt cauſa, quare Diabolus poteſtatẽ accipit in hominẽ, & in quæ ſunt propter hominẽ, ſcilicet peccatũ originale vel actuale. Et hoc ſignificant ea, quæ in Exorciſmis dicũtur, cũ dicitur: Recede ab eo, Satana. Hæc Tho.

*Quomodo maleficiati in potẽtia generatiua ſanandi.*

*Exorciſatio ad ſanctificãda ea, quæ adhibentur ad diuinum cultum.*

Idem dicunt Doctores, licitum eſſe de applicatione Exorciſmorũ contra poteſtates Dæmonis. Sed ibi cauendum eſt ne character aliquis ignotus, aut verba ignota ſint, aut aliud ſuperſtitioſum.

Sed tamen non obſtante applicatione omniũ præfatorũ remediorum, adhuc aliquãdo maleficiatus à pœna nõ abſoluitur, licet à reatu vel peccato, per quod incurrit maleficiũ, abſoluatur. Vnde sãctus Tho. in 4. diſt. 34. dicit. Male-

*Maleficia quædam reperiuntur perpetua.*

ficium quandoque ita esse perpetuũ, quòd non possit habere remedium humano opere, quamuis Deus possit præstare remedium, dæmonium cogendo, vel etiam dæmoni resistendo. Non enim semper oportet, vt quod per maleficium aliquod factũ est, possit per maleficiũ aliud destrui, vt ipsi malefici confitetur. Et tamẽ si possit per maleficiũ remediũ adhiberi, nihilominus peccatũ reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxiliũ per maleficiũ inuocare.

Similiter non oportet, quòd si propter peccatum aliqua data est diabolo potestas in aliquem, quòd cessante peccato cesset potestas: quia pœna interdum remanet, culpa trãseunte. Similiter etiam exorcismi Ecclesiæ non valent ad reptimendum dæmones semper, quantum ad omnes molestias corporales iudicio Dei hoc exigente. Semper tamen valent contra illas infestationes dæmonum, contra quas principaliter instituti sunt. Hæc Thomas. Sed multum cauendum iis, qui diuinis præceptis & Ecclesiæ humanam sanitatem præponunt, ne maleficos inuocent pro remediis.

*Remediis Maleficorum sæpè res in deterius eunt.*

Quia eorundem inuocatione posteriora nonnunquam peiora prioribus fiunt: Vt in exemplo deducit S. Gregorius primo dialogorum, de fœmina, quæ ab vno dæmone possessa, per maleficos, dum liberari attentabatur, legio sub maleficorum operibus statim eam intrauit.

*An non habens ordinẽ exorcizare valeat.*

*Piger.* Habeo adhuc tria dubia de Exorcismo: An non habens exorcizator ordinem exorcizare dæmones licitè valeat. Secundò, quæ sit differentia inter effectum aquæ benedictæ, & exorcismi, cùm vtrunque contra dæmonis molestam ordinetur. Tertiò, an exorcismus tantum significet, vel etiam an aliquid efficiat.

*Theologus:* Ad primum & ad alia respondet sanctus Doctor. Ad primum dist. 23. quòd sic in 4. In ordine, inquit, exorcizator, & in aliis minoribus ordinibus omnibus, cùm conferuntur, recipitur potestas, vt quis hoc vel illud ex officio facere possit, puta exorcizare. Et idem, à non habentibus ordinem, licitè fieri potest, non vt ex officio: quamuis illi hoc non habeãt ex officio. Sicut in domo non consecrata potest dici Missa, quamuis consecratio Ecclesiæ ad hoc ordinetur, vt in ea Missa dicatur. Sed hoc tunc magis pertinet ad gratiã gratis data, quã ad gratiam sacramẽti.

*In non consecratis ædibus missa dici potest.*

Ad secundũ respondet dist. 6. dicens: Diabolus impugnat nos

nos ab exteriori & interiori: aqua ergo benedicta ordinatur contra impugnationē diaboli, quæ est ab exteriori. Sed exorcismus cōtra impugnationem diaboli, quę est ab interiori. Vnde illi, cōtra quos datur, dicuntur Energumeni, id est, intus laborantes, aut propter infectionem fomitis, aut propter possessionem corporalem à dæmone.

*Quare Energumeni dicti.*

Ad tertium respōdet ibidē, quòd Exorcismus etiam efficit, quod patet, quia per modum imperij dicuntur, non per modum orationis tantum, vt, Exi maledicte diabole. Tum etiam, quia B. Grego. super Ezech. dicit: Sacerdos dum per exorcismi gratiam manus credentibus imponit, & habitare malignos spiritus in eorū mēte cōtradicit, quid aliud facit nisi quòd dæmonia eiicit. Nec est inconueniens, quòd etiā, quando iam Baptizato exorcismus prius neglectus adhibetur, dicere quòd tūc aliquid efficiat cohibēdo ab impugnatione diaboli. Cùm etiam post baptismum per aquā benedictam aliqua potestas dæmonis reprimatur: Imò si exorcizatur puer, & ante baptismū moritur, sibi in vita sua tātum valuit, vt in eo potestas dæmonis debilitata fuerit & sit.

*Exorcismus loco Baptismi.*

Et ideo exorcismi non tantùm significant, sed etiam efficiūt aliquid, nō tātùm in corpore, sed etiā in anima, quia in vtroq; est infectio fomitis. Effectus autē iste est debilitatio potestatis dæmonis, ne tātū possit in homine, sicut ante baptismū, & alia bona in ipso impediat. Hęc omnia Thomas.

Ad secundum dubium de amore illicito seu philocaptione, vel Hissithi, vt Auicēna loquitur, quæ est ægritudo, quā aliquis incurrit propter amorem. Tradit enim Auicenna septem remedia inter cætera lib. 3. Vnum est agnoscere personam, in qua quis captus est: quod experitur aliquis ex fassione infirmi, vel ex variatione pulsus ad nominationem amati, quia sic radix ægrotationis habetur: Vt etiam beatus Ambrosius ponit in passione sanctæ Agnetis de filio iudicis. Aliud est copula per matrimonium, si lex sustinet, quia ita quidam sanantur cùm obeditur naturæ.

*Quomodo explorandum, in qua quis captus sit.*

Tertium est, applicatio medicinalium, de quo ibidem tractat & docet. Quartum est, vt amorem suum de dilecto per licita remedia ad aliud diligendum conuertat, quod prioti prę eligere debet, & ita fugere potentiam amati: quia sic distrahitur animꝰ. Quintū, si irrationabilis est, corrigatur, ortetur, tribuletur, & amoris opus ostēdatur, esse miseria.

*Quomodo mouendum sit amori inordinato.*

*Vetularum aspectus & colloquia amorē excutiunt.*

Sextum est, vt potissimum vetulæ ad ipsum dirigantur, qui quātum cum veritate & Deo possunt, vituperent corpus & dispositionem dilecti & mores, cum transfiguratione facierum, turpi seu deformi. Tamen quidam ex hoc plus inflāmantur, quia in relatione de amato delectātur, licet alij sanentur. Septimum est, vt occupetur in rebus arduis, distractiuis officijs & huiusmodi. Similiter de similibus dicendū est: persecutio autē horū ad Medicum pertinet, sed Theologica præcedenti dubio dicta, præ aliis applicari debent.

*Quod boni Angeli beneficio sicut mali maleficio afficiant.*

Ad tertium dubium: An ne bonus Angelus aliquando iustos viros beneficiet, sicut constat malum Angelum maleficiare iniustos? Responsum habes ex patrum sanctorum exemplis, quòd sic, imò multiplicius in infinitū. Quicquid enim boni à fonte totius bonitatis Deo in nostra temporalia & corporalia bona emanat, totum secundùm Beatum Dionysium per mysterium Angelorum habemus: & vt sanctus Doctor in quodam loco super 3. sententiarum tradit: Cùm Deus gratiam menti nostræ notabilem, vult infundere, ad quā licèt se nulla creaturæ potestas extendit, tamen ad hāc dispositiuè Angelus bonus cooperatur: sicut etiam, licet ad verbi Dei conceptionem in virgine beatissima, per quam Deus homo factus est, sola diuina virtus efficiēter affuerit, tamen Angelico ministerio mens virginis per salutationē, per confortationem, & per informationem multùm excitata, vel ad bonum prædisposita fuit.

*Deus per Angelos dispositiuè gratiam hominibus infundit.*

*Salutatio Angelica prædisposuit S. Mariam ad accipiendam conceptionem.*

Est præterea cōmunior, & magis cōsonatā sacræ paginæ, quàm Philosophiæ naturali ista opinio, quæ tradit omnia corpora cœlestia regi & moueri virtute Angelica: quāobrē à Christo, & ab Ecclesia, virtutes cœlorū vocātur. A cœlestibus autem influentijs simpliciter omnia huius mundi corporalia reguntur, teste Philosopho primo Meteororū.

*Angeli vocātur virtutes cœlorum.*

Est insuper doctrina sācti Doctoris, quòd in homine tria sunt, in quæ spiritus separati agere valēt. Sed differētes, volūtas, intellectus & potētiæ aliæ ipsius animę, affixę mēbris organicis corporalibus. In primū solus Deus. In secūdū tātūmodò Deus & bonus Angelus vt illuminet. Et in tertiū Deo permittente, malus spiritus agere potest & imprimere. Sed in potestate voluntatis humanæ est immissiones factas per Angelos malos acceptare, vel refutare & talia cū Dei inuocata gratia propulsare, vel eadē neglecta admittere posse.

*In voluntatē solius Deus agit.*

Piger.

*Piger.* Licet hæc sint innumerabilia bonorum Angelorum etiã in iniustos profluxa beneficia, de quibus heu nescius fui hactenus, sed gratus ero in antea, tamen de his non quæro principaliter, sed de beneficiis eorum circa generatiuam potentiam, vt pote an quosdam castificent, sicut mali spiritus quosdam malos infrigidant per sua maleficia.

*An Angeli boni quosdã castificent, sicut mali infrigidant.*

*Theologus.* Haud dubiè ita faciunt, sed vbi & quando expedit. Nam ita factũ est de S. Sereno, abbate, de quo refert Cass. in coll. par. abba. Sereni, prima. Hic, inquit, pro interna cordis atque animæ castitate nocturnis diurnisque precibus, ieiuniis quoq; ac vigiliis infatigabiliter insistens, cunctos æstus carnalis concupiscentiæ tandem per diuinam gratiã in se extinxisse percepit: Deinde maiori zelo castitatis succensus, præfatis vsus remediis, à Deo petiit, vt interioris hominis castitas in corpus redundaret Dei dono; postremò autẽ aduenies ad eum Angelus in visione nocturna, eiusque velut aperiens vterum, quãdam ignitam carnis strumam, de eius visceribus euellens ac proiiciens, suisque omnia, vt fuerant, locis intestina restituens. Ecce, inquit, incentiua carnis tuę abscissa sunt, & obtinuisse te noueris hodierna die perpetuam corporis puritatem, iuxta votum quo id poposcisti, vt ne ipse quidẽ naturali motu, qui etiã in paruulis atque lactantibus euitatur, vlterius pulseris.

*Angelus exãmit Abbati S. Sereno viscera libidinis.*

Sicut de B. Equitio Abbate dicit B. Gregorius primo libro Dialogorum. Hunc, inquit, cũm iuuentutis suę tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent, ipsæ suæ tentationis angustiæ ad orationis studium solertiorẽ fecerunt. Cúmque hac in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precib. quæreret, nocte quadã assistẽte Angelo eunuchari se vidit, eiusq; visioni apparuit, ꝙ omnẽ motum ex genitalibus mẽbris eius abscideret, atq; ex eo tẽpore ita fuit alienus à tentatione ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio vt vitis ante præerat, ita cepit postmodum etiam fœminis præesse.

*Angelus eunuchat S. Equitium Abbatem.*

Ita in vitas patrum, illorum quos sãctus Heraclides, vir religiosissimus collegit, in libro suo quẽ Paradisum nominat, memminit cuiusdã sancti patris & monachi, quẽ Heliam vocat, hic misericordia motus, trecẽtas fœminas in monasterium colligit & regere cepit. Trãsacto autem biennio, iã triginta quinque annos circiter habẽs vitæ tẽtatus à carne

*S. Heraclidis Paradisus patrum.*

in eremum fugit, vbi biduò ieiunus orans, ad Deum ait: Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tentatione. Vesperi igitur somnus cùm irrepsit, tres Angelos ibi ad se venientes vidit: quibus quærẽtibus: Cur à monasterio virginum fugisset: nec ille præ verecundia respondere auderet, dixerunt Angeli: Si liberaberis: num redibis, curam fœminarum gerendo? Respondit ille. Quàm libens. Tunc illi iuramentum ab Helia recipientes quod exegerant, eum eunucharunt. Nam vnus manus, alter pedes, tertius nouacula testes eius visus est abscindere, non quòd ita verè esset, sed quia ita esse videbatur, quærentibusque, an ne remedium sentiret. Respondit ille, se plurimum exoneratum. Vnde quinta die ad lugentes fœminas rediit, & per 40. annos, quibus superuixit, nec pristinæ tentationis deinceps scintillam sensit.

*S. Heliæ monachi visio de abscissis ab Angelo testibus.*

Non minus beneficium collatum esse legimus beato Thomæ Doctori nostri ordinis, qui à consanguineis propter ingressum dicti ordinis incarceratus, vt per meretricem seduceretur, ad seculum tentatus est, quæ per sanguineos immissa est veste & ornatu compositissimo. Hanc enim S. Doctor intuens ad ignem materialem cucurrit, titionem ignitum arripuit, & vi fœminam è carcere fugauit, in orationéque statim pro castitatis dono positus obdormiuit: vbi duo Angeli ei apparuerunt, dicentes: Ecce Dei te ex parte cingimus cingulo castitatis, quòd nulla possis de cætero impugnatione dissolui, & quòd humanæ virtutis non conquiritur merito, tibi ex parte Dei confertur ex dono. Sensit igitur cincturam sanctus vir, scilicet tactum cincturæ, & exclamando euigilauit. Deincepsque tanto munere castitatis se doratũ sensit, vt ab eodem tempore omnem horreret luxum, vt sine necessitate fœminis colloqui possit, sed perfecta castitate polleat, vt eius tradit legenda.

*Castitas non acquiritur merito virtutis.*

## CAPVT VII.

*Formica si comesta dãtur nemini conducũt præterquã vrsis.*

Formicæ comestæ ab hominibus, eis nocent, non bestiis omnibus, sed quibusdam proficiunt, vt vrsis, qui eas auidè quærunt. Formicarum nomine iusti designantur, vt suprà dudum habuimus.

Comedere autẽ vitæ alienæ detrahere est, aut in fama, aut in sana doctrina, de qua comestione cautũ reddit filiũ, qui

qui Prouerbiorum 23.cap.dicit,Noli esse in cõuiuiis potatorum ,nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt,quia vacantes potibus, & dantes symbolũ (glossa,id est,detractionum) consumẽtur : Vbi glossa iterũ dicit:Carnes ad vescendum conferre, est in cõmuni locutione, derogationis vicissim vitia proximorum dicere. De quorũ pœna subditur ,quia talibus vacantes consumuntur. Quò contra verbis bonis Diuinam continentes sapientiam operã dare cõgruit,quibus anima satiari licitè poterit. De quo prouerb.24.Salom.subdit.Comede fili mel (glossa,doctrinam sapientiæ)quia bonum est & fauum, dulcissimum gutturi. Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cũ inueneris,habebis in nouissimis spem,& spes tua non peribit, Melli enim & fauo,dicit glossa,cõparat doctrinã sapientiæ, quia sicut illa cæteris cibis.ita hæc doctrinis prævalet aliis.

*Vt mel cæteris præfertur cibis sic doctrina sapientia cæteris doctrinis.*

Iterúmq; deuoratoribus humanarũ carniũ per detractionis vitium,& per superstitionis maleficium,dicitur in Psal. Filij hominum,dentes eorũ arma & sagittæ,& linguæ eorũ gladius acutus.Et prouerb. 3. Inter quatuor generationes peruersas hæc vltima est,de qua dicit,Generatio, quæ pro dentibus gladio habet,& commandit molaribus suis, vt comedat inopem de terra, & pauperes ex hominibus,vbi glossa,Generatio quæ pro dentibus gladios habet,hæc est, quæ suam perfidiam aliis immittere conatur:& sicut corpora gladiis,ita audientiũ animas veneno allocutionis occidit.Vnde dicitur,vt comedat,id est, ad hoc vt deuoret inopes,id est,innocentes & pauperes,id est,humiles.

*Hic comedere carnes, significat bellum gerere, secũdum quosdam.*

Deuoratio tamen formicarum nõ hominibus,sed bestiis, vt vrso prodest,quia maleficorum officium,& detractionis vitium nõ iustos,sed perfidos delectat.In cuius figura Danielis.7.secunda bestia,quæ de mari ascendit,similis vrso erat,quæ in parte stetit,& ordines dentium erant in ore eius & in dentibus eius & dicebant.Surge,comede carnes plurimas.Per quæ triplex nocumentũ maleficorum innuitur,videlicet bonorum temporalium,humanorum corporum & animarum rationalium,quæ lædi solent per talia maleficorũ exercitia.Vnde Prou.17.Sẽper iurgia quærit malus.Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis vrsæ occurrere, raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.Vbi gl. Angelus crudelis ,immundus spiri-

tus est, qui à domino contra peccatores mittitur, vt in præsenti affligat, vt Ægyptos: vnde immisit in eos irã indignationis suæ per Angelos malos. Et subdit: Potest in vrso hostis antiqui malitia intelligi, cui fœtus rapimus, cum eos qui filij sui erant, catechizando & baptizãdo Dei filiis adiũgimus: & hoc sæpè facilius fit, quàm hęreticũ ad fidẽ rectã reuocare, vel catholicũ prauè agẽtẽ ad bonũ opus reducere.

*Vrsus Diabolum denotat.*

*Piger*: Per bestias, vt dicis, formicas deuorantes, fide reprobi & malefici intelligi valent, dic exemplum, quomodo id opere perficiunt, humana lædendo corpora de sanitate in infirmitatem.

*Quomodo Dæmones infirment corpora.*

*Theologus*. Audi ergo, quid bestiæ tales Petro iudici de quo suprà retuli, nefas fecerint. Diu enim se in eo vindicare studebant, sed quia fidem bonam gerebat & se diligẽter crucis signo munire solebat, seque, auisatus aliquoties, ab occasione eorum abstinebat, per quæ maleficia procurari solent. Idcirco illæsus propter astutiã talium euadebat, vno excepto tempore, in quo ex delicto proprio meruit non in toto custodiri à domino prout mihi retulit. Consueuerat enim in territorio Bernensium, castro *Blanckenburg*. habere residẽtiam, tempore quo terram eandem gubernabat. Postquam autem officio resignauit, & ciuitatem Bernẽsem reintrauit, ibiq; domicilium tenebat, die quadam rediens ad castrum prædictum, vbi cognatus eius in ipsius officium substitutus fuerat, in eodem castro Petrus quædam expedire negocia apud sibi notos volebat.

Tunc vna malefica & quatuor consortes eiusdem malitiæ viri cõuenerũt de sero in loco vno, machinamenta suæ artis voluentes pro viribus, vt Petrum grauiter veneficiis lęderẽt, vel occiderent, quẽ hæc latebant fraudis cõmercia.

Adueniente igitur nocte, Petrus se benedicendo crucis signo cubitum iuit, sed nocte surgere mutino proposuit ad scribendum necessariò quasdam epistolas, vt mane recedere à loco valeret. Euigilans igitur intempesta nocte sibi videbatur exopinatò quòd dies adesset, luce deceptus fictitia, de quo in se iratus, quia vt putabat, noctem neglexerat, non se, vt debuit, muniẽdo more solito vestimentis induit, per gradus altos versus locum, vbi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo maiori ira exardescens, cum murmure per gradus quos descenderat

ver

versus lectum iteratò scandebat: emittendo vnicam ex indictione maledictionem, per verbum satis breue: ac si diceret, In nomine diaboli. Et ecce statim in tenebris dẽsissimis Petrus, proiectus est in præceps per graduum prædictorum passus, adeo grauiter, vt famulus, qui de se subter scalam in commodo dormiebat, excitaretur, & exiens, qui adesset cõspicere volens, reperit dominum suum Petrum accenso lumine solùm in terra, priuatum rationis vsu iacentem, & collisum per omnia mẽbra: sanguinem plurimum è corpore emittentem. Excitatur familia, & nemo erat qui lapsus causam aperire possit.

*In nomine Diaboli coitus se conferens praecipitatur de scalis.*

Tandem tamen Diuina arridente gratia, vsum rationis recuperauit, sed sanitatem corporis vix in tribus septimanis rehabuit. Et quanquam maleficos haberet suspectos, quos pro viribus de terra radere cupiebat, tamẽ reos ignorabat huius sceleris sibi illati.

Verùm quia nihil opertũ quod nõ reueletur, euẽtu quodã factum est postmodum, vt quidam latens maleficus veniẽs de terra Bernensium, vbi domicilium habuit in ciuitate Friburgẽsi, Lausanensis diœceseos, die quadam in taberna cum bibulis sederet, & ad cõsocios diceret. Ecce, ait video quòd talis, quẽ nominauit in aqua, vbi circa habitationẽ meam hamum in aquã pro captura piscium posui, mihi eum furto leuat & surripit: Distabãt autẽ ab inuicẽ loca per sex magna Teuthonica milliaria, per quæ opere Dæmonis furtum inuebatur. Hoc verbum põderauere fideles: reum accusauerunt, & postmodum iudicialiter carceri mãcipatus est, vbi biduo duriter quæstionatus, nihil penitus fateri voluit de propriis facinoribus. Tertia autẽ die, quæ fuit sabbatum, in qua cõmuniter, ob reuerẽtiã Beatissimæ virginis, eadẽ colitur officiosè, tortus iterum, virus suum euomuit. Nã præfati sui verbi & furti veritatẽ se dixit fuisse expertũ. Et quòd quatuor viri malefici Petrum & præsente malefica, quã nominauit, per manus eiusdẽ vetulę dictum Petrum in præceps proiecissent, fatebatur: Et causam huius iracundiæ in vetulam venisse asserebat, quia scilicet sibi iustitiam aliquando ad libitum iudex existendo nõ ministrasset. Addiditq; se aliis duobus diebus, Dæmonum machinamentis detentum, non potuisse in tormentis respondere, sed quia, vt ait, festum beatæ virginis, quò ad officium celebrabatur,

*Quidam in conuiuio sex miliaribus distãtem furem videt.*

dixit

dixit, se iam liberum ad dicendum veritatem: & ita tandem iuxta patriæ municipalia igni traditus est.

*Maleficos sæpè contradictoria confiteri.*

Notandum tamē, quod tales Pseudo prophetæ aliquando omnino contradictoria dicere solent, per patrem mendacij decepti: vt idem Petrus expertum se esse retulit. Nā quædā malefica per eū capta est & inturrita; habuit autem maritū talis maleficij non magistrum, qui curiositate ductus, ad quandam illarum partium vetulā properauit, de qua cūcti referebāt, quòd futura prænosceret: Ad hāc cū veniisset supplex petiuit, vt sibi diceret: Anne spē habere deberet, quòd cum vita vxor sua iudicem euaderet, sua quæ iam capta erat vxor. Cui respondit vetula: Noli timere, indubiè liberabitur, nec hac captiuitate morietur. Quo vir factus alacrior obuiauit iudici Petro altera die. Cui Petrus, Vbi quæso fuisti; At ille: apud Prophetissam ait, fui, quę mihi retulit, vxorem meam de sua captiuitate liberandam esse, nec mori ex hac captiuitate. Deinde regressus Petrus in hospitiū, vocabatur à capta malefica, quæ Petro dixit: Vidi quòd maritus meus vetulam accersiuit, quæ me liberandam esse prænunci auit: Scio, mentitur, quia proxima die tuo sub iudicio incinerabor. Hæc cùm postmodum iudex marito dixisset, ridendo expectabat quæ inter maleficas veritatem dixisset: sed secutum proxima die inturritæ fœminæ incendium per publicam factum iustitiam, veritatem maleficæ, quæ virum habuit, palam fecit.

Nec tamen credere debes, Petrum, vt in primo exemplo habitum est, manibus maleficorum, qui in castro non erāt, corporaliter per gradus iactatum ad literam: sed maleficorum sacrificiis vel cæremoniis allecti Dæmones præsentes illud præcipitium fecerunt Petri. Et vt mentes maleficorū reciperent, in imaginatione superstitiosorum hominum effecerunt, vt ibi viderentur præsentes esse. Ita etiam in secundo & tertio exemplo, Dæmonis impressione in imaginatiuam maleficorum factum est, vt absentia velut præsentia cernerentur, sicuti suprà li. præsenti c. 1. audisti ex verbis sancti Doctoris, & etiam cap. 5.

CAP.

## CAPVT VIII.



Vibus Formicarũ, nónũquã ſunt cadauera animalium mortuorũ. Ad moralẽ intelligẽtiã, comedere mortua animalia, eſt aliquãdo frui peruerſa luxuria, vnde illecti a liquãdo fœminarũ peccatricũ, propter famẽ luxuriosæ voluptatis, mortua animaliã comederũt, eiſdẽ in nõ modicã diſpliciẽtiã Dei fruẽtes: vt in Pſ. 105. ſub cõpẽdio in veritate, & ſub typo de Iſraelitico populo tãgitur. Initiati, inquit, ſunt Beelphegor, & comederũt maleficia mortuorũ. De quo quo Nũ. apertius dicitur 25. Fornicatus eſt populus cũ filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua: At illi comederunt & adoraueruũt Deos earum. Incitatúſq; eſt Beelpheger Iſrael, & iratus dominus dixit ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auferatur furor meus ab Iſrael. Hçc autẽ omnia fecit Iſrael ſeductus occulta machinatione Balaam malefici, qui ſuo conſilio illius morticinæ fornicationis exordium in Iſrael extitit. Super quo glo. libidini quis ſeruiendo doctrinam Balaam tenet.

*Quid moraliter denotet comedere mortuãs animalia.*

*Duplex fornicatio.*

Eſt ergo execrabilis etiã corporis fornicatio, quæ violat tẽplũ Dei, & tollit membra Chriſti, & facit mẽbra meretricis. Sed execrabilior eſt generalis fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur: cũ anima ſcilicet conſortio verbi Dei fulcita, & matrimonio eius aſſociata ab aduerſario eius qui eam ſibi in fide deſpondit, corrumpitur.

Eſt ergo ſponſus & vir animæ mundæ verbũ Dei, id eſt, Chriſtus. Deſpondi vos omnes, ait Apoſtolus, vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Dum igitur animæ adhæret ſponſo, & complectitur, & audit verbum eius, ab ipſo ſuſcipit ſemen verbi, & concipit, & facit filios: pudicitiam, iuſtitiam, patientiam, & omnes virtutes, vt ſalua ſit per generationem filiorum, ſi permanſerit in fide & charitate. Si autem ſe Diabolo & Dæmonibus proſtituerit, faciet filios adulterij, ſcilicet omnia peccata.

*Liberi procreãdi ex ſpõſo verbo, & anima.*

Et iterũ gloſſa Origenis ibidẽ: Per omnia peccata quæ cõmittimus, maximè ſi non ſurreptione aliqua, ſed ſtudio peccamus, illi Dęmoni, cui curæ eſt quod admittimus, cõſecrantur: ſit fortè tot Dęmonibus cõſecramur, quot peccata committimus, & myſteria Idoli illius pro illo ſuſcipimus.

Assimilantur autem corpora fornicatium merito fœtibus animalium corporibus. Quia vt Ecclesiastici 9. dicitur: Omnis mulier fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. Propter quod Propheta, postquã de his, qui potentes sunt ad bibendum vinũ, in quo est luxuria, locutus est Esaię 5. Paulo post ita subiungit de eisdẽ Facta sunt morticina eorũ quasi stercus in medio plateatũ: In omnibus his nõ est auersus furor eius: sed adhuc manus eius. s. Dei extenta.

*Peccata sunt mysteria Dæmonum.*

*Meretrices vocantur stercora via.*

*Piger.* Sunt ne nostro tempore boni viri aliqui decepti per magas vel maleficas tuo iudicio.

*Theologus.* Meum in sequentib. suspendo iudicium: sed ea, quæ publica vox tradit & fama, referã. Habemus hodie sacræ Theologiæ professorẽ insignẽ, fratrẽ Henricum kalteisẽ, Inquisitorem hæreticæ prauitatis. Hic cũ anno proximè præteriro inquisitionis officio in ciuitate Colonienſi insisteret, vt mihi ipse retulit, percepit circa Coloniã quandam virginẽ esse quæ in habitu virili omni tempore incessit, arma deferebat, & vestimenta dissoluta, velut vnus de nobilium stipendiariis, choreas cum viris ducebat, & potibus ac epulis adeo insistebat, vt metas fœminei sexus, quę nõ negabat, omnino excedere videretur. Et quia eodẽ tẽpore, sicut heu hodie, sedem Treuerensis Ecclesiæ duo pro eadem contendentes, grauiter molestabant, gloriabatur se vnam partem posse & velle introuisare. sicut virgo Iohanna de qua statim dicetur, Regi Karolo Francorum paulo antea fecerat, in suum eum regnum confirmando: imò illa se eandem Iohannam à Deo suscitatam esse affirmabat.

*Henricus kalteisen Inquisiter.*

*Noua virgo Iohanna (quã Galli Ieanne pucelle vocãt) exorta in Episcopatu Colonienſi.*

Cum igitur die quadam cum Comite iuniori de *Birnenburg* qui eam tuebatur & fouebat, Coloniam intrasset: Et ibidem mira in conspectu nobiliũ feciſſet, quæ magica arte videbantur fieri. Tandẽ per prædictũ Inquisitorem, vt inquireretur, diligenter inuestigabatur & citabatur publicè, Mappam enim quãdã dicebatur laceraſſe, & subito in oculis omnium reintegraſſe. Et vitrũ quoddam ad parietẽ à se iactatum & confractum, in momento reparaſſe, & similia plura inania ostentaſſe. Sed misera parere mandatis Ecclesiæ renuit, comitem antefatum in tutelam ne caperetur habuit, per quem clam de Colonia educta, manus quidem Inquisitoris, sed excommunicationis vinculum non euasit. Quo tandem arctata, partes Allemaniæ exiuit, metasque

*Vitrum confractum maga reficit.*

Galliæ

Galliæ intrauit,vbi militem quendam,ne Ecclesiastico interdicto vexaretur & gladio,duxit in matrimonium,Deinde sacerdos quidam, leno vocandus potius, magam hanc verbis deliniuit amatoriis:cum quo postremò furtim recedens Metensem ciuitatem intrauit, vbi velut concubina secũ habitãs,quali spiritu ducta fuerit,cũctis patẽter ostẽdit.

Fuit præterea infra decẽ annorũ spatia nouiter in Francia quædã de qua præmisi,virgo Iohanna nomine, tã prophetico spiritu quã miraculorũ potestate,vt putabatur,clara. Hæc enim veste virili semper vtebatur, nec vllis Doctorũ quorũcunque persuasionibus molliri potuit,vt tales deponeret vestes,fœmineis contenta, præsertim cũ se palã virginẽ & fœminã esse protestaretur.Sub hoc,inquit,habitu virili in signum futuræ victoriæ,vt verbo prædicẽ & habitu,à Deo missa sũ iuuare verũ Francorũ regẽ Carolum, & in suo firmare regno,à quo eum fugare nitũtur rex Angliç & dux Burgundiç.Pro tunc enim hi iuncti mutuò cędibus & armis Franciã premebant grauissimè. Igitur cum suo domino Iohanna cõtinuè velut miles equitabat, futura & fausta multa prædicebat,victoriis bellicis quibusdam intererat, & alia mira talia perpetrabat:de quibus nedum Francia,sed omnia Christianorum regna stupebant.

Ad tantam denique præsumptionem venit Iohanna, vt nondum adepta Francia, iam Bohemis, vbi hæreticorum multitudo tunc fuit, minas intentaret per literas. Dubitabant exinde seculares & Ecclesiastici regulares & monastici, quo spiritu regeretur, Diabolico an Diuino. Scripserunt proinde quidam viri literatissimi tractatus eius ex parte, in quibus non modo diuersa, sed etiam aduersa de virgine senserunt.

Postquã autẽ regẽ Carolũ in multis iuuisset,& firmasset regnũ annis quibusdã,demũ nutu, vt creditur Diuino, per Angliorũ armatũ capta est & incarcerata. Accersitis autẽ & vocatis in magna multitudine Magistris tam diuini quã humani iuris multis diebus examinata est.Et prout à Magistro Nicolao Amici Licentiato in Theologica audiui, qui Ambasiator fuit Vniuersitatis Parisiensis, tandem ipsa fassa est se habere familiarem Dei Angelum, qui iudicio literatissimorum virorum iudicatus est, esse malignus spiritus ex multis coniecturis & probationibus: per quem

*Familiaris spiritus virginis Iohannæ Franciæ.*

quem ſpiritum, velut magam effectam, ipſam ignibus per publicam iuſtitiam conſumi permiſerunt, prout de hac Hiſtoria Rex Angliæ noſtro Imperatori Sigiſmundo ſatis latè ſcriptotenus ſignificauit.

*Plures maleficæ volebant virginem Iohannam imitari.*

Eodem tempore duæ fœminę propè Pariſios ſurrexerunt, ſe publicè dicentes miſſas eſſe à Deo, vt virgini Ioannæ eſſent in ſubſidium, & quemadmodū à prædicto Magiſtro Nicolao viuæ vocis organo audiui, ſubinde velut magæ vel maleficæ per Inquiſitorem Franciæ captæ ſunt, & per plures Sacræ Theologiæ Doctores examinatæ, tandem repertę ſunt maligni ſpiritus deliramentis deceptæ. Vnde cū vna ex eiſdem fœminis ſe per Angelum Sathanæ ſeductam conſpiceret, ex magiſtrorum informatione à ceptis reſipuit, & errorem prout debuit ſtatim reuocauit. Alia verò in pertinacia permanens, ignibus conſumpta eſt.

*Piger*: Mirari non ſufficio, quomodo fragilis ſexus in tantas audeat proſilire præſumptiones.

*Theologus*: Apud ſimplices tui ſimiles mira ſunt iſta, ſed in prudentum oculis hæc rara non ſunt. Sunt enim tria in rerum natura, quæ ſi ſuæ cognitionis limites excedunt, aut in diminutione, aut in exceſſu bonitatis vel malitiæ apicem ſibi vendicant. Lingua videlicet, Eccleſiaſticus, & Fœmina. Quæ ſi bono reguntur ſpiritu, optima, ſi verò malo, peſſima fieri conſueuerunt.

*Nota tria optima & tria peſſima.*

*Bonum lingua.*

Linguæ enim vnius bono miniſterio (vt de lingua primo exemplicemus) fidei Chriſtianæ plurima regna ſubiugata ſunt, vt in ſanctis Chriſti Apoſtolis, & in ſapientibus patet prædicatoribus. Prudentis etiam viri lingua nonnunquam infinitorum hominum ſtrages præpedit. Propter quod Salom. Prouerb. 10. dicit. In labiis ſapientis inuenitur ſapientia, & virga in dorſo eius qui indiget corde. Argentū electū lingua iuſti, cor impiorum pro nihilo, labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt in cordis egeſtate morientur. Cuius cauſa ibidem 16. ſubditur: quia hominis eſt præparare animū, & diuini gubernare linguā.

*Indocti in cordis egeſtate morientur.*

*Malum linguæ.*

*Lingua tertia.*

De malitia linguæ Eccleſ. 28. dicitur, Lingua teſtificans adducit mortē, lingua tetra multos cōmouit, & diſperſit, illos à gente in gētē, ciuitates munitas diu, tum deſtruxit, & domos magnatum effodit, vide ibi multa mala. Et Iacobi 3. ſimiliter, quæ mala lingua facit. Eſt autem tetra

lingua

lingua eorum, qui inter duas contrarias partes incautè vel malitiosè loquuntur aliqua.

*Malitia Ecclesiasticorum siue religiosorum.*

De Ecclesiasticis secundò plurima exempla habemus. Sub ecclesiasticis autem clerici & religiosi intelligũtur in vtroque sexu. Quò ad malos clericos dicit beatus Hieronymus in epistola ad Nepotianum, Negociatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quasi quandam pestem fuge.

*Amicos se Ecclesiæ simulãtes peiores sũt hostibus apertissimis.*

Et beatus Bernar. Homil. 33. super cantica loquens de clericis dicit: Si insurgeret apertus Hæreticus, mitteretur foras & aresceret. Si violentus inimicus, absconderent se forsitan ab eo, boni scilicet pastores. Nunc verò quem eiicient aut à quo abscondent se omnes amici? Et tamẽ omnes inimici, & omnes aduersarij, omnes domestici & nulli pacifici: Omnes proximi, & omnes quæ sua sunt quærunt.

Hinc beatus Gregorius in Pasto, dicit, Nemo amplius in Ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet.

Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

*De religiosis ex dicto S. Augustini.*

De Religiosis etiã dicit beatus Augustinus ad Vincentium Donatistam, Simpliciter fateor claritati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cepi, quantùm difficilè sum expertus meliores quàm qui in monasteriis profecerunt, ita & non sum peiores expertus, quàm qui in monasteriis defecerunt.

*Malitia mulierum.*

De mulierum verò malitia Eccles. 25. dicitur, Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris: Commorari leoni & draconi plus placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Et inter plura quæ sequuntur & præcedunt ibidem de nequam muliere concludit breui, nulla malitia super malitiam mulieris.

*Mulier necessarium malũ, naturalis tentatio.*

Hinc Chrysost super isto Matth. 19. Non expedit nubere. Quid est mulier, quàm amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tẽtatio, desiderabilis calamitas, domesticũ periculum, delectabile detrimẽtũ, mali natura, boni colore depicta? Ergo si dimittere illam peccatũ est, tenere aũt ferè tormẽtum est, necesse est, aut dimittẽtes adulteria faciamus, aut quotidianas pugnas tenẽ-

tes habeamus.

*Omnium mulierum vitiorum fundamenetum est à natura.*

Tullius denique secundo Rhetorices dicit. Viros ad vnũ quodq; maleficium singulæ cupiditates impellũt & mulieres ad omnia maleficia cupiditas vna ducit. Muliebrium enim virorum omnium fundamentum est à natura.

*Duo genera lachrymarum in oculis fœminarum.*

Et Seneca in suis prouerbiis: Aut amat aut odit mulier, vel tertium dedisse, flere fœminã, est mendacium. Duo genera lachrymarum habẽtur in oculis fœminarũ, veri doloris vnũ, insidiarũ aliud. Mulier cũ sola cogitat mala cogitat.

*Bonum mulieris.*

De bonis autem mulieribus tanta laus est, vt etiam beatificasse viros legantur & saluasse, atque gentes, terras & vrbes, vt de Delbora, Iudith patet & Hester. Hinc Apostolus 1. Cor. 7. Si qua mulier habet virum infidelem, & hic cõsentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.

Ideò Eccle. 26. dicitur: Mulieris bonæ beatus vir, Numerus enim annorum duplex. Multa ibi narrat laudabilissima per totum capitulum, de excellentia bonarum. Similiter Salomon, imò Spiritus sanctus Prouer. vltimo per totum ca. de muliere forti. Præfata satis in noui testamenti fœminis claruerunt. Primò in virginibus & aliis fœminis sanctis, quæ ad Christianam gentem perfidos traxerunt, vt Magdalena, Catharina, Margareta, Martha, & eis similes.

*Vngaria regnum fœminæ contra Christi fidem suscepit, sicut & Francia.*

Sic etiam totum Vngariæ regnum ab olim idololatriæ deditum, per Gillam, sororem Christianam Imperatoris, fidei Catholicæ adiunctum est per regem Vngariæ, cui præfata Gilla in matrimonium est tradita, per quam etiam cõuersus est rex, & in baptismo Stephanus nominatus, postéaque miraculis clarus canonizatus: vt Vincentius ponit in historiæ speculo lib. 26. cap. 9.

Si præterea per Clothildem Christianam virginem natã de Burgundorum stipite, Rex Francorum Clodouæus passim persuasus, tandem Idololatrias reliquit, & cum regno ad Christi fidẽ deuenit, vt Vincentius narrat li. 22. c. 4. 5. & 6.

## CAP. IX.

*Duæ potentiæ vnicuique rei à Deo tributæ.*



Et lædentes homines, humore acuto formicæ pungunt, non tamen tam lædunt grauiter, quàm apes nos persecutores.

Sunt enim duæ potentiæ, quas vnicuique rei diuina prouidentia tribuit, irascibilis & concupiscibilis. Ista, qua

qua commodum desideratur, illa qua nociuum fugatur. Per concupiscibilem namque necessaria affectantur & delectabilia: sed per irascibilem noxia refutantur & tristabilia.

Ista primis elementis quatuor conspicimus esse in omnibus vegetabilibus & animantibus vsque ad rationale animal hominem, imò suo modo in separatis spiritibus. *In spiritualib. esse iram & concupiscētiā.*

Sed in hoc est differentia, quòd apertius rei delectabilis, & repulsa rei tristabilis in sola rationali creatura virtus fieri potest vel vitium, non in inferioribus.

Et sicut inter minuta animalia triplex reperitur punctio formicæ, & minima, quæ statim transit lapis durior, sed scorpionis pessima, ita inter rationales creaturas triplex reperitur vindicatio, leuis eorum, qui charitate repleti sunt, dura eorum qui indiscreto zelo feruent, & pessima in Dæmonibus & eorum sequacibus. *Triplex vindicta.*

Primi in punitione similitudinem gerunt formicæ, quæ, sine aculeo humoris tantummodò percussione iniuriam vlciscitur. De tali se emendare cupiebat, qui in Psalmo ait, Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Et Apostolus ad Galat 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans temetipsum ne & tu tenteris.

Vnde beatus Hieronymus in Epistola ad Oceanū. Quid necesse est bis pungere nisi recalcitrantem, per se satis erubescentem confundere amplius, cui sui ratio magister est, cui propria conscientia virga, & ingenita verecundia lex & disciplina est. Et Greg. lib. 19 moralium, Regat disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Per se satis erubescentem confundere nō est necesse.*

De huius primæ punitionis modo parabolicum satis accōmodū fertur de nostris tale formicis exēplum. Fuit enim quidā villanus qui nimis ceruicosæ volūtatis vxorē habebat, quæ virgo in cūctis ferè mādatis recalcitrauit. Anxius autē diu vir per quid rebellē cōpescere discretè & rationabiliter. Quadā die cōtra se bigāti respōdit. Fœmina es, nec verbis emendata es meis, per verbera grauia in te miles effici nolo, nec contractam per meas plagas te in lecto iacentem desiderio, sed tibi dico, nisi te emendaueris, paruis meis *Exemplum ceruicosæ vxoris.*

amicis de te querela vno proponam die contra te effrenẽ.

*Formica ſiue Myrmidones, vocantur humiliũ & paruorum hominum parui amici.*

Cui illa. In hoc, inquit, liquet tuus effœminatus animus, atque genealogia ignobilis, qui de parui ſtatus tuis mihi minaris amicis. Nõ enim mulieri minaris plebeiæ. At ille reſpõdit: Hac vice tibi tantum parcam & die iſta: ſed reuera, ſi te non emendaueris, paruis meis conquerar amicis.

Cumque miſera non melior, ſed efficeretur peior: ſeruauit vir diſcretus & prudens ſuarum minarum veritatem adimplere in craſtino. Tunc enim illa velut antea virum inuadere cepit verbis plurimùm contumelioſis. Cui maritus, Modò tempus adeſt vt factis verba compenſem. Vxorem igitur propriam inuadit, veſtimentis omnibus præter camiſiam exuit, manibus & pedibus in vrſi pellem ligaui t, &

*Mulier obſtinata ligatur & ad formicas obÿcitur.*

humeris propriis clamãtẽ & maledicentem in proximũ ſui horti cumulum formicarum proiecit: vbi aliquantiſper formicarum humore ſolito perfuſa & correcta, animum ad meliora conuertere cepit. Nam beſtiolæ more ſolito in auribus & naribus, in ore & in aliis mulieris artubus eam cruciabant grauiter. Tunc illa eiulatu grandi iuramenti & ſacramentis promiſit grauibus, ſe de cætero viro velle ad nutum obedire, tantùm vt cruciatum amicorum paruulorum euaderet. Ex hinc liberata per virum mulier, mirum in modum emendata eſt, & felix effecta, quem fecerunt deinceps propria pericula cautiorem.

*De indiſcretis correctionibus*

Hic igitur modus corrigendi ſatis diſcretus & temperatus fuit. Indiſcreté verò corrigentes pro læſionibus, iratis apibus ſunt ſimiles, quæ lædendo alium, dum aculeus manet in vlti vulnere, ſeſe perpetuo fructu laboris priuãt. Tales crudeles ſunt, de quibus Seneca de clementia ad Neronem dicit. Crudelitas nihil aliud eſt, quàm atrocitas animi in pœnis exigẽdis. Crudeles vocabo, qui puniẽdi causá modò habent, modò nõ habẽt. Et tamen vt Hugo de S. Victore dicit libro de inſtitutione nouitiorum, Difficile eſt, cor malitia induratum ad formam diſciplinæ & ſpeciem honeſtatis incuruare: ſed neceſſe eſt, vt dura materia, cùm facilè ad formam non flectitur, ei & acrioris flammæ incendium, & mallei grauioris tunſio adhibeatur.

*Crudeles qui ſint.*

*De vindicta Maleficorum.*

Scorpionum autem percuſſionibus vindicatio Maleficorũ & Dęmonum deſignatur. In quibus, vt beatus Dionyſius dicit 4. cap. de diuinis nominibus, eſt furor irrationabilis, &

fantaſia

fantasia proterua. Cuius Gen. 49 Iacob maledixit in persona, Simeon & Leui in furore suo, ait occiderunt virum, Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura, diuidam eos.

De his beatus Hiero. in prologo super Iosue dicit, Cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat. Tales sunt illæ mõstruosæ locustæ & mortiferæ, de quib. Ap. 9. dicitur, habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earũ, & potestas eorum nocere hominibus mẽsibus quinque. Et habebant super se regem Angelum abyssi, cui nomẽ exterminãs. Secundum gl. autẽ per bestias tales veram fidem peruertere molientes intelliguntur, quia suis dolosis sententiis, vt scorpius, coram blandiuntur, & latenter pungunt. Cumque tumultu nocere nequeunt, quærunt auxiliũ principum, qui claude adigant, & vt astringant terrent & blandiuntur. Et super se habent Angelum abyssi, Diabolum dominantem terrenis, cuius nomen exterminans, quia à patria vitæ secludit suos.

*Locusta aculeata in Apocalypsi quid designent.*

*Piger.* Satis de correctionis punctione discreta irrationabili diuersi varios ediderunt tractatus. Sed vnũ est, quod de maleficio Dæmonũ multi nõ credunt, eos videlicet qui inter dæmones Incubi vocantur & Succubi: non enim in fãtasia, nõ realitate aliquo humore nociuo & reali pungere fœdare. quid igitur de hoc verũ sit, vel fictitiũ vel eis nodare.

*De Succubis & Incubis.*

*Theologus*, Hanc quæstionem S. Augustin. de ciuit. Dei lib. 3. c. 5. quid em mouet, sed non determinat: vbi sic dicit: Vtrũ potuerit Venus ex concubitu Anchisis Æneam parere, vel Mars ex cõcubitu iunioris filiæ Romulum gignere: hoc in medio relinquamus. Nam penè talis quæstio etiam de scripturis nostris aboritur, qua quæritur: Vtrũ præuaricatores Angeli cum filiabus hominũ concubuerint: vnde natis gigãtibus, id est, nimium grandibus & fortibus viris tunc terra completa est. Sed lib. 15. cap. 22. quæstionum determinat in hæc verba. Et quantum creberrima fama est, multique se expertos vel ab eis, qui experti essẽt, de quorum fide dubitandum nõ esset audisse confirmant, syluanos & faunos, paucos, quos vulgò Incubos vocãt, sæpè improbos extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse cõcubitum. Et quosdã dæmones, quos Dusios Galli nuncupãt assiduè hanc

*De præuaricatoribus Angelis an cũ mulieribus rem habuerint.*

*Fauni.*

*Dusij.*

immunditiam & tentare & efficere plures ralésque asseuerant, vt hoc negare impugnantiæ videatur. Hæc ille.

Postea ibidē determinat secundā quæstionem, videlicet, quòd illud Gen. 6. videntes filij Dei. i Seth filias hominum, id est, Cham, nón de Incubis intelligitur. Quod autem Incubos esse non sit incredibile, ad illud ibidem est gloss. quę dicit sic, Non est incredibile, ab hominibus non ab Angelis seu quibusdam dæmonibus, qui mulieribus sunt improbi, eiusmodi homines. i gigantes esse procreatos. s. de quibus in Lira dicitur, Gigantes autem erant super terram. Quia & post diluuium corpora non solùm virorum, sed etiam mulierum incredibilis magnitudinis extiterunt.

*De Gigātibus*

Ad idem est gl. vbi prophetia Esa. 13. desertionem, Babyloniæ ciuitatis prædicit, & monstra in ea habitanda. Ibi, inquit, habitabunt struthiones & pilosi saltabunt in loco, vnde gl. dicit. Pilosi sunt siluestres homines, hispidi, qui incubones vel satyri vel genera dæmonū sunt. Et Isa. 34. super illo loco, vbi prophetat desolationem terræ Idumæorum, qui persequebantur Iudæos. Erit, inquit, cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrēt Dęmonia. Glossa interlinearis. i. monstra Dæmonum ad inuicem. Et glossa beati Gregorij ibidem: Hic alij pilosi nomine figurantur, non hi, quos Græci Panas, Latini verò Incubos vocant.

*Pilosi satyri.*

De Dæmonibus etiā Cassianus collatione prima Abbatis Sereni passum exponit præfatum. Ad idē est beatus Isid. lib. 8. c. vlt. sic dicens: Pilosi, qui Græcè Panitæ, Latinè Incubi appellantur, siue Innij ab ineundo passim cum animalibus: vnde & Incubi dicuntur ab incumbendo, hoc est stuprando. Sæpè enim improbi existunt etiam mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos dæmones Galli Dusios nuncupant, quia assiduè hanc peragunt immunditiam.

*Innij.*

Quem autem vulgò Incubonem vocant, hunc Romani Faunum vicarium dicunt. Ad quem Horatius dicit: Faune Nympharum fugientium amator, meos per fines & pura rura lenis incedas. Insuper illud Apostoli 1. Cor. 11. Mulier debet velamen habere super caput suum, propter Angelos: Multi Catholici exponunt quòd sequitur, propter Angelos id est, Incubos.

*Incubones fauni vicarij.*

*Propter Incubos velanda sunt capita mulieribus.*

Ad idem est Iosephus super textu Geneseos 6. prælegato. Item Vuilhelmus libro de vniuerso, parte vltima circa fi-

ca.6.multipliciter.Præterea hoc determinat ſanctus Doctor parte prima quæſt 51.& in ſecundo ſcripto diſt. 8. Et quod libeto 7.q.10.atque ſuper iſaiam ca.13.& 14.cuius motiua ſunt verba beati Auguſtini in de ciuitate Dei,vnde talia negare dicit Thomas imprudentiæ eſt. Id enim, quòd multis videtur,non poteſt omnino falſum eſſe,ſecundum Philoſophum in de ſomno & vigilia,in fine,& in 7.Ethicorum.Sileo de hiſtoriis multis & authenticis, tam Catholicorum quàm Ethnicorum,qui Incubos eſſe palàm aſſeuerant.

*Quod multis videtur,nõ eſt omnino falſum.*

Cauſa autem quare Dæmones ſe Incubos faciunt vel Succubos,eſſe videtur,vt per luxuriæ vitiũ hominis vtiuſque naturam lædant corporis videlicet & animæ,qua in leſione præcipuè delectari videntur.

*Cur Dæmones incubatum affectent.*

Vnde enumeratis per altiſſimum multis luxuriæ vitiis, à quibus ſuum populum mundum eſſe voluit,in quibus infideles irretiti erant:ait Leui.18.Ne polluamini in omnibus his quibus contaminatæ ſunt gentes, quas ego eiiciam ante conſpectum veſtrum,à quibus polluta eſt terra,cuius ſcelera ego viſitabo:Dicit gl ſuper verbo gentes, Dæmones, inquit,qui propter multitudinẽ dicuntur gentes vniuerſæ, qui cum omni peccato gaudeant, præcipuè fornicatione & Idololatria,quia in his & corpus & anima maculatur, & totus homo qui terra dicitur.Omne enim peccatum,quodcunque fecerit homo extra corpus eſt:Qui autem fornicatur,in corpus proprium peccat. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici,vnum corpus efficitur cum ea,vt patet 1. Cor. 6. Hiſtorias de Incubis, & Succubis ſi intueri libet, Guilhelmum,vbi ſuprà, in ſuo vltimo lib. de vniuerſo. Et Thomam Brabãtinum in libro ſuo de vniuerſo, qui vulgò de Apibus intitulatur legito,& mirabilia conſpicies.

*Fornicatione & Idololatria cogpus & anima contaminatur.*

*Thomas Brabantinus de Apibus.*

Præterea virginis cuiuſdã multũ pulchræ corporis diſpoſitione,& quo ad animam valdè deuotæ in Baſiliẽſi cõſtituta Diœceſi bonã & diuturnã notitiã habui, quia confeſſor illius fui,cuius Dæmon cellulam ſæpiſſimè & dormitionis locũ perturbabat,modò ſtrepitibus, modò terrificis apparitionibus:Verum quia in cunctis quę virgo geſſit,omni plena fuit cuſtodia, Chriſti aſſiſtente gratia, a cunctis viris & & ab Incubo ſemper remanſit intacta.Nã ſecũ ipſa cõſiſtẽs, nullo teſte conſcio,propter boni Angeli ſui cuſtodis reuerẽtiã, cui diligẽtiſſimè ſẽper obſequebatur,pede nudo ſeſe

*Veſtes non exuẽda ſunt illu,quæ ab incubo cxãtur.*

conſpicere non audebat,& abinde v eſtita die noctuq́ue iacebat.

*Incredibilis multitudo meretricum in concilio Conſtantienſi.*

Fuit denique fama communis virorum fide dignorum, eo tempore, quo Conſtantienſe concilium generale celebrabatur, in quo, hoc eſt,in ciuitate ipſa Conſtantienſi, quòd verecundum eſt dictu, propter principum ſeculariũ & mechanicorum præſentiam, incredibilis meretricum multitudo aderat.Eodem inquam tempore in eadem Diœceſi prope oppidum in *Minterhaar* in campi latitudine,quædam,vt videbatur,fœmina pulcherrima ſecundùm corporis pulchritudinem curſori cuidam obuiauit in ipſo itinere. Quæ cùm virum iſtum Deum timentem ad opus nefarij concubitus inuitaret,facinus horruit, Dei protectus adiutorio,cumq; ſimplici animo curſor,vnde fœmina veniret ab ea quæſiſſet, reſpondit, de Conſtantienſi venio concilio.Et aperta,quam in latere portabat,crumena,ſubintulit,Ecce has omnes pecunias in præfato loco corporis mei mercede conquiſiui. Et hoc dicto, velut fumus protinus euanuit.Et quòd Succubus fuerit ſpurciſſimis verbis & fuga reſpondit.

*Incubus publicè in concilio Conſtantienſi ſe inter alias meretrices proſtituit.*

## CAPVT X.

INquinant formicæ manus,eas multùm tangentium, & inquinantur potiùs vel ſeſe maculant qui incautè eas contrectant. Cùm enim conditionis ſint liberæ,ſua libertatè carere nolentes ſicut ſe moleſtantes humore acuto pungunt: Ita captiuitatem earum quærentes manibus polluuntur.

In quo contactus omnis illicitus nobis prohiberi moraliter innuitur,ne in interiori præſertim homine coram domino & angelico maculati appareamus conſpectu. Sumus enim dicit Apoſtolus 2. Cor. 6. & 7.tẽplum Dei viui, ſicut dicit Deus,quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo:& ipſi mihi erunt populus: propter q̃ exite de medio eorum & ſeparamini dicit dominus,& immũda ne tetigeritis, & ego recipiã vos,& ero vobis in patrẽ, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Verba hæc ſunt Apoſtoli per totum.

*Templum Dei vnde ſimus.*

Contra q̃ maximè luxurioſi delinquẽte reperiũtur,corpus

pus coinquinantes, & ſpiritus, qui virgines vel fœminas tangunt illicitè, vel vbi ſexus fœmineus ſeipſum palpat vel tractare ſinit inuerecundè.

De quibus beatus Petrus 2. ſua canonica 2. c. ſic dicit, Hi ſunt velut irrationabilia pecora, voluptatem exiſtimantes dici delicias coinquinationis & maculæ deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes, oculos habẽtes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles.

Quamuis enim formica inter minuta animalia ſit ingenio & ſagacitate nobiliſſimum, tamen incautè tactum quãtumcunque quis ſit nitidus eum reddit immundum. Ita humanum corpus, licet à peccato ſit actuali innoxium, tamen à diſpari ſexu tactum faciliter nimis vtrunque hominem facit pollutum. Cinis quippe tactus à cinere modiciſſimo, adhibito humore, in lutum conuertitur: Argentum inſuper etiã ſi ad nitorem purgatum fuerit ſeptuplum, vel minera qualiſcunque alba, etiam ſi aurum fuerit obriſum, cùm in charta munda ſuo tractu ducitur: protinus in liquorem ex motu inſenſibiliter reſoluitur, & macula de mundo ſuper nitido contrahitur.

*Vt cinis facilè in lutum coaleſcit, humore perfuſus, ſic homo peccatori ſociatus facilé peccat.*

Hinc huius in typum olim Deus vetaſſe legitur, ne ſuper terram reptantia, vel eidem multùm hærentia, ab electo tangerentur populo, alioquin pœna inquinationis quis mulctabatur. Vnde Leuitici 11. omne quòd reptat ſuper terrã (gloſ. terrena ſapiens) abominabile erit, nec aſſumetur in cibum. Quicquid ſuper pectus quadrupes graditur (gloſſa: gaſtrimargiæ ſtudens,) & multos habens pedes (gloſſ. ex variis ſcripturis & varia doctrina ſibi ſalutem futurã affirmans) ſiue ſuper humum trahitur (Euangeliorum prædicatione alutens luxuriosè viuendo) non comedetis, quia abominabile eſt. Nolite contaminare animas veſtras, nec tangãtis quicquã eorum, ne immundi ſitis: Ego enim ſum dominus Deus veſter, ſancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Gl. notat, hîc non omnem pollutionem in mortuis corporibus notari, vnde ſequitur, Ne polluatis animas veſtras in omni reptili, quod mouetur ſuper terram.

*Gradientia ſuper pectus gaſtrimargiã notant.*

*Piger.* Quia hîc locum habet adhuc ſibi cauẽdi ab inquinatione vtriuſque hominis, qua quis inficitur potiſſimè per luxuriam, provt probaſti ſcire cupio de Incubis, quædam mihi occurrẽtia dubia: primum, an Incubi generẽt aliquã-

do fœtus. Secundò, cur plus improbati sint vel esse videantur fœminis quam viris. Tertiò, quibus remedijs liberati possint, qui ab Incubis vexantur.

*An incubi generent aliquãdo fœtus.*

*Theologus.* Ad primi solutionẽ tria aduertas: videlicet quòd Dæmones propriè non generant, nec concupiscentiã sensitiuã in venenis habẽt, licet generationẽ prolis procurare possint, nõ suæ, sed illius viri, cui se fecit succubum Dæmõ aliquis, vel illius, cuius virtus sementina est: & fœmellæ huius, cuius delusor est incubus. Primi dicti rationẽ si scire libet, videre poteris in Sãcto Doct. vbi prius, & in Vuilhel.

*Dæmones magis infestare mulieres quã viros.*

Secundum deducit idem, & præcedens, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, neque generationis instrumenta, per quæ sola & volũtas concupiscibilis, & generatio carnalis explentur. Præterea, vt verbis vtar Vuilhel. Si concupiscentiã libidinosam haberent, cùm pessimi sint, vtique à Sodomitico vitio se non continerent in viros, & tamen nullibi reperimus. Benedictus autem altissimus, qui virilem speciẽ in hominibus à flagitio eorũ vsque hodie sic seruauit.

*Cyprum inhabitari à filijs Incuborũ.*

Quod autem generationem procurent aliquãdo ex præcedẽtis capituli auctoritatibus palam est. Et ex Vuilhelmi dictis sic claret: Quia gentem Hunorũ ab huiusmodi Dæmonibus generatam esse euidenter historia regnorum Occidentalium narrat, & insulam Cypri totam populatam esse & inhabitatam à filiis Incuborum fama prædicat.

*Dæmones gigantes posse procreare.*

Deniq; quòd Gigantes procreare valeãt, vt nascãtur vel concipiantur, causas S. Doctor assignat. Quia scire possunt virtutes virtutis sementinæ ex dispositione viri huiusmodi, à quo decisa est, & mulieris eidem proportionatæ complexionem agnoscere, & ita constellationem optimè ad hoc cooperantem. Quibus similiter occurrentibus, possibile est genitos magnos esse, & fortes corpore.

*Vt illæsa virginitate liberi procreentur, Dæmones efficere possunt.*

Quo etiam non obstãte: Incubi calliditate & maleficio, vir possit habere filium, & fœmella eundẽ, salua vtriusque virginitate: non tamen in dignitate tali, qualis in beatissima Virgine extitit, licet cum vtriusque aureola, si scire desideras, in quarto scripto quæstione decima. S. Thomam legas & ita esse possibile clarè discres.

Nec mireris in hoc. Nam in Bambergẽsi Diœcesi virginis notitiam habui, quæ puerum genuit, & virgo vera post partum permansit, non integritate carnis, & solius Dei genitricis

gitricis priuilegium est,sed in experientia voluntariæ libidinis.Fuit enim virgo pulchra valdè, & formæ elegantis, dominæ nobili obsequens,quam quidam iuuenis dolosus & potens cognoscere quæsiuit viis quibus potuit.

*Exemplum de Bambergensi virgine, qua virgo peperit,*

Hunc cùm virgo deuota,velut hostem vitaret, virusque hominis,ipse nocturno tempore insidias virgini posuit, & quod obdormiens fortissimè,& inexcitabiliter quodãmodò in primo somno iacere consueuisset:nescio vnde didicit, ex hac occasione in cubiculum virginis venit,dormiẽtem cognoscit,nescit virgo, vt dicit in conscientia sua,quomodo impręgnauerit,& ita recessit.Cùm autem virgo doli etiam postmodum penitus ignata signa impræg nationis habere inciperet, & ad examen coram honestis matronis posita impręgnata esse reperta,fugit reus de patria,qui aliàs palo transfixus fuisset.Ipsa autem virgo incredibilibus lachrymis sese deplanxit.

Fuerũt tũc multi,qui virgini,vt sine periculo pareret,matrimoniũ suaserũt:alij quòd deterius extitit,ea abuti cõcupierũt,præfatã partus difficultatẽ allegãtes.Sed virgo deuota,votũ quod Christo de virginitate statuerat seruãdũ,etiã si mortis sequeretur,cõstãter seruare decreuit,& perficit.Nã tẽpore oportuno peperit,& in magna deuotione iam plurimis annis vixit,séq;à mũdi huius cõcupiscẽtiis,ita nudã fecit,vt aureolã virginũ eã tãdẽ perceptura nõ dubitet.Discãt ex hac virgines, quã cautè thesaurus ille necessariò seruandus sit,quẽ saltẽ de corporis integritate,aliquãdo incubus,aliquãdo homo insidiosus,aut in dormitionis naturali fortitudine,aut in potus artificialis collatione rapere potest.

Ad secũdũ dubiũ respõdet Vuilhelmus,quòd verisimiliter nec Succubi nec incubi amore cõcubitus nec desiderio voluptatis talia viris & mulieribus faciũt,sed potiùs malignitatis studio:videlicet vt vtrũque polluant eos & eas spurcitia.Similem causam audisti in gl. vna præcedenti capite.

Cur autem Incubi amplius vexare reperiantur mulieres & etiam puellas pulchros crines habentes,respondet dominus Vuilhelmus:Nõ mihi alia causa occurrit nisi vna istarũ:quia aut curæ aut ornatui crinium nimiũ incũbunt huiusmodi:Aut quia per crines viros inflammare cupiunt vel consueuerunt:aut quia in eis inaniter gloriantur:Aut quia diuina bonitas hoc permittit vt terreantur mulieres inflã-

*Cur magis ab Incubis vexẽtur puellæ pulchros crines habentes.*

mare

mare viros per ea, per quæ etiam Dæmones inflammare viros volunt.

Cur autẽ Dæmones in Veneris vitio potentiam generatiuam plus moleſtent etiam in ſexu maſculino per maleficia habuiſti cauſam ex Sancto doctore cap. 5. huius libelli.

*Quibus remedijs liberari poſſint, qui ab Incubis vexantur.*

Ad tertium de remediis propellendi Incubos in diuerſis diuerſa legi & reperi: quòd per quinque modos quidam liberari reperiũtur. Videlicet per exorciſmorum applicationẽ per ſanctam exercitationem, per ſacramentalem confeſſionem, per loci certi mutationem, & per cautam ſanctorum excommunicationem. De primo ſatis habitum eſt ſuprà præſenti lib. cap. 6.

*Angelicam ſalutationem Incubos propellere.*

De ſecundo ſanctis exercitiis videlicet crucis conſignatione vel Angelica ſalutatione. Refert Cæſarius in ſuo Dialogo, quòd in Bunna, poſtquam ſacerdos quidã ſe ſuſpẽdit, eius concubina monaſterium intrauit, & per Incubum ad luxum prouocata eſt, quem per crucis conſignationẽ repulit, & per aquæ benedictæ aſperſionem, ſed ſtatim poſtea rediit. Quando autem angelicam ſalutationem dicebat, longè velut ſagitta diſparuit, & receſſit: ſed interdum rediit, licet prope accedere ad eam non auderet.

*Confitendo peccata pelli Succubos.*

De tertio ſacramentali confeſſione videlicet, patet per eundem Cæſarium, qui dicit quòd concubina antedicta, cũ iam confeſſa eſſet purè, in toto derelicta eſt ab Incubo.

Refert idem, quòd quidam vir in Leodio paſſus Succubum cõfeſſione ſacramentali finita, totaliter liberatus eſt. Ponit inſuper exemplum ibidem, de quadam incluſa propter Deum, quam Incubus nec crucis ſigno, nec oratione, nec cõfeſſione, nec propter aliud ſpirituale exercitium reliquit quando eius lectum aſcenderet. Sed cùm ad informationem cuiuſdam viri religioſi diceret: Benedicite: eam ſtatim Dæmon reliquit.

*Mutatio loci mutat Incubos.*

De quarto, videlicet loci mutatione, dicit qui priùs: quòd filia cuiuſdã ſacerdotis ſtuprata per Incubũ, & facta ex dolore frenetica, trãs Rhenũque elõgata ab Incubo dimiſſa eſt. Sed pater eius, quia à loco filiã depoſuerat à Dæmone percuſſus eſt, adeo vt moreretur in triduo. Hinc de Apib. prope finem ſermo fit de quadam, quæ per Incubum crebrò in lecto vexata proprio, cõſociã deuotã petiit, vt loco vexatæ iaceret, quod cùm feciſſet tota nocte quaſdam inquietudines

tudines grauissimas sensit,& prior tunc quieta fuit.

*Excommunicatione ineubospelli.*

De quinto,de excommunicatione,quæ fortassis aliquando eadem est exorcisationi:patet in Legẽda beati Bernardi, In Aquitania siquidem quædam mulier ab Incubis sex annis iam vexata,incredibili abusu libidinis,audiuit,sibi incubum,ne ad virum sanctum,qui vẽturus erat,appropinquaret,minantem.Nihil,inquit,tibi proficiet, sed eo recedente tuus crudelissimus ero persecutor, qui hactenus tuus amator extiti. Quæ cùm virum S. Bernardum inuocarer, Respondit:Tolle meum baculum, & loco tuo infige,& faciat malignus quod potest. Hoc cùm fecisset, Dæmon, Cameram fœminæ non est ausus intrare , sed foris minabatur atrociss imé eam velle persequi Betnardo recedente: Quo per fœminam audito conuocat populũ S. Bernardus, omnes iubet accensas candelas gestare in manibus,& Dæmonem cum vniuerso,qui aderat cœtu,excommunicauit, ac ne ad illam vel ad aliam deinceps accessum habeat interdixit.Et ita illa plenè liberata est.

*S. Bernardi baculus in lectum positus Incubum abigit.*

Aliquando verò nullum prædictorum remediorum iuuat,vt Dæmonis abscedat nequitia, vt de Apibus circa finem ponit Thomas Brabantinus exemplum de quadam, quæ Incubum passa,nullo confessionis remedio vel crucis aut huiusmodi applicatione liberabatur,licet causam vexationis suæ satis nudè confessa esset.

Similis ratio assignata est suprà cap.6.de maleficio,quare non semper tollitur.Tunc enim pœna est vexatio Dæmonis & pro peccatis satisfactio:si prout oportet sustineatur in charitate,sicut alia mala huius mundi, quæ nos premunt,sed ad Deum ire compellunt.

*Piger.* Cùm fœminæ sint timidæ, & faciliter mirabilium formarum in imaginatione susceptiuæ, nunquid contingit quibusdã ex eis,quòd in veritate per incubum nõ vexantur , sed tantummodo ita se vexari putant. Sicut etiam quædam ex eadem radice falsò se impregnatas esse putant per Incubos,vt fertur,quæ tamen grauidæ non sunt.

*Theologus.* Vtcumque verum esse agnoscitur, vt dicit dominus Vuilhelmus vbi prius:Multæ, inquit de apparitionibus fãtasticis ex morbo melãcholico in multis fiunt:sed in mulieribus maximè,sicut apparet de visionibus & reuelationibus.Et causa in hoc est præter eã quam norunt Medici ipsi

*An quædam se Incubo vexari sibi imaginentur.*

ci, ipsa natura muliebrium animarum, ob hoc videlicet quoniã longè facilioris & leuioris impressionis sunt quam animæ viriles.

*Quasdam sibi imaginari se grauidas.*

Et subdit idem: Scio me vidisse mulierem, quæ credebat se cognosci ab intus & à Diabolo, & alia incredibilia se sentire dicebat. Nonnunquam etiam impręgnatæ sibi videntur mulieres ab Incubis, & intumescunt vehementer ventres earum. Et cum partus tempus aduenisse credunt, sola emissione multæ ventositatis detumescunt. Nam de ouis formicarum in potu sumptis incredibilem ventositatem & tumultum in ventre generant hominis: Similiter de granis catapuriæ: Et de granis arboris, quæ dicitur Nigrapinus consimilia in ventre fiunt. Facillimum est autem Dæmoni similia & maiora in ventribus hominum procurare.

*Ouа formicarum ventositatem & tumultum in ventre generant.*

*Ludificatoria experimenta Maleficorum.*

Et si libris Maleficorum creditur, scripserunt experimentum ludificatorium, quo apparere dicebant mulieribus se in lecto pluries cognosci, quàm cognoscerentur. Verbi gratia, cùm cognoscerentur nisi semel aut bis ab eo, qui experimentum illud operaretur, putaret se cognosci quadragesies aut sexagesies. Esset ergo similes ludificationes Incuborum. Etiam ex testimonio sanctæ cuiusdam mulieris sciri potuit, quòd quidam ex huiusmodi Dæmonibus, cùm sic ludificasset eam, videlicet concubitu fantastico, tanto fluxu seminis inquinauit eam realiter, vt mille homines non tantùm emitterent. Hæc omnia de Vuilhelmo.

## CAPVT XI.

RAdices lædunt arborum formicæ, vbi iuxta arbores nidificare sinuntur. Quia radices inde rodunt, & succo exinde exhausto arescit radix & exinde stipes & rami.

*Exterior, superior & interior homo.*

In hominis natura tres particulares homines sunt qui radices suas habent, quas lædere valent nociuæ formicæ. Est enim exterior & interior homo, qui oculis etiam patet alienis in figura quantitatis corporeæ. Superior homo, qui spiritualis dicitur homo, & interior, & est sensualis tãquam medius & animalis homo dicitur. Quisquis autem horum, quia radicem suam habet prbpriam ramos & stipitem, arbori assimilatur.

*Homo inuersa*

Nam primi hominis figura, arboris, sed euersæ similitudinem

dinem præfert ſecundùm Philoſophos, quia crines radicibus in capite aſſimilantur, truncus pectus, & eidē adiacentia dicuntur, mēbra verò, reliqua rami vices habere videtur, & operatio talium fructus ſunt corporei. Vnde Marc. 8. legimus de cæco, quem Dominus paulatim iuxta fidei ſuæ cremētum ſanabat, quòd primo ſputo eius tetigit oculos, & an videret quæſiuit: Cui ille reſpōdit: Video homines velut arbores ambulantes. De hac arbore corporis non curandū eſſe Dominus docet, dicens Matthæi ſexto. Quis veſtrūm cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. Omnes, inquit, Matth. 10. veſtri capitis capilli numerati ſunt, nolite ergo timere. *arboris ſimilitudinem præfert.*

Alius autem eſt homo animalis: de quo 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia. n. eſt illi, & nō poteſt intelligere: Vbi gl. Animalis homo dicitur vel vita vel animi ſenſu. Vita autem animalis dicitur quæ fertur diſſoluta laſciuia animæ ſuæ, quàm intra naturalis metas ordinis ſpiritus rector nō continet, eo quòd ipſe Deo ſe regendū non ſubiicit. Animi verò ſenſu dicitur animalis, qui de Deo iuxta corporum fantaſiam, vel legis literam, vel rationem phyſicam iudicat. Quare autem animalis non percipit, ſubdit: Stultitia eſt illi ſecundùm humanum ſenſum: Ideo non poteſt intelligere ſpiritualia. *De homine animali, ſecūdum, vitā vel ſecūdum ſenſum.*

Huius hominis, id eſt, ſenſualitatis radices ſunt ſecundū medicos humidum radicale & calor naturale, & elementorum quatuor qualitates: cuius cura ſpectat ad medicos: Qui tamen in omnibus non ſunt imitandi: dicente B. Ambroſio ſuper Pſal. 13. Contraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ ſunt. A ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Et concludit, itaque qui ſe Medicis dederit, ſe ipſum ſibi abnegat. Hominis enim animalis membrum mortificare iubet Apoſtolus Col. 3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationē, immūditiam libidinē, cōcupiſcentiam malam & auaritiā. Huius hominis mēbra, manus, pedes & oculos abſcindere Chriſtus iubet, cùm ſcandalizant nos, Matth. 18. Hoc, inquit Apoſtolus Ro. 6. Scientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ſcilicet cū Chriſto vt deſtruatur corpus peccati, & non vltra ſeruiamus peccato. *Medicis non in omnibus eſt obſequendum*

Tertius verò ſpiritualis homo eſt interior: de quo 1. Cor. *De ſpirituali homine.*

2. di

2.dicit,Spiritualis aũt homo iudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur. Vbi gl.Spiritualis autẽ homo eſt vita vel ſciẽtia.Spiritualis eſt vita,qui ſpiritum domini habẽs rectorẽ, animam regit.Sciẽtia verò ſpiritualis eſt,quia & ſic ex parte & per ſpeculum videt, tamen de Deo ſecundùm imagines corporũ,vel legis literam, vel humanã philoſophiam non ſapit,ſed Spiritui Dei ſubiectus, certiſſimè ac fideliter iudicat omnia,certa fide, occultorum non patenti cognitione,& ipſe à nemine,ſcilicet à nullo homine animali iudicatur,id eſt,intelligitur,vtrum benè vel malè intelligat.

*Arboris forma ſpiritualis hominis.*

Huius hominis ſpiritualis radix eſt gratia,fides & charitas;Stirpes animæ eius eſſentia, rami potentiæ, gẽmæ cogitatus,folia verba,flores voluntates, & fructus virtutes & earum opera.De quibus Apoſtolus Rom.6.dicit,liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habitis fructum veſtrum in ſanctificationem,finem verò vitam ęternam.Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Et ad Epheſ.3.Flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,vt det nobis ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborati per ſpiritum eius interiorem hominem habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati,& fundati, vt poſſitis cõprehendere cum omnibus ſanctis,quæ ſit latitudo,lõgitudo, ſublimitas & profundũ.

*Bona opera, quæ.*

Hinc beatus Gregorius in Homilia quadam, vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt,ſic multæ virtutes, ex vna charitate generantur.Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.

*Ex vna charitate multa ſolẽt virtutes prodire.*

Ex quibus iam patẽter conuincitur, quanta damna hominibus inferant, qui velut nociuæ formicæ fidem, gratiam vel charitatem de cordibus hominum caſſant.

*Bona opera, niſi in radice charitatis maneant, nihil viriditatis habent.*

*Piger.* Puto Dæmones in huiuſmodi radicibus damna maxima inferre quando eos cõſtat alicuius hominis corpus potenter poſſidere. Quia in hoc omnium trium, quas deſcripſiſti arborum radices lædere videntur. Quamobrẽ ſcire cupio de hac materia, vtrum tantummodò pro grauibus criminibus poſſideant. Quibus modis vexẽt & quibus remediis iuuari valeant poſſeſſi.

*Theologus.* Satis benè conſideras, ſed non diſtinguis.Diuerſimodè enim diuerſi poſſidemur,quidam plus, alij minus,

nus, per Dæmones, à quibus non semper potenter possidétur, nec propter quodibet mortale peccatũ quis possidetur.

*Propter quæ crimina homines à Dæmonibus possideantur.*

Vnde ad primam tuam quæstionem audi Sancti Doctoris, quodlibeto 3. q. 3. responsum. Quantum, inquit ad corpus, potest Diabolus hominẽ substantialiter possidere sicut patet in arreptitiis. Sed hoc magis pertinet ad rationẽ pœnæ, quàm ad rationem culpæ. Pœnæ autem corporales huius vitæ non semper sequuntur culpam eius qui punitur, sed quandoque non peccantibus inferuntur, vt dicitur Ioa. 9. de cæco nato. Et hoc modo est secundum altitudinẽ incomprehensibilium iudiciorum Dei. Vnde non cum qualibet culpa mortali Diabolus habitat in homine substantialiter etiam quantum ad corpus. Hæc ille.

*Quinque ob causas obsideri homines à Diabolis.*

Reperio autem quòd quinque de causis aliquem contingit possideri, Aliquando pro proprio maiori suo merito, Aliquando pro alieno leui delicto, Aliquãdo pro suo veniali peccato, Aliquando pro graui peccato alieno, Et aliquando pro magno facinore proprio.

*Diaboli pellũtur cilicio & epistola.*

De primo patet in Dialogo Seueri, beati Martini charissimi discipuli, vbi fertur quendam patrem sanctissimæ vitæ tantũ dotatũ in gratia expellendi Dæmones, vt hi nedum verbis suis propriis fugarentur, sed etiam eiusdem patris epistolis & cilicio. Cùm autem coram mundo pater esset celeberrimus, se tentari sensit vana gloria. Cui vitio licet viriliter resisteret, tamen vt humiliaretur amplius, totis præcordiis Deum precabatur, quatenus quinque mensibus à Dæmone possideretur. Quod & factũ est. Nã eum statim possessum vinculari oportebat & omnia applicare sibi Dæmoniacis cõmunia. Finito autem quinto mense, prorsus & ab omni vana gloria & à Dæmone liberatus est.

*Quomodo ex alieno delicto quis possideatur.*

De secundo quomodo ex alieno leui delicto, aliquis possidetur, ponit exemplum beatus Gregorius de beato Eleutherio, abbate, viro simplicissimo, qui cùm prope monasterium virginum pernoctaret, ei ignoranti ordinauerũt ad suã cellam poni paruulum puerum, qui omni nocte vexabatur à Dæmone, sed eadem nocte à Dæmone liberatus est per patris præsentiã. Hic cùm rẽ didicisset gestã, & puerũ positus esset in monasterio sancti viri, & trãsactis multis diebus, paulò immoderatè lætus de liberatione pueri, ait ad confratres suos. Fratres, Diabolus sibi cum illis sororibus

iocabatur. Sed vbi ad seruos Dei venit. puerum hūc accedere nō præsumpsit, Et ecce statim Diabolus puerum vexare cepit, & per lachrymas & ieiunia sancti viri & confratrum difficulter, sed eadem die liberatus est.

De tertio videlicet de proprio veniali peccato patet, per Cassian. collatione abba. Serem, prima, dicentem de Moyse. Moyses, inquit, in eremo cum singularis & incomparabilis vir esset, ob reprehensionē vnius sermonis, quem contra abbatē Machariū disputās paulò durius protulit, quadā scilicet opinione præuētus, diro cōfestim traditus est Dęmoni, vt humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret.

Quod flagellum purgationis gratia se dominus intulisse: ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret velocitate curationis eius, atque auctore medio demōstrauit. Nam continuò, abbate Machario in oratione submisso dicto citius, nequam spiritus ab eo fugatus abcessit.

*Lactucā sine signatione crucis comedens corripitur à Diabolo.*

Simile videtur huic, quod primo Dialogorum refert B. Gregor. de quadam Dei famula in monasterio virginum, quæ hortum ibidem ingressa, lactucam conspicieus & concupiscēs, quā signo crucis benedicere oblita, auidè momordit, arrepta à Dęmone cecidit & vexabatur, quousque statim vocato beato ibidē patre Equitio per eundem liberata est.

De quarta causa, qua dictum pro alieno graui peccato aliquem possideri patet ibidem per beatum Greg. Nam vt refert Fortunatus Episcopus, Diabolum ab obsesso homine propulerat. Serò igitur Dæmon idem in specie peregrini per plateas ciuitatis clamare cepit. O virum sanctum Fortunatum, eiecit de hospitio peregrinum, quem quidam vir innitauit suum ad hospitium. Et quęrendo causam expulsionis, est gauisus super derogatione sancti viri, quam à peregrino ficto audiuit. Exinde autem Diabolus puerum inuasit, & prunis iniecit ac animam eius excussit, sicque patet miser primum quem recepisset, hospitio intellexit.

De quinta verò causa propriij facinoris & magni cōmuniter, tā in sacra scriptura, quàm in sāctorū passionalibus legimus. Nam sic 1. Reg 15. Saul inobediēs Deo possessus est.

Tempore, quo in vniuersitate Colonienſi sacræ Theologiæ studio asscriptus fui quædā virgo quindecim vel sedecim annos habēs, moribus secundū seculū satis composita, in domo cuiusdā suæ cōsāguineæ nutriebatur extra domū

parentum

parentum. Cúmque cognatæ ſuæ cyphum ſatis vilẽ terreũ quendã à caſu fregiſſet, cognata ira replebatur in lapſus negligentiam, & in ream virginem, quæ virgo tantò hoc moleſtius tulit, quò vaſculum vilius extitit. In irã igitur cõmota virgo hora ſumendi cibum, nec comedere nec ad mensã præ ira ſe præſentare voluit, Cuius cognata ait: Oportet vt comedas. At virgo apud ſe (vt mihi poſt modum & exorciſtæ retulit ſuo) huiuſcemodi verba ſubmurmurando dicebat. Si me oportet edere, in nomine diaboli fiat. Sic menſam accedit, benedictionem menſæ quam benè ſciebat, dicere neglexit, & in primo morſello, vt putabat muſcã ori illatam ſenſit, quam cum nulla arte eiicere valeret, deglutiuit, & immediatè obſeſſa fuit, ſemper tamen vſum rationis bonum habuit licet ſæpè ſatis vexaretur à dæmone.

*Diabolus in ſpecie muſcæ deglutitur.*

Cùm autem in domum parentum cũ magna mœſtitia reduceretur, & diutiſſimè nullus reperiretur, qui liberare poſſet, tãdẽ quidã frater noſtri ordinis, nũc Magiſter Gotfridus *Echluſſel* ſacræ Theologię profeſſor, calamitati parẽtũ & puellæ cõpatiens, ſe de eius exorciſatione intromiſit, pacto tali præuio, vt, ſi liberaretur, nihil terreni exorciſtæ daretur, ſed puella in caſtitate ſolita, ſi vellet, liberè & non in matrimonio de cætero Deo militaret. Legit igitur pater præfatus miſſam, obtulit obſeſſa oblationem conſuetã, in eadem affuit per totũ, & in nullo vexari videbatur. Finitoque officio, poſt ſatis diutinum exorciſmi actum, membris omnibus virginei corporis penè præcontuſis, exiit dæmõ, & ita virgo deinceps domino in caſtitate ſeruiuit.

*Puella voto caſtitatis deſtinata, liberatur à Cacodæmone.*

Portò quò ad ſecundũ dubium: Quibus modis dæmon poſſideat vel hões lædat? ad plenũ puto nullus in hac vita ſine miraculo poſſet edicere. Sũt tamen ſex modi ſatis cõuenientes vt perfunctoriè trãſeamus, quib. poteſtatẽ exercẽt in hões, ſed tãtũmodo pro quãto à Deo permiſſi fuerint.

*Sex modi quibus Cacodæmon homines poſſidet & lædit.*

Nam vexant aliquando tantũ in rebus fortunæ exterioribus. Aliquando etiã aliquos in propriis vexãt tantũmodo corporib. aliquando in corpore ſimul & in potentiis interioribus, aliquãdo quidẽ per eos intus & extra ſolũ rẽtantur: Alij caſtigatione eorum ad tẽpus tãtũmodo vſu rationis priuãtur: Alij verò velut beſtiæ irrationales redduntur.

De tribus primis manifeſtum eſt in B. Iob Deũ dæmonẽ licẽtiaſſe in res exteriores eius tãtũmodo, quãdo Deus

Sathanæ ait, Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam, Iob primo. In corpus, vbi postmodum ait ibidem 2., Ecce in manu tua est, verùm tamen animam eius serua, id est, vitã eius ne auferas. In potentias interiores verò agendi potestatem dedit ibidem 7. vbi dicit Iob ad dominum: Si dixero cõsolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquẽs mecũ infirmitate meo: Terrebis me per somnia & per visiones horrore cõcutiens, dæmone scilicet procurante, secundum Nicol. de Lyra.

*Iob quò ad potentias interiores, afflige-batur à Sathana.*

Nam vt sanctus Thomas ibidem ad literã exponit, homines sapientes quãdo solitarij sunt, & tumultibus hominum & negociorum remoti, tunc magis loqui possunt secundum rationem aliquid cogitando, sed ista remedia Iob iuuare non poterant, quia tempore quo his remediis vti debebat, aderant sibi alia impedimenta, quibus perturbabatur, scilicet somnia terribilia, & horribiles visiones. Et hoc est quod subdit: Terrebis me per somnia, quæ scilicet dormienti apparent, & per visiones quæ scilicet apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuum alienatio.

*Nocturna phãtasmata.*

Solẽt nocturna phantasmata conformia esse, diurnis cogitationibus. Vnde quia Iob de die mortis suæ cogitabat, similibus phantasmatibus perturbabatur in nocte. Infirmitas enim corporis ad hoc operatur, vt perturbata phantasmata dormientibus appareant. Sic igitur vndique consolatione exclusa, nullus modus Iob remanere videbatur, tot angustias euadẽti, nisi per mortẽ Horrore, inquit, cõcutiẽs.

*Quomodo Sathan missus sit in cor Iudæ*

De quarto diabolicæ vexationis modo, patet in Iuda Io. 13. Cùm iam diabolus misisset in cor vt traderet Iesum Iudas. Vbi B Augustin. dicit: Missio illa spiritualis suggestio est, & non fit per aurem, sed per cogitationem.

De quinto modo habes. Mat. 17. in lunatico exẽplũ cuius pater ait ad Iesum: Domine miserere filij mei, quia lunaticus est, & male patitur Et de Saul. 1. Reg. 15. & in sequentib.

*Lunatici irrationales à Dæmonibus reddũti.*

De sexto modo typũ gessit illa mulier, quã vt Christus ait a ligauit Sathanas decem annis, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere, sicut nec bestiæ: vt patet Luc. 13. vbi glossa Basilij: Brutorum siquidem caput humi deflexum est, & terram cernit, caput hominis erectum est in cœlum, oculi superna conspiciunt.

*Quique remedia liberãdo obsessos.*

De tertij solutione dubij, quibus remediis liberẽtur possessi

ſeſſis à dęmone: Quando reperiuntur pro talibus experta antidota: Aliqui enim liberati ſunt per exorciſmos Eccleſiæ: aliqui verò contritione vera vel confeſſione: aliqui Euchariſtię ſacra communione: aliqui ſanctorum locorum applicatione vel bonorum oratione. Aliqui etiã in excommunicationis abſolutionis. De primo ſatis dictum eſt. Et de ſecũdo præcedenti cap.

*An obſeſſi debeant communicare ſacra ſynaxi, lib. rationis cauſa.*

De tertio dicit Caſſian. collation. abbat. prima. Communionẽ ſacroſanctam nequitiæ ſpiritibus traditis à ſeniorib⁹ noſtris nunquam memini interdictum: quinimò ſi poſſibile eſſet, & quotidie eis impartiri eam debere cenſebant, quæ ad purgationem ac tutelam corporis animæque peruenire credenda eſt: quæ ab homine percepta, eum, qui in membris eius inſidet ſpiritum ſeu in ipſis latitare conatur, velut quoddam exurens fugat incendio. Hoc namque modo curatum & Abbatem Andronicum nuper aſpeximus, aliosque quã plures Magis nãque ac magis inimicus inſultabis offenſæ, cùm eũ à cœleſti medicina viderit ſegregatũ tantóque durius & frequentius attentabit: quantò cum à ſpirituali remedio ſenſerit lõgius abdicatũ. Hæc Caſſianus.

*Euchariſtia ſacramentum exurit Dæmones.*

Et iterum de eiſdem ibidem dicit: Duo hic credere immobiliter oportet: primò quòd ſine Dei permiſſu, nullus ab eis ſpiritibus omnino tentatur. Secũdò, quòd omnia, quæ à Deo nobis inferuntur, ſiue triſtia ad præſens, ſiue læta videantur, velut à piiſſimo patre, Clementiſſimóque Medico pro noſtris vtilitatibus irrogantur: Et idcirco eos velut pædagogis traditos humiliari: vt diſcedentes ex hoc mundo, vel purgatiores ad vitam aliam transferantur, vel pœnali rigore plectantur. Quia ſecundum Apoſtolum traditi ſunt in præſenti ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſalui fiant in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

*Corpus hic affligitur vt ſpiritus ſaluus fiat.*

*Piger*: Quid ergo erit de vſum rationis non habentibus qui ſe probare non poſſunt, & ſic edere de cibo hoc ſecundũ Apoſtolum non valent.

*Amẽtes quomodo diſtinguendi, quoad ſumptionem ſacræ cœnæ.*

*Theologus*: Sanctus Doctor de hoc in tertia parte, quæſtione octaua ſic diſtinguit de omnibus amentibus. Aliqui, inquit, dicũtur non habere vſum rationis dupliciter. Vno modo, qui habent debilem vſum rationis, ſicut dicitur non videẽs qui male videt: Et quia tales poſſunt aliquam deuotionem concipere huius ſacramenti, non eſt eis hoc ſacramen-

tum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui non habere vsum rationis, quia sic à natiuitate permanserunt, & sic talibus nō est hoc sacramentū exhibēdū: quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio. Aut non semper caruerunt vsu rationis, Et tunc si prius, quando erant suæ mētis compotes, apparuit eis huius sacramēti deuotio, dēt eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi, nisi fortè timeatur periculum vomitus vel exspuitionis.

*Quomode amentibus in articulo mortis sacramentum adhibendum.*

Vnde legitur in cōsilio Carthaginēsi, & habetur in decretis dist. 28. q. 6. Is qui in infirmitate pœnitentiā petit, si casu, dū ad eū inuitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſin conuersus fuerit, debet testimoniū q̄ri ab his, qui eum audierūt. Et si cōtinuò creditur moritur, reconcilietur per manuū impositionē, & infūdatur ori eius Eucharistia. De baptisatis, qui corporaliter ab immūdis spiritibus vexātur, est eadē ratio, & de aliis amentibus,

*Infirmis infundēda Eucharistia.*

Hæc Thomas. Et ad hoc Cassianum allegat. Addit tamē in 4. dist. 9. dæmoniacis nō est denegāda cōmunio: nisi fortè certè certū sit pro aliquo crimine à diabolo torqueri. Cui sic Petrus de Palude addit. In hoc casu pro excōmunicādis sunt habendi qui traditi sunt Sathanæ. Hæc Petrus.

Ex quibus liquet, quòd si aliqui sunt possessi à dæmone etiā propter sua crimina, habentes tamē lucida intervalla & rationis vsum, postea cōuertūtur de peccatis, vel debitè cōfitētur, tales cùm sint absoluti corā Deo, nullatenus sunt à cōmunione diuinissimi Sacramēti Eucharistiæ sequestrādi.

De sanctorum locorum applicatione vel deuota oratione, quod pro quinto remedio tactum fuit, legendæ Sanctorum refertæ sunt. Merita enim sanctorum Martyrum, confessorum & virginum exigunt, vt hi spiritus nequā sanctorum in patria existentium intercessione vincātur, quos sācti in via vicerunt.

*Sanctorum intercessiones obsessos iuuāt.*

Similiter viatorum deuotæ orationes liberationem obsessorum obtinuisse sæpè leguntur. Vnde ad hoc hortatur Cassianus, vbi suprà. Si inquit, haberemus hanc sententiam, imò fidem, quam superius cōprehendi, vt & omnia per dominum fieri & pro vtilitate animarum dispensari vniuersa crederemus non solùm nequaquam despiceremus eos, sed etiam pro eis inquit, tanquā pro mēbris nostris incessāter oraremus, eisq; totis visceribus pleno cōpatiremur affectu.

De

De sexto modo absoluendi ab excommunicatione sciẽdum, quòd nec iste communis est, nec fortè licitus, nisi habenti auctoritatem & spiritualem reuelationem vel probabilitatem quòd possessus quis sit propter excõmunicationẽ Ecclesiæ, Sicut Apostolus 1. Cor. 5. excommunicatum à se & à plebe Corinthum fornicarium tradidit Sataniæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret in die Domini nostri Iesu Christi idest, vt glo. dicit: vsque ad illuminationem gratiæ contritionis, vel ad iudicium. Et Pseudo doctores, qui fidem perdiderant, videlicet Hymeneum & Alexandrum. tradidit Satanæ, vt discerent nõ blasphemare: 1. ad Timoth. 1. Tantæ enim potestatis, dicit glossa, erat Apostolus, tantãque gratiam habebat, vt recedentes à fide solo verbo traderet diabolo. Vnde sanctus Thomas in 4. distinctione 18. vbi Magister tres effectus excommunicationis tradit, eosdem sic declarat sanctus Doctor.

*De remedio excommunicationis in obsessis.*

Ex hoc ipso verò, inquit, quòd aliquis suffragiis Ecclesiæ priuatur, triplex incõmodum incurrit, per tria. quæ quis ex suffragiis Ecclesiæ cõsequitur. Valẽt enim ad augmẽtũ gratiæ eius qui habẽt, vel ad merẽdũ eis qui nõ habẽt. Et quãtum ad hoc, Magister dicit, quòd gratia subtrahitur per excommunicationem. Valent etiam ad custodiam virtutis. Et quantum ad hoc dicit, quòd protectio subtrahitur, nõ quòd omnino à Dei prouidentia excludãtur, sed ab illa protectione, qua filios Ecclesiæ specialiori modo custodit.

*Triplicia incommoda ex excommunicatione peruenientia.*

Valẽt etiam ad defendendum ab hoste, & quãtũ ad hoc, dicit quòd diabolo maior potestas sæuiẽdi in ipsum datur, & corporaliter & spiritualiter. Vnde in primitiua Ecclesia, quando oportebat per signa ad fidẽ homines inuitare, sicut Spiritus sanctus visibili signo manifestabatur, ita excõmunicatus corporali vexatione à diabolo innotescebat. Nec est incõueniẽs, si ille, qui est desperatus, hosti datur: quia nõ datur: ei quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cùm in potestate Ecclesiæ sit ex eius manu ipsum eripere cum voluerit. Hæc Tho.

*In primitiua ecclesia cur signa & miracula requirebantur.*

Ex quo vltimo verbo patet sextum remedium. Sed cauẽdum est valdè exorcistæ cuilibet, ne de suis viribus facilitèr præsumat, aut iocum aut ludum serioso Dei operi intermisceat: aut superstitiosum vel suspectũ aliquid de maleficio adiiciat. Alioqn pœnas vix euadet, vt declaratur per exẽpla.

*Remedia exorcizationis.*

Nam de primo refert beatus Grego. primo Dialogo, de quadã contra conſcientiam ſuam à marito petente & obtinẽte debiti reddition̄ in vigilia dedicationis Eccleſiæ ſancti Sebaſtiani, quia contra conſcientiã ſe proceſſioni Eccleſiæ immiſcuit poſſeſſa eſt, & publicè furiebat. Quo viſo, ſacerdos eiuſdem Eccleſiæ ex altari ſindonẽ tulit, eaque cooperuit. Sed & hũc ſacerdotẽ, renẽtè ſimul Diabolus inuaſit. Et quia vltra vires voluit quicquam præſumere, cõpulſus eſt cognoſcere in ſua vexatione quis eſſet. Hæc Gregorius.

*Diabolus illudentem ipſi exorciſtam cloacæ inuadit*

Nec de officio, quod Exorciſtatus ſanctum ordinẽ requirit, quis iocum faciat. Nam vidi in Conuentu Colonienſi fratrẽ, verbis ſatis iocoſum, ſed in gratia expellendi Dęmones valdè famoſum. Hic cùm in terminis conuentus Colonienſi Dæmonem in obſeſſo corpore arctaret. Iã Dæmon petiuit à Fratre locum recedendi: quo gauiſus frater, ait in ioco. In cloacã meam vadas. Exiit igitur Dæmon & nocte cum frater ventrem purgare vellet, Dæmon tam dirè cum torſit propè cloacam, vt vitam cum difficultate ſaluaret.

*Ad dæmoniacos curandos malefici non adhibendi.*

Cùm præterea maleficorũ præſidia ſuper poſſeſſos inuocantur finis deterior quàm principium ſæpè efficitur. Vnde de præfata fœmina refert Gregor. vbi ſuprà. Cùm inquit, propinqui eam carnaliter amantes, atq; amando perſequẽtes ad obtinẽdũ ſalutis remediũ maleficis tradiderunt. Ducta igitur per eos ad fluuium, atq; in aquam merſa, & multis incantationibus agitata, dum vnus Dæmon ab ea expelli debuit, legio eam intrauit: cuius diſtinctis vocibus iã clamare cepit. Quod tãdẽ conſanguinei confitentes, & de hoc dolẽtes, eam præſentarunt Sancto Epiſcopo Fortunato, qui diuturnis orationib. duobus diebus eã ex integro ſanauit.

*Flores & folia quid in ſacra ſcriptura ſignificet.*

## CAPVT XII.

DIſſummitates arborum formicæ ſcandunt, & ibi earum flores, aliquæ ſæpè gramina & fructus lædunt. Quę radices ſint arbor & rami in morali intellectu, qui lædi poſſunt à nociuis formicis dictum eſt præcedentis capit. principio.

Flores autem ſunt bona propoſita, & fructus opera verba verò velut folia. Vnde Eccleſ. 24. Ego quaſi therebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Vbi gloſ. Terebinthus arbor eſt

*Therebinthus quid*

fru

fructuosa, flos rameco sus, sicut oliuę; sed rubeus: folia habet densa & folliculos, emittentes quędam animalia quasi culices, plenior resina quæ de cortice erumpit.

Per Therebinthum significatur Ecclesia, quæ per totum orbem ramos prædicationis & fidei extendit: cuius resina præcipua, id est, animarum medicina. Masculi huius arboris sine fructu sunt, quia qui in se confidunt, fructum virtutis non faciunt. Fœminarum autem duo genera sunt, & cum vitę matureſcunt. Qui enim infirmitatem suam agnoscunt, & spem suam in domino ponunt, fructum martirij sibi acquirunt. Aut per continentiam aut munditiam cordis & corporis spirituale præmium possidebunt.

*Quid fructus vineæ Salomonis denotet.*

Qui etiam sint flores & fructus vineæ spiritualis in hæc verba tradit beatus Gregorius libro xi. Moralium. Benè, inquit, per Salomonem dicitur manè sagittamus ad vineas: Videamus si floruit vinea, flores si fructus parturiunt. Florent quippe vineæ, cùm mentes fidelium bona opera proponunt, sed fructus non pariunt si ab eo, quod proposuerũt aliquibus victi erroribus infirmantur.

Nõ ergo intuendum est, si viueæ floreant, sed si flores ad partum fructuum conualescunt. Quia mirum nõ est, si quis bona inchoat, sed valdè mirabile est si intentione recta in bono opere perduret. Vnde fit plerumq; vt si in bono opere recta intentio non tenetur, etiam ipsum hoc opus quod bonum creditur amittatur. Hæc ille.

Orandum ergo nobis est deuotè cum psalmis, Domine Deus virtutũ, vide & visita vineam istã, quã plantauit dextera tua, & ne singularis ferus eam depascat, aut per eam exterminat de silua. Ne etiam dominus de vobis sicut de gẽte maligna cõmittetur illud Ezech. 39. Feris auibus, omniq; volatili & bestiis terrę dedite ad deuorandum. Gl. Aduersariis potestatibus, Dæmonibus scil. qui iuxta viam comedunt sementem. Venit enim Diabolus & tollit verbum de corde hominum, ne credentes salui fiant: vt ipsa veritas ore expressit proprio.

*Piger.* Finẽ tractat⁹ propè habem⁹. De maleficis igitur adhuc operationibus scire desidero: vtrũ ne alij modi sint, quibus possidere consueuerunt dæmones in hac vita homines.

*Theologus*, Tres adhuc mihi occurrunt, vnus est in corporali vexatione, alius est in animæ necatione. Tertius est

*Num herbis, lapidibus & muſica expellantur Dæmones.*

in ſola opinione. Primus aliquãdo fit ſine delicto pręuio. Secũdus sẽper cũ mortali peccato. Tertius oritur ex cõplexionis vitio. Primus eſt de quo latè dictũ eſt in præcedẽtibus.

*Piger.* Vnum adhuc eſt mihi dubium de præfata materia vtrũ ne herbis, petris & melodiis valeant expelli Dæmones.

*Theologus*, Valent certè talia nõnunquã debitè applicata, & ſi non ſemper vi ex toto: tamen vt pro parte liberentur: patet illud Thobiæ 6. vbi Raphael ait Tobiæ: Cordis particulam piſcis nẽpe quem cepiſti ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum ſiue a viro ſiue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos.

*Fumus arboris cuiuſdã abigit Caco dæmones.*

Idem in effectu patuit ibidem 8. vbi Magiſter in Hiſtoria ſic addit: Nec ſuper hoc mirari debemus, cùm fumus cuiuſdam arboris aduſtæ eandem vim habere prohibeatur. Nec hoc venerabilis Hugo negat, cõmunicãdo eãdẽ hiſtoriam. Imò beatus Hieronymus dicit, Dæmonium ſuſtinẽti licet petras vel herbas habere ſine incantatione: & habetur in forma 26. q. 7. Dæmonium ſuſtinenti.

*Salomonis regis exorciſmi.*

Ad idem allegat Dominus Vuilhelmus Pariſiẽſis vltima parte ſummæ ſuæ de vniuerſo, ſatis probabiliter. Præterea certum eſt, exorciſmos iure aliquos fideles in vſu habuiſſe. Vnde Actorum 19. de ſeptem refertur. Super quo dicit Magiſter in Hiſtoria, licet per exorciſmos Salomonis ejecerint non tamen abſq; labore multo, ſed quibuſdam herbis & gẽmis adhibitis, vt tradit Ioſephus. Hæc ibi.

*Dæmones corporalibus virtutibus non ſubiacent.*

Detur quòd prænominata, non directè de ſui natura aduocãt vel cõpellũt Dæmones, videlicet verba, herbæ & petræ, vt dicit S. Th. in 4. diſt. 7. art. vlt. Non eſt, inquit credẽdũ aliquibus virtutibus corporalibus Dæmones ſubiacere, & ideo non coguntur inuocationibus, & factis quibuſdam maleficis, niſi inquantum per hoc fœdus cum eis initur: ſecundum quod dicitur Iſaiæ 18. percuſſimus fœdus cũ morte, & cum inferno fecimus pactum.

*Necromantici non poſſunt ſibi Dæmones ſubiacere.*

Et illud Iob. 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & ſequentia ſic finaliter exponit ſecundùm Thomam dicẽtem: Si quis rectè conſiderat omnia, pręmiſſa videtur pertinere ad præſumptionem Necromanticorum confutãdam, qui nitũtur cum dæmonibus pactum inire, ac eos ſibi ſubiicere vel qualitercũque conſtringere. Oſtenſo ergo, quod homo non poteſt vllo modo ſua virtute Diabolum ſuperare

rare,quòd ex omnibus pręmiſſis concludit dicens & ſubdēs, Pone ſuper eum manum tuam:ſubaudi ſi potes,quaſi diceret,nullo modo tua virtute potes. Superatur tamen virtute diuina.Vnde ſubdit.Memento belli:quo ſcilicet ego contra eum pugno.Hæc de Thoma.

Vnde etiam poſtea capit.41.dicitur:Nō eſt poteſtas ſuper terram,quæ ei comparetur.Super qno idem,per hoc,iuquit ſignatur,quod nulla virtus corporalis poteſt adæquari poteſtati Dæmonis, quæ eſt poteſtas ſpiritualis naturæ. Et ſequitur,Qui factus eſt vt nullū timeret.Diabolus.n.ex ordinatione ſuæ naturæ,in qua factus eſt à Deo vt nec hominē timeat,nec aliquā creaturā corporalē.Hæc de Thom.

*Diabolus factus eſt,vt nemo timeat.*

Indirectè autem quodam modo Dæmone obſeſſus, poteſt virtute melodiæ,vel herbæ,vel corporalis rei ſibi à naturali proprietate inexiſtente cerebrū vel partē corporis læſi à Dæmone ſanare,vel reducere vt tolerabilius habeāt, Vt tenet dominus Albertus Lucæ 9. & Nicolaus de Lira primo Re.16.& Doctores ibidem. Nec omnino certum eſt Dæmones aliquos niſi in pœnam in poteſtate eorū impediri,qui igne corporali cruciantur, & ſanctorum orationibus.Certū etiam eſt,eos præfatis rebus, ſi in laude Dei vel ſanctorum aſſumuntur, vel in inuocatione diuina & beatorum,ſæpè cruciari,vt in multis Legendis ſanctorū patet.

Præterea quòd his maius eſt. tenet Paulus Burgenſis in additionibus ſuper primum Re.16 hanc concluſionē:videlicet.Non ſolùm concedendum videtur quòd aliqua ſenſibilia poſſunt afflicti à dæmonibus leuius ferre, vt ſcilicet Nicolaus de Lira tenet.Sed quòd etiam per ſenſibilia aliqua à dæmonibus afflicti poſſunt totaliter liberari.quod probatur per eandem rationem,quam Nicolaus adducit.Nā cùm dæmones non poſſunt materiam corporalem ſecundùm ſuam voluntatem tranſmutare, ſed mediantibus actiuis qualitatibus quæ diſponunt materiam ad ſuſcipiendum actionem afflictiuam in corporibus ab eis obſeſſis:vt Nicol. dicit.Eadem ratione per aliquam rem ſenſibilem poteſt curari diſpoſitio in corpore humano,per quam non ſit aptum ad ſuſcipiendum actionem dæmonis. Verbi gratia, Mania eſt maximè diſpoſitiua ad alienationem mentis. ſecundùm medicos, & per conſequens ad ſuſcipiendum afflictionem Dæmoniacam. Quæ quidem Manica paſſio

*Per ſenſibilia poſſe obſeſſos liberari,*

*Exempli ad munica paſſione.*

ſicut

sic vt potest alienari per sensibilia medicamina sic & penitus curari & per consquens curata esset talia dispositio in corpo e humano ad suscipiendum affictionem dæmonis correspondentem tali dispositioni: & sic recedet penitus afflictio dæmonis actiua recedente passiua in possesso.

Idem potest dici de iecore piscis Thobiæ. Idem de melodia Dauid. Ratione cuius licet primore focillaretur Saul & leuius haberet, tamen totaliter expulsus fuit per eam. Vnde dicit litera: recedebat ab eo spiritus malignus. Nec consonum est literæ, dicere quòd hoc fiebat ex merito Dauid, seu per rationes eius: quia non est verisimile, quòd hoc scriptura taceret cum esset in laudem Dauid notabiliter, de quo tamen nullã mentionem facit. Hæc de Paulo. Secũdus verò modus, quo dæmones possident homines est grauissimus: de quo Cassianus col. abba. Sereni prima dicit, Illi sũt verè miseri ac miserabiles iudicandi qui cum se vniuersis criminibus flagitiisque contaminent, non solum oullum in eis visibiliter signum diabolicæ suppressionis ostẽditur, sed ne aliqua quidem operibus eorum condigna tentatio, nec vllum flagellum correptionis infertur. Non enim merentur celerem temporis istius expeditamq; medicinam quorũ durities & impœnitens cor pœnam vitæ præsentis excedẽs, thesaurisant sibi ipsis iram & indignationem in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. In quo vermis eorũ non morietur & ignis eorum non extinguitur.

*Nõ per meritum Dauidis sanatur Saul.*

*Grauissimus modus obsessionis.*

*De desperatis loquitur.*

Et iterum idem Cassianus comparando corporalẽ obsessionem, & animæ peccatum: paulo antea dicit: Multo grauius, inquit, constat illos vehementiúsq; vexari, qui cũ corporaliter ab ipsis supprimi minimè videantur, animo tamẽ pernitiosus possidentur: eorum scilicet vitiis vel voluptatibus inuoluti. Secundũ Apostoli namque sententiam: A quo quis superatur, eius seruus efficitur. Nisi quod in hoc isti desperatius ęgrotant, quòd cum sint eorum mancipia, nec impugnari se ab illis, nec dominatum eorum ferre cognoscunt.

*De putatiua obsessione.*

Tertius modus possessionis non est verus nec proprius, sed tantam aut putatiuus quo quidã, ex tentatione mera dæmonis, aut ex vitio corporeæ complexionis sese possessos existimant.

Noui

Noui in ciuitate Nurẽbergẽnſi quandam iuuenẽ de diti-oribus & matoribus honeſtam dominam, in matrimonij lege ſub viro conſtitutam Hęc per quatuor circiter annos, ſe ſola conſcia, & quadam deuota ſibi famula, putabat omnino ſe eſſe poſſeſſam à dæmone. Et quia ſe notari timuit, & natos quos habuit ſi proderet, apud ſemetipſam tabeſcere cepit in corpore tam grauiter, vt nec pueri, quos habebat pulchros, nec mariti admodum probi præſentia, neque amicorum vel epulatum quarumcunque delitiæ eam lætificare valerent. *Res geſta Norimbergæ.*

Veni ego ad locum prædictæ ciuitatis, & quia mei notitiã habuit, ideo in porta conuentus me de animæ ſalute & de aliis conſulere cepit. Cumque inter mea verba dæmonẽ neſcio quo caſu, nominarem, diuertere cepit fœmina à me cautè caput, vt facero more ſaliuam eiiceret. Ex phantaſiis enim præteritis quoties nomen dæmonis nominari audierat, horruit eius animus ex contracta aſſuetudine. Poſt quædam igitur verba cum in geſtu fœminæ timorem eius quem celauerat agnouiſſem, illi dixi: Domina, ſi mihi veritatem fateri volueritis, ſecretam veſtram tentationem, quã celatis, indicabo. Quæ reſpondit admirando. Ita faciam, ſi veritatem dixeritis. Tunc ego, Vos putatis, vos eſſe poſſeſſam. De quo ſtupens reſpondit, Veritas eſt, & hæc mea grandis dudum triſtitia extitit & durat hodie. Viſa itaque conditione fœminæ, & auditis ſui timoris circumſtantiis: illi dixit, Secura eſto te poſſeſſa non eſtis. Sed aut tentatio eſt aut maniæ naturalis paſsio. Quo audito, cepit gaudere & melius dietim habere. Multóque tempore poſteà viuebat alacriter & honeſtè.

Tempore quo in Vienenſi ſteti ſtudio, fuit ibidem ciuis vnus vxoratus de meliori ciuitatenſium proſapia, mihi multíque notus: Hic in forma ſtrepitus cuiuſdã ſecularis iudicij cautionem quandam litteratoriam produxit in medium inſcius, vt multis videbatur, quæ oppoſita ſolis radiis quibuſdam videbatur per raſuram falſificata. Super quo poſtmodum clam auiſatus coram amicis, quia probus & fide dignus ſemper extiterat, ſatis erubuit, & ſe die noctúq; perpetuæ infamiæ maculam contraxiſſe ſuſpicabatur, nec ſuper hoc conſolationes cuiuſcunque recepit. Ductus igi- *Aliud exemplum imaginatæ obſeſſionis.*

tur

tur ad examen in medicinis expertorum, adesse iuueni viderunt infirmitatem scilicet maniæ.

Vnde postquam multa ipsi adhibita essent remedia, nec quicquam adiuuarent, suaserunt cauti medici multũ prudenter & catholicè, vt sacramentalem confessionẽ faceret, Eucharistiæ sacramentum reciperet, & se per omnia disponeret ac si mori vellet, ne ex mania futura imperfuasibilis sine talibus moriendo, putaretur à dæmone possessus: & factum est ita. Nam paulò post ipsi visum fuit quòd mortuus esset: & quia mortui nec comedunt nec bibunt, nec alia communia viuis faciunt, ita nec iste facere vlla persuasione voluit. Vnde tandem mera fame interiit, nec iuuabat remedium quòd quidam se mortuum fingens & comedens, similem vt fertur, aliquando sanauerat Maniacum.

*Quidam se mortuum putat, se necat fame.*

Vidi alium non de infimis in ciuitate Colonien si, virum literarum & diuitem, ac multùm honoratum: de cuius ore audiui, quòd quadam via periculosè infirmabatur: Etiam lecto decumbenti, vbicunque se inspexit, sibi apparebat, q ipse duo homines esset: de quo stupens, & an dormiret vel amens esset, ambigere cepit. Deinde concludens, quòd hoc impossibile esset, ne ab aliis vsu rationis priuatus esse videretur, clam vocauit medicũ corporis: qui maniã adesse conspiciens, cõfortabat infirmũ bona spe animũ euadendi dedit, dummodo Diuina sacramenta reciperet. Quo facto de die in diẽ conualescebat infirmus, & cũ gratiarum actione recedẽte infirmitate, abscessit etiam maniaca passio quàm se habuisse post modum ferè cunctis celauerat, quousque me coram audiuit, quod infirmitas hæc naturalis esset.

*Quidam imaginatur se corpora duo habere.*

In ciuitate alia notitiam alterius magni & diuitis atque probi viri habui, qui licet esset ditissimus, & perpetuis multis possessionibus reddituatus, & vir magni consilij, tamen timere cepit, quòd tandem eum mẽ licare oporteret: cũ tamen omniũ iudicio tantarum esset diuitiarum homo, & prouisus redditibus, vt ad comedendum argentũ satis haberet, si vellet. Præfata igitur mania territus, supra modum grauabatur, nec vlla persuasione sibi ista à suo remoueri poterat capite, & ita catholicè, sine nota tamen vita functus tandem. Habuit pro tunc filium iam adultum, nouiter traditum

*De Mania diuitijs qui satiari non poterat.*

ditum nuptui. Qui nouiter ſimili vexatus mania grauius tam in præfata materia, quàm poteſt haberi fert.

*Piger*: Si iſta paſſio, quam tu ex medicorum libris maniam vocas, imaginationes tam firmiter ſolidat in mente hominis, vt in poteſtate liberi arbitrij non ſit eas deponere, quale remedium adhibendum eſt talibus quæro?

*Quomodo imaginata munia poſſit ſanari.*

*Theologus*: Medicorum intereſt taliuſmodi dare remedia, qui quidem ſæpiſſimè ſalubria leguntur inueniſſe antidota.

In Diœceſi Bambergenſi aliquando fui vocatus ad domum cuiuſdam mechanici ſatis infirmi, qui de animæ ſuæ ſalute totaliter deſperatè loquebatur: & crebrò arma, vt ipſe ſeipſum perimeret ſolicitè quæſierat: Suaſi quantum occurrit de ſacræ ſcripturæ paſſibus viro præfato mechanico: videlicet maniaco, vt verè dolens de peccatis ſuis veniam ſe à Deo plenè conſecuturum firmiter ſperaret, ſed mihi profeci. Peccatum enim quoddam ſatis modicum ipſe allegabat ſe feciſſe, nec non ingeminaſſe, & idcirco ſe putabat atque dixit non poſſe ſaluari. Inſtiti autem acrius, replicando, maiores peccatores fuiſſe gratiam conſecutos, Veruntamen ille verba mea explodit dicendo: Domine experientiæ credo. Nam actu video ad infetni baratra, & exin deverſus me flammas terribiliter aduolare conſpicio. Tunc ſuaſi, vt medicus aduocaretur & remedia dormiendi vel alia neceſſaria ſecundùm medici conſilium applicarentur, & receſſi. Sequenti die redij, & vt antea de ſpeciebus veniæ perſuadebam. Ait illic: Putatis ne me veniam peccatorum poſſe conſequi? Reſpondi lætus quòd ſic. Dormierat enim, & per medicinalia melancolica requierat. Vnde quia iam dubitauit de animæ ſalute, quietior factus, ad ſpem veniæ faciliter reductus eſſe videbatur.

*Maniacis ſopori fera miniſtranda.*

*Piger*: Fortaſſis hi, qui contra fidei articulos nonnunquam per inquiſitores hæreticæ prauitatis reperiuntur duri, tali manica laborãt paſſione, & iſta ignorantes, tales ſtatim ſeculari tradunt brachio, vbi cremantur præcipitantur nimis.

*Inquiſitores in inquiſitionẽ eſapè præcipitanter agere.*

*Theologus*: Fieri poteſt per incautos Inquiſitores pronr angis, & fortaſſis ita factum fuiſſet cum iſto ſacerdote

Vnga

Vngaricò, de quo libro tertio. Formicarij, cap. 10. relatum est, nisi magna literatorum prudentia hoc præueniſſet. Quambrem probandi sunt spiritus, an ex deo sint, vel an ab infirmitate dęmonis, vel à maleficia pertinacitatis. Tempus in his, locus & persuasiones salubres atque considerationes prudentes dandæ sunt ab his, qui tales curare habent, ne quid de contingentibus obmittatur. Vbi non modo de salute corporum, sed de periculo animarum perpetuò agitur.

Præterea noui quendam in artibus, & in sacra pagina professorem excellentem plurimum, qui premi cepit imaginatione grauissima & mania de interficiendo se cum proprio cultro. De quo erubuit valdè se manifestare, nec tamen poterat phantasiam amouere. Venit tandem ad me occultè, fleuit vbertim & remedium petiuit. Cui expurgationem conscientiæ per sacramentalem confessionem primum certis de causis suasi aggredi, quam & fecit, nec liberatus est, quia iudicio medici corporalis, maniam patiebatur. Vnde aliquando idem maniacus, qui in aliis magnæ prudentiæ fuit, mihi flendo dixit, Mirabile, inquit, negocium. Ego me vti ratione experio, & scio me esse contradictoriè liberum, nec valeo istam phantasiam de me necando cum tota animi libertate deponere. Talibus sæpè opus est longè plus medico corporis quàm animæ.

*Finis Formicarij. Fratris Ioh. Nider De Maleficis & Dæmonibus.*

ALPHA

# INDEX ALPHABETICVS RERVM VERBORVM ac ſententiarum memorabilium, quæ in hac ſecundi Tomi parte altera continentur.

A


ABACVC trãſlatus ab Angelo. 335

Abiuratio Dæmonis cuiuſdam. 158

Aborſus infantis animati aut inanimati. 491

Abortiui à prægnãte ſumpti pœna in iure ciuili. 494. eiuſdem pœna ſpiritualis ex iure canonico. 495

Abortiuo non obſtante ſi mulier peperit viuentem quis & qua pœna teneatur. ibidem

Abortiuum à prægnante ſumptum multimodè attenditur. 494

Abortiuum tradens ex quo mors ſequatur eadem mortis pœna tenetur. 495

Abortiuum tradens homicida eſt corporalis. 482

Abortiuum procurantis duplex eſt diſtinctio. 491

Abortiuum componentes & miniſtrantes æquè puniuntur. 496

Abraham primus Dei martyr. 37. è fornace ſaluus euaſit. ibidem. mandatum à Deo. 38

Abuſus diuinarum appellationum. 77. rerum ſanctarum in artibus magicis. 259. ſacrorum ad faciliorem adorationem inſtruit Dæmon. 452

Acetum cur Chriſtus non biberit. 105

Acheronta mouere. 21
Aduentus Christi testes. 48
Ægritudines omnes à Dæmone. 131
Ægyptij imaginibus vsi in necessitatibus. 131
Aërimantia quid & vnde. 352
Alexander Magnus nomen Dei adorauit. 51
Amatorium tradens poculum homicida est. 482. & conceptorium poculum differunt. 485
Amatorium tradens qua pœna puniatur. 487. prægnanti propinans ad amorem, ex quo mortua sit, qua pœna mulctetur. 495
Amici duo viuentes & mortui. 88
Amor parentum in crudelitatem versus. 40
Angeli cur à sacerdotio arceantur. 104. qualiter dicantur comedere. 208. præsentia & præterita norunt. 388. habitant in siccis corporibus. 418. stellæ dicti sunt. 17 è quibus ordinibus delecti. 17. hominum custodes. 29
Angelis paradisus est destinatus. 14. omnibus commissa est eadem potestas. 386
Angelorum definitio. 410. operationes in assumptis corporibus. 412. minor pars corruit. 17
Angelus præmonuit Noë futuri diluuij. 35. Romanis eos castigans apparuit. 78
Animalibus infirmitates à maleficis inferuntur. 190
Annuli septem planetarum Iarchæ &c. 131. Gygis & Paracelsi inuisibilem & victorem reddiderunt. 132
Apostata quo casu hæretico sit deterior. 436
Apostatas aggrediuntur aquilonei spiritus. 27
Apparitio trium Angelorum facta Abrahæ. 81. Dæmonum sub forma humana. ibidem. animarum defunctorum. 92. bonorum angelorũ in assumptis corporibus. 204
Apparitiones variæ angelorum. 216. & 217
Apuleius in asinum versus. 207
Aqua maledictionis adulteras prodens. 53
Aquilo caninosus Cabalistis. 27
Arcades in lupos. 220
Aretia siue Tyræa Noë vxor. 57
Argenti fodinæ Dæmonum. 148
Argutia Dæmonum & sortilegorum est eadem. 362
Arioli qui & vnde sic dicti. 352
Ars fulguritoria. 58. Dæmonum

num. 321. maleſica eſt in odio. 466
Articuli facultatis Theologiæ Pariſienſis reprobantes artes magicas. 267. ad 272
Artium magicarum finis. 257
Aruſpices qui ſint. 352
Aſpectus cœleſtes cur aufugiant Dæmones. 141
Aſſumptio formarũ in Dæmone pro occaſione & ſubſtantiæ gradu. 83
Aſtrologi qui ſint. 352
Aſtrologiæ cognitio exacta non eſt. 1. periti prioribus temporibus. ibidem.
Aſtrologorum cauſæ ſunt iudicum Eccleſiaſticorum. 286. futura prædicentium pœna eſt diuerſa. 472
Aſtutia Dæmonum in fodinis. 46
Auditus Dæmonum. 87
Auerrois libri. 63
Augures qui & vnde. 352
S. Auguſtini dubiũ de compreſſu mulierum & Dæmonum. 341
Auguſtus Antonio formidabilis. 161
Auium ſimilitudinem inducit Dæmon. 82
Aurum Diaboli inſtrumentum. 135
Auſpiciis omnia fiebant. 56. & 59

B.

Baſiliſci conſpectus mortifer. 160.
Balaam aridus. 291.
Bathi vexillum cum charactere X. profligat Polonos. 133
Beatæ Virgini preces effuſæ quid contra ſpectra valeant. 119
Bernardus Comenſis inquiſitioni deputatur. 170
Blaſphemia Lamiarum. 343
Boni Angeli bonos puniunt. 77. in receſſu conſolantur. 92
Branchis vates. 46

C.

Cabala falſa quæ. 66
Cabaliſtarum error de creatione Dæmonum. 7
Cæremoniæ Maleficarũ. 113
Cæremoniis magicis morbi non inferuntur. 398
Caïni poſteri. 36
Campanarum & luminum vſus in Eccleſia. 31. ſono Dæmon receſſit. 336
Canis loquela. 417
Capituli Epiſcopi explicatio. 180. 318. 339
Carolenſis quidam in proteſtatione cæſus & tandem liberatus. 102
Caſeus præſtigioſarum mulierum. 311
Caſus de ſortilegiorũ hæreſi ad ſecreta reuelanda. 451
Cauſa vna omnium & ſummè bona eſt. 6

Causa posita aut sublata tollitur aut remouetur effectus. 320
Causarum liberarum effectus quomodo cognoscantur. 298
Cham patrem Noë fratribus deridendum propinat. 35
Characteres & signa quibusuis Dæmonibus sua adscribuntur. 132
Characteres Mathematici aut Magici, figuræ, vel litteræ damnantur. 276. & 277
Chiromantia. 66. an cum peccato exerceatur. 362
Christi abnegatio & iuramentum Lamias apostatas facit. 343
Christiani superstitionibus dediti. 67
Christus quomodo fingatur à pictoribus. 49. post resurrectionem qualiter comederit. 224. luci comparatur. 375. à diabolo de terra eleuatus est. 415. & translatus est à diabolo. 335
Circe cur dicatur socios Vlyssis in bestias conuertisse. 213. & 220. eiusdem transformatio quæ fuerit. 312
Claui, lapides, &c. euomiti an sint species naturales. 472
Coëundi impotentia in maribus & fœminis. 394
Coïtus contra naturam. 39. Dæmonum cum mulieribus. 204. & 427
Colloquium cum Dæmonibus possibile. 203
Comedere non conuenit Angelis. 223
Comensis quidam Maleficus deprehensus est in ludo Herodiadis. 170
Concilij Ancyrani decreta contra Sortilegos & Maleficos. 171. & 183
Concubitus origo. 108
Confessio delet & tegit peccata. 99. Dæmonum. 145. Strigum. 168. & 169. sociorum de illusionibus. 239. eorumdem in causa hæresis. ibidem. cum iuramento facit indiciũ contra socium. 242
Confessio in tormentis tribus modis extorquetur. 244. quæ præiudicare possit. 246
Coniecturæ & præsumptiones contra Striges. 187. an valeant ad manifestandum. 235
Confecratio seu execratio quomodo fiat. 369
Cõsilia & cogitationes Dæmonum contra honorem Dei irrita. 22
Constitutio Pij. V. de reis ad iudices sæculares remittendis. 194. item Alexandri VI. 198. item Innocentij VIII. 294

Contra

Contraria contrariis curantur. 350
Contrariorum eadem est ratio. 26. & 155
Conuersantes cum Maleficis vt sint puniendi. 467
Conuersatio Maleficarum fugienda. 313
Conuersio Strigum & abiuratio. 171
Conuiuæ & conuiuium Dæmonum euanescunt. 116
Corpora Dæmonum sub sensum non cadunt. 81. vt nostra variis membris distincta sunt. 85. à Dæmonibus assumpta an sint naturalia aut apparentia. 410
Corruptores vt quid tolerentur. 261
Creatio Dæmonum quæ sit. 6 hominis est solius Dei, 447
S. Crucis abnegatio & conculcatio. 133. & reliquiarum proiectio sapit hæresim. 328
Cultus variarum gentium. 58. professorum Sortilegorum. 282. Dæmoni vt creatori exhibetur. 357. Dæmonis obseruatur iisdem ferè ritibus & ordinibus ac inter Christianos & Catholicos. 408
Cumanensium Dæmon. 102
Cupiditatibus malorum satisfaciunt Dæmones. 161
Curatio superstitiosa. 400
Curiositas hominum quo feratur. 295
Curis infantis ad sortilegia. 367. virginea. 368

D.

DÆmon Angelum lucis effingit. 72. sub hominis nigerrimi forma. 82. horribiliores animantium formas cur affingat. ibidem.
Dæmon subterraneus sub vetulæ forma. 126
Dæmonem adorantes cæteris illi sunt cariores. 357
Dæmones qui ex Philosophis. 3. sunt ex Stoicis, Platonicis, & fide nostra. 4. dicti Diaboli ob calumniam. 5
Dæmones qui ex Theologis. 5. vt Angeli boni & perfecti creati sunt omnes, sed dispari modo. 8
Dæmones è cœlo vt plumbum in aquam præcipitati, & ad inferna relegati. 16. inferiores inclusi sunt aëri. ibidem.
Dæmones nonnisi malum volunt & agunt. 19. qui sub aëre mansere. 20. quod in cœlo non potuerunt, id in terra tentarunt. ibidem.
Dæmones vnde ansam nobis nocendi sumant. 32. accessu suo horrores concitant. 75. corporei sunt ex Thalmudistis & Rab-

binis. 89. cibos non vorant. 88. cadaueribus gaudent. ibid. nos inuadendo quid refrigerij sentire videntur. 95
Dæmones Angelorum ministerio ligati. 106. opera sua per energumenos perficiunt. 120. non possunt ditare pro arbitrio. 124
Dæmones classibus distincti sunt. 125. cogi se fingunt. 148 possunt in nobis duobus modis operari. 438. in locum vxoris succubant viro. 339
Dæmoni omnia sua referentes. 38
Dæmonibus inferi destinati. 14. non licet animas reuocare. 70. quædam effecta naturalia ascribuntur. 254
Dæmonis nomen quibus spiritibus conueniat. 4
Dæmonis magna est potestas & cupiditas ad nocendum. 210. assistentia spiritualis & corporalis. 225. tanta est potestas, vt non alia comparetur ei. 226
Dæmonis inuocatio in sortibus mittendis. 300 fraudes in decipiendis hominibus. 303. opera cur obscura. 375. notitia de rebus naturalibus. 392. virtus acutissima. 413. vox vt proferatur. 419
Dæmonum virtus & natura difficulter internoscitur. 1. statio in cœlis à creatione ad lapsum quanto tempore. 14. potestas à Deo limitata. 24. voluntas nocendi diuersa. ibid. nomina. 68. ministeria erga homines. 70
Dæmonum astutia in illusione. 72. in nocendo concordia. 77. nocendi cupiditas. 94. quorundam inuus vt otiosi non simus. 97
Dæmonum potestas ab angelis imminuta. 137. opera famulitia. 147. notitia. 218. aduocatio quomodo fiat. 368
Dagon Syrorum idolum. 134
Decretum facultatis Theologiæ Parisiensis contra errores Magicos. 264. ad 267
Decussis Platonica. 117
Delati ab Angelis 115. à Dæmone. ibidem. sine crimine. ibidem.
Delatio Strigum realis est ex processibus. 169. 170. Lamiarum quæ. 201. 285. præstigiosa est. 404
Delinquentibus animus & intentio in criminibus attenditur. 505
Demarathus in lupum versus. 119
Deportatio Christi & Samuelis

muelis an fuerit ſimilis. 309
Deportatio Sortilegarum non eſt realis. 404
Deſcenſus ad inferos. 45
Deſperationis origo. 32
Dei & Dæmonis eædem ſunt litteræ ex Cabaliſtis. 72
Dei perfecta ſunt opera. 7. pietas in hominem. 22. miſericordia. 23. Paterna in nos affectio. 28. inuocatio & crucis ſignum prohibentur. 332
Deorum denominatio. 104
Deus Acharon quid ſignificet. 474
Deus & homo in vno ſuppoſito. 51. cur Dæmones malè facere permittat. 94 cur multa Magicis artibus perfici ſinat. 142
Diaboli forma horrenda. 79. Chriſtum nunquam rogarunt. 146. fodinas incolentes. 149. cur Deus eos permittat auro & argento homines fallere. ibid. nocere poſſunt diuerſimodè. 151. non ſemper occupatos detinent. 155. poſſunt naturaliter mouere corpus de loco ad locum. 177. inuocantur à maleficis. 203
Diaboli cur interdum vera dicant. 204. varias inducunt formas ad decipiendum. 205. vbinam detineantur vſque ad diem iudicij. 208. non adſunt inuocanti pro arbitrio. 209. non poſſunt ex corporibus aſſumptis ſemẽ emittere. 222. ad quem locum detruſi ſint poſt lapſum. 224
Diaboli ſunt & mirabilia operantur. 153. ſunt hoſtes naturæ humanæ. 255. vt ſanent corpora. 258. cogi finguntur. 261
Diaboli ſunt incapaces coïtus. 341. vt alliciantur. 358. aſtutia in reddendis reſponſis. 390
Diabolica pompa euaneſcit in laude Dei. 421
Diabolicæ ſectæ profeſſores exterminandi. 437
Diabolicis artibus dediti vt diuitiis & deliciis fruantur. 76
Diabolus ſpecie prægrandis moloſſi 118. nonniſi mendax & homicida. 164. 203. cur actibus noſtris aſſiſtat. 209. non poteſt cum omnibus magicis transmutare homines eſſentialiter in bruta. 227
Diabolus nihil gratis impertit. 307. maieſtatem ementitur. 330
Diabolus quomodo corpus confingere poſſit. 342. ſemine caret. ibid. cur ſortilegia aliquo ſanctitatis velamine prætexat. 384. quæ

manifestarit præsbytero Perusino. 391. habet notitiam rerum. ibid.
Diabolus in forma humana an realiter detulerit Christum. 414
Diabolus aut Sortilegus an possint nocere corporibus Christianorum. 441
Dianæ & Herodiadis ludus, 175. de nocte celebratur. 181
Dilectio terrena annexum habet peccatum. 453
S. Dionysij opinio de creatione Dæmonum. 8
Dissidij Angelorum causæ petuntur a dispari voluntate. 12
Diuinatio prima species est sortilegij. 288. quatuor sunt eius species. ibidem, &. 352
Diuinatio quid sit. 296. cum Dæmonum inuocatione. 299. hæresim non inferens. 301. est præcipua species sortilegij. 351
Diuinationis tria sunt genera. 348
Diuinationum aliquæ ex tacito pacto Dæmonum. ibidem.
Diuinator quis dicatur. 296. differt à propheta. 298
Diuini vnde. 298 352
Diuinitas Christi mortuorum suscitatione probatur. 310
Domus inhabitata & crebris Dæmonum terroribus infestata. 157. & 158
Draco dictus Diabolus 18. è seraphico ordine. ibidem.
Druides non pepercerunt humano sanguini in sacrificiis. 41.

E.

Effecta veneficarum omnia Dei permissu. 84
Effecta maleficorum vnde virtutem habeant. 364. Sortilegij quid requirant. 365
Eleazari annulo curatus energumenus. 130
Elementis abutuntur Dæmones vt exerceant artes. 103
Empirica & methodica superstitiosa cuius sint virtutis. 258
Energumeni qui sint. 99. quædam diuexata. ibid. an cogendi sint magico ritu. 121
Episcopi de sortilegiis cognoscunt. 302
Epulæ Strigimagorum & Dæmonum. 114. 332
Equitatio in hirco ad ludos. 420 & 6
Eucharistiæ abusus ad maleficia. 300
Examen maleficij faciendum ab inquisitoribus. 328
Excõmunicati cur Sathanæ dabantur vexandi tempore nascentis Ecclesiæ. 255

Exemplum de Dæmone inuocanti ipsum obtemperante. 206
Exorcistarum cautela. 121. non est par potestas. 122

F.

FAcinora multa perpetrantur à Lamiis vigilantibus. 293
Fallax promissio Dæmonum. 257
Fallere nos solet Dæmon. 262
Fascinatio quid sit. 188
Febris quid sit. 406
Fides & intentio in obseruationibus requiruntur. 260
Figuræ superstitiosæ. 63
Filiorum Dei concubitus cum filiis hominum. 108
Filium Dei incarnandum præuidens Dæmon adorare cum suis recusauit. 11
Filius ex coïtu Dæmonis natus quomodo dicatur. 412
Fœminæ plures quàm viri arti diabolicæ addicuntur. 333. & vnde hoc. ibidem.
Forma substantialis ab agente quomodo materiæ viniatur. 307. quas requirat dispositiones vt informetur. 312
Fuga Dæmonum in aduentu Christi. 49
Futura duobus modis cognoscuntur. 297
Futurorũ prædictio vt concessa. 56. causæ se habent ad effecta tripliciter. 297. notitiam nullus habet præter Deum. 360
Futurorum incapax est Dæmon. 388. duplex est cognitio. 389. cognitio in suis causis. ibidem.

G.

GEnerationem impedientia veneficia. 394
Genethliaci qui & vnde. 352
Genij apud poëtas qui mali dicantur. 25
Genius Socratis quid ei reuelarit. 123
Gentis impiæ impatientia, querimonia & in Deum inuectio. 263
Geomantiæ superstitio & vnde dicatur. 352
Gigantes diluuij causa fuerunt. 35
Goëtiæ & pharmaciæ vsus inter Lamias. 72
Gracta Maga in vaccã conuersa. 140
Gratiæ priuatio mors animæ. 54
Grauiora crimina maiores & clariores exigunt probationes. 237

H.

HÆreses ad quid. 256. de coïtu Dæmonum cum fœminis. 341
Hæresis Marcioniſtarum. 299
Hæresis Lamiarum. 176

Hæresis crimen multas requirit probationes. 243
Hæretica respectu operantis. 450
Hæreticorum quorundam error de creatione Dæmonum. 6
Hæreticus quis sit censendus. 243
Hebræorum gens. 38. litterarum punctis occupati. 50. errores. ibid. cæcitas. ibid. lingua ex integritate certa. 7
Hecates ars magica & miracula. 71
Heroës qui & vnde. 109
Heterus veste donatus à Dæmone. 146
Historia Sabinens Lamiæ. 337.338.422
Homagium & obedientia Dæmoni præstita à Maleficis. 202
Homerus ab inferis excitatus. 68
Homicidium sine dolo commissum an capite puniatur. 478
Homines qua ætate vexentur à Diabolo. 26. necesse est resistere diabolo. 33
Homines Dæmonum imitatores. 93. non possunt vi magicarum conuerti in bruta animalia. 211. omnium perditissimi & Dæmoni seruientes quomodo dicantur. 329
Hostia consecrata ad quid in puluerem redacta. 366
Hostiæ consecratæ abusus ad amorem illicitum. 366
Humanam speciem cur assumat Dæmon. 87
Hydromantiæ genera. 60. ei Numa fuit addictus. 64
Hydromantici qui & vnde. 304.352

I.

IBes Agyptiorum. 128
Idola plurima pro diis coluntur. 41
Idololatriæ genera. 58
Idololatriam & hæresim manifestam quæ sapiant fortilegia. 283
Iesuitarum acta in Brasilia. 144
Iesus ab Hebræis, Arabibus, Chaldæis & Cabalistis quomodo dicatur. 51
Ignem adorantes. 57
Imaginatio facit casum. 258
Imagines à Dæmonibus assumptæ non sunt terrestres nec aqueæ. 84. animarum falsæ. 97. necromanticæ quomodo cudendæ. 129
Imagines conficientes & iis vtentes an crimine careant. 130. astrologicæ & magicæ damnantur. 274. 275. & 277. Maleficæ Dæmonum operatione conficiuntur. 317
Imagines cereæ igni admouentur etiam ad amorem. 363.

363. ad locum ſacrificiorum à Sortilegis deferuntur. 379. an proſint effectui Sortilegorum. 283
Imagines an Dæmon à Sortilegis fabricari doceat. 383
Imagines irreuerenter tractantes an ſint hæretici habendi. 454. & vt ſint puniendi. 470
Imaginis perſonæ cruciantur. 358
Imaginum introductor Diabolus. 132
Imaginum execratio. 358
Imitatio pſalmorum Dauidis. 46
Imprecationes ollæ iniectæ. 134
Improuiſa accidentia cui imputentur. 480
Incantationes in ſe experti. 154
Incantatores. 351. & 354
Incubi & ſuccubi qui ſint. 222. & eorum apparitio. 90
Incuborum vnus coit cum virgine. 111
Infans in vtero virtute planetarum formatur & vegetatur. 492
Infirmitates à Maleficis illatæ. 202
Infirmitatum immiſſio. 370
Inquiſitorum cautela inter interrogationes obſeruanda 186. poſſunt compellere iudices ſæculares ad exhibendum hæreticum. 195
Inquiſitores vt poſſint cognoſcere de lamiis. 197
Inquiſitores Hiſpaniæ contra Lamias procedunt. 292. de Lamiis vt hæreticis cognoſcunt. 293
Inquiſitorum eſt cognoſcere de ſortilegiis & ſuperſtitionibus. 287
Inſtrumenta Sortilegiorum, 381
Intellectus Diaboli indiget ſuperiori lumine ad diuinam cognitionem. 387
Intelligentia Diaboli acutiſſima. 387
Intentio corrumpit actum, qui aliter excuſari non poteſt. 483
Inuidet Adamo Diabolus. 21
Inuocantibus Dæmon colloquitur. 203
Inuocatio ſuperſtitioſa Dæmonum. 68
Ioſephus Aegyptiis venditur à fratribus. 41
Ioſias ſacra Solis ac Lunæ ſuſtulit. 66
Iudex ſæcularis poteſt ab inquiſitore compelli per excommunicationem. 196
Iuliani apoſtatæ impium edictum contra Chriſtianos. 148
Iupiter cuius ſit virtutis in formando & vegetando infan

infantem in vtero nono mense operatur. ibid. secundo mense extendit infantem. ibidem.

L.

LAmech sollicitatur libidine. 34
Lamia quædam deportata & reportata à Dæmone. 336. quædam Sabinensis. 337
Lamiæ quæ & vnde. 109. & 292. & 332. vt hæreticæ ab inquisitoribus puniendæ. 197. in castro Nazano repertæ. 335
Lamiarum equitatio quæ sit. 285. equitatio super bestias. 340. error de equitatione & consortio Dæmonum damnatur. 232. transuectio & coïtus cum Dæmone an re vera fiat. 334
Lamiarum secta. 175. hæresis. 176. nefaria scelera. 199. multa facinora. 332. duo genera. 339. vtraque secta noctu obambulat. ibid.
Lamiarum societas cum Dæmone annexam habet apostasiam vel hæresim. 247. aliquæ soporatæ & illusæ. 334
Lamias transuehi non impugnat. 116
Languores maleficiati. 371
Lares sic dicti Dæmones. 91
Laruæ & Lemures. 92. & 329
Latria quid. 282
Leges Diis acceptas referentes. 43
Legio Dæmon sic dictus. 100
Legio Dæmonum cur porcos intrarit. 256
Leones contra Samaritanos. 98
Liberi arbitrij potestas homini à creatione concessa. 398. cur Deus homini dederit. 399
Libri Magici igni damnati. 71. & Astrologici à Sixto. V. prohibiti. 287
Libri sacri non omnibus manifestati. 44
Ligatio multifaria. 160. magna ligularum. 162. venereæ potentiæ venefica & lethifera. ibidem. quinque fit modis. 189. cum precibus ad remedia morborum. 409
Ligatura comitis cuiusdam Argentinensis. 397
Liminum superstitio. 134. maleficia. 374
Linguis diuersis à vernacula loquitur dæmoniacus. 152
Litterarum studia interdicta. 49
Loca apparentium Dæmonum. 88. à Dæmonibus vexata. 89. 118
Lombardia Lamiarum hæresi infecta. 198
Lothi vxor in statuam transformata. 119

Lucem odit qui malè agere intendit. 376
Lucis præsentia Dæmonum insidiæ retunduntur. 31
Lucifer vnde. 10. eius complices. ibid. tentat Euam in paradiso. 22
Lucretia quædam Lamia deprehenditur. 428
Lucta Angeli cum Iacob. 30
Ludi Beneuentani. 429
Ludus Dianæ & Herodiadis. 113
Luminum vsus ex primitiua Ecclesia. 32
Lumen cur oderint Dæmones. 87
Lunæ Solisque cultus. 57. abiit in insignia Turcarum. 107. magnitudo. ibid. carminibus cœlo detrahebatur. 313. laborans quomodo sonitibus iuuabatur. 312
Luporum Viennensium rabies & voracitas. 98

M.

MAchario puella se obtulit. 136
B. Macharius Dæmonis fallaciam soluit. 211
Magæ exules. 71
Magi qui sint. 304. & 353. mirabilia operantur ex pacto cum Dæmonibus. 305. illusionibus decepti à Dæmone. 310. an possint transmutare in bruta. 311. Pharaonis an conuerterint virgas suas in veros dracones. 417
Magica obseruantia in quibus consistat. 252
Magica tractant Lapij. 102. effecta vt damnentur. 259
Magicæ artes Romanorum lege prohibitæ. 213. cur non sint permissæ. 252. cuicumque bono etiam interdictæ. 291
Magister magnæ experientiæ quis. 395
Magisterulus quis. 426
Magus quidam celebris. 396
Mahumecti aduentus. 42
Maiestas apparentis Dæmonis vnde petatur. 83
Mala venena quæ hominis necandi causa. 489
Maleficarum scopus carnis voluptas. 226. multa genera. 315. varia appellatio. 201. rusticitas & inscientia. 318. potestas & scientia nocendi. ibidem opera vtrinque damnantur. 484
Malefici à Dæmone decepti. 134. igne damnati. 139. non possunt in omnes mala inferre. 141. cur non omnibus nocere possint. ibid. non sunt carcerandi sed morte damnandi. 193
Malefici qui sint. 315. & 353
Malefici an sint hæretici tria imprimis consideranda. 322. in ea hæresi puniendi. 323
Maleficiales infirmitates. 349. quomodo

quomodo ingrediantur cubicula clausa. 372. decertantes adinuicem. 396
Malefici bonum operantes non puniuntur in iure. 397
Maleficia maleficiis destructa. 191. aduersus coniugatos & alios. 206. & 218. maleficiis destruere non licet. 219. à quibus curentur. 290. Dei inuocatione & piis precibus destruuntur. 291
Maleficia amatoria quænam sint. 315. venefica in persona. 316. quomodo dissolui permittantur. 319. petens vt & operans peccat. 322. cum Dæmonis inuocatione. 325. extra corpus. 373. in limine ostij vel sub puluino lecti aliquando reconduntur. 374
Maleficiati difficiliùs curantur quàm Dæmoniaci. 290
Maleficij amatorij venefici inquisitio. 323
Maleficiorum exercitium. 323
Maleficium potest solis verbis perfici. 442
Malis Angelis malorum executio commissa. 78
Malitia Dæmonum non æqualis. 89
Malorum animæ non existunt. 7
Malorum quatuor sunt genera. 127. 128
Manus Diaboli attrahens & compellens. 380
Maritus quidam vxorem maleficam defendere conatur in iudicio. 408
Mars tertio mense incumbit augmento infantis. 493
Martinetus vocat ad congregationem diabolicam. 33. & 426. stat pro foribus in forma hirci. ibid.
Mascæ quænam sic dictæ. 165
Materia non obedit Dæmoni. 140
Matrimonij dissolutio ex maleficio. 395
Matrimonij spiritualis consummatio. 503
Medici sortilegiis vtuntur in curationibus. 251
Medicina non valet contra sortilegia. 350
Medicus Montis pessulani refellitur de leonis imagine ad curationem renum. 274. & 279
Membranæ virgineæ forma. 368
Mendacia Dæmonum. 91
Mendrisium oppidum Comense Striges habet. 171
Menstruæ purgationis suppressio. 160
Menstruata mulier inficit speculum. 188
Mercurius 5. mense incumbit augmento infantis in vtero.

vtero. 493
Meridiani Dæmones potentissimi. 28
Merita sanctorum cuius sint virtutis. 136
Messiæ certitudinem non habuerunt Dæmones. 145
Michaël beatorum spirituum dux. 12
Ministerij malum. 128
Miracula B. Mariæ Virginis. 100. differunt à prodigiis. 144. fiunt bifariam. 215. vera sunt supra vires naturæ. ibid.
Miracula quæ dicantur. 228. Dæmonum ab intra. 229
Miraculi vox largè sumpta quid sit. 218. definitio. 413
Misericordia Dei quomodo comparetur. 262. diuinæ terminus non est præfigendus. 263
Montes loco templorum. 40
Morbus naturalis quis sit. 136
Morbis quibusdam liberati appensione schedularum &c. 163
Morientes tentantur à Diabolo. 34
Mortem portendunt Dæmones frequenti conspectu. 156
Motus localis ad alios duplex est consideratio. 414
Moyses miraculis clarus. 62
Moysis lignum in aquam proiectum. 93
Mulier à mollicie animi & lenitate. 240. an possit accusare. ibidem. est testis minùs idoneus. 249
Mulier in sacra scriptura cur potiùs dicatur quàm Eua. 333
Mulier quædam Sabinensis in Lamiarū deprehensa. 337
Mulier facilis est & credula. 365. fragilis & flexilis. 381
Mulier conceptoria sumens naturam violentat. 489
Mulierum credulitas nimia. 333. fragilitas & libido. ibid.
Multa mala patrantur in coactione Dæmonum. 78
Mures Peruanis calamitates prænotarunt. 59

N.

NAbuchodonosor & alij incantationes experti sunt. 254
Naturæ malum. 128. vires percallet Dæmon. 143
Natus cum serpente in humero. 131
Necessitas consilium rerum agendarum meditatur. 262
Necromantici qui. 353
Necromanticorū mors frequentissima 73. terra frequentiùs obstructa. 78
Nectanebi imagines cereæ ad quid submersæ. 133
Nemo inuitus peccat. 364

Nili angues. 143
Nodi magici. 160
Noë quies Domini. 35
Nomen Dei non inuocatur à Strigibus. 421
Nomini Ieſu efficacia, 115
Nomina falſa Dæmonum. 61
Nominũ barbarorum confictio. 401
Notoria ſuperſtitio. 67
Noxæ malum. 128. effecta. ibidem.
Numinis imminutio non tam ex ſyderibus quàm ex flagitiis. 33

O.

OBſeruantia effectuum non naturalium ſuperſtitioſa & ſuſpecta eſt. 254
Obſeruatio rerum maleficarum vxoris Sabinenſis à marito. 419
Obſeruationes quædam & cæremoniæ in Eccleſia. 260
Conſeruationes ſuperſtitioſas quomodo ſuadeant Dæmones quatuor de cauſis. 256. in artibus magicis. 260
Obſeruationes & effecta artium magicarum condemnantur. 275. 276. 277
Obſeſſi in ſtatu peccandi nec merendi eſſe poſſunt. 122
Occupatio Dæmonum. 32
Ochozias rex increpatur. 369
Officium Dæmonis cuſtodis Lamiarum. 330
Oleo ſancto Romæ ſunt abuſæ duæ Striges. 459
Onomantia. 66
Operari per inſtans non poteſt Dæmon. 147
Opprobria quæ committant Striges. 168
Oppugnatio Dæmonũ continua. 33
Oracula ex quercu reddita. 46. ceſſabant graſſantibus delictis. 53
Oraculorum ſilentium. 47
Orationes falſæ ſortilegorum, 346
Orbis vniuerſi commendatio. 9. quomodo deſignetur. 58
Ordo rerum à Dæmonibus immutari non poteſt 314
Orpheus verba immutari noluit. 74
Oſiridis reliquiæ.

P.

PActi taciti ratihabitio facta à Dæmone. 306. qualitas & conditio. ibid.
Pactorum diabolicorum ſigna. 162
Pactum Dei cum Abraham. 38
Pactum cum Dæmone in obſeruatione ſuperſtitioſa damnatur. 255
Pagani dicti Dæmones. 90. eorum pœna. ibidem.
Pars auſtralis propitior. 12
Particulæ indumentorum ſacerdo

Sacerdotalium Sortilegiis amatoriis miscentur. 329
Paupertas auida thesauri reperiendi. 156
Peccatores vt & aliquando sanctos feriunt Dæmones. 159
Peccatum ex corruptione. 15
Pecuniam cur Dæmones cumulent. 147
Perfectam rerum cognitionem nullus consequi potest. 55
Peripateticorum opinio de Dæmonibus. 3
Perplexitas oraculorum cui tribuenda. 54
Perseus è virgine natus. 44
Petitio quæ soli Deo competit. 35. ex virtute naturali Dæmonis. ibid.
Pharisæorum calumnia contra Christum. 448
Physioguomia. 66
Pinguedo Pagani quæ & cuius sit virtutis. 393
Platonis & Porphyrij error de spiritibus. 5
Plumbi infusio superstitiosa. 65
Pocula considerationem exempli & intentionis inducunt in traditione. 486. citra mortem & scandalum absorpta non puniũtur. 489
Poculi compositio & causæ illius 483. traditio quæ duabus etiam de causis inducitur. ibid.
Poculum amatorium. 349. conceptorium mortem accelerans quomodo dãnetur. 481. tradens morte punitur per Sortilegia. 484. sterilitatis ministrãs & porrigens quam pœnam incurrat. 489
Pœnæ & tormenta Dæmonum in exorcismis cui rei tribuantur. 154
Pœnarum grauitas vnde faeinorosis imponatur. 505
Poëtæ à Diabolo edocti. 44. diuinos prophetas æmulantes. 45
Ponzinibius refellitur. 168
Porci in mare præcipitati. 97
Potentia generatiua restituta. 396
Potitiorum familia. 125.
Præcepta Dei tabulis duabus lapideis insculpta. 42
Prædictiones interdum cõprobatæ. 55. ex demonstratione. 362
Prælium Angelorum inter se vbinam fuerit commissum. 13
Prænotio cum Dæmonis inuocatione est hæresis. 300
Præsbyteri pœna in abusu sacrorum. 500
Præscriptio loci datur Dæmoni. 138
Præstigiæ præstigiis imeditæ. 263
Præstigiosæ Magorum trãsmutationes. 250

Præsumptio vehemens qualem probationem faciat. 236
Præuaricatores Angelorum Romam conuocati. 104
Preces Ecclesiæ qua ratione institutæ. 30
Preces impiæ ad robur & calorem in coitu. 502
Principibus Dæmones apparent. 148
Priscilliani error de animarum inspiratione. 310
Prodigia ex elementis locum dedere diis effingendis. 104. impendentes calamitates & spiritus prænunciarunt. 105. & dira omnia in ortu impiorum. 110
Prodigiorum captandorum modi diuersi. 60
Professio Sortilegorum duplex. 281. tacita quæ. ibid. expressa quæ. ibid. solennis & publica. ibidem priuata quæ. 282. tacita cur dicatur. 355. expressa duplex. 356. priuata aliquando fit iisdem solennitatibus ac religiosorum. ibid.
Proles Dæmonum an verè dicatur. 342
Promissa quæ non possit præstare Dæmon. 306
Promissio Dæmonis ex pacto. 305
Prognosticationis inuentio. 389
Propheta quis. 296
Protei transmutatio. 230
Protestatio & abiuratio necessaria contra arreptionem & illusionem. 101
Puella suscepit à Dæmone puerum & enixa est. 111. rustica Latinè & Græcè respondet. 152. Panormitana S. Christinæ intercessione à Dæmone liberatur. 153. Aristotelis doctrinam professa est Dæmoniaca. ibid.
Puellæ cuiusdam confessio de delatione & congregatione Strigum. 170
Puellæ Sabinensis historia. 422
Pueris lactantibus nocent Dæmones. 162
Pulmonum nostrorum quis vsus. 86
Pyromantici qui. 352
Pythagoricorum & Persicorum Magorũ doctrina. 96
Pythonici qui & vnde. 352

Q.

QVæ in spiritu solo fiũt, ea vel in corpore existunt. 179
Quantitas spiritualis quæ. 118
Quisque rerum suarum moderator & arbiter est. 416
Qui sunt extra communionem fidelium non sunt amplius oues Christi. 416

R.

RAtificatio confessionis factæ in tortura qualem

lem requirat obseruantiam. 236. confessionis extra locum quæstionis valet. 245. confessionis cessãte dolore tormentorum valet. ibidem.
Ratihabitio confessionis infra iustum tempus cessati doloris 245. professionis Sortilegorum. 356
Ratio legis principalis est attendenda. 433
Raziel Angelus quis sit Rabbinistis. 23
Rebus sacris abutens etiam pœna sacrilegij tenetur. 500.
Reliquiæ sanctorum ad Dæmones fugandos. 120
Remedia contra Maleficia etiam iure canonico interdicta. 399
Res malæ sunt ex malitia operantis. 321
Res sacras polluens & prophanans qua pœna teneatur. 499
Reseruata Deo soli. 447
Responsa Dæmonum quæ. 46. non tantùm voce, sed etiam signis prodita. 52. cur dubia & perplexa. 54. & 261. & 390. redduntur sub idolorum forma. 360
Resurrectio & Ascensio Christi. 45
Resuscitare mortuum est potentiæ infinitæ. 180
Reuelatio ex templis & alijs locis petita. 124
Reuocatio animarum an sit possibilis. 69
Romæ vna nocte quinquaginta puellæ dæmoniacæ factæ sunt. 95
Romanorum leges qua lingua seruatæ. 43

S

SAbinensis Lamia virgis à marito cæditur. 337. defertur à marito. 338
Sacerdos abutens debito modo & ordine sacrificãdi quam pœnam incurrat. 458
Sacerdos quidam à Dæmone vectus. 116. immutans Ecclesiastica causa doloris infamis est. 469. missas celebrans ad effectum sortilegij qua pœna teneatur. 497. celebrans cõtra viuentem vt mortem acceleret infamia notatur ibidem. & qua pœna teneatur. 504. preces inhonestas celebrationi immiscens qualiter puniatur. 501
Sacerdotis sacrilegi amor impudicus. 327. celebrantis & nihil consecrantis quæ sit pœna. 471. simplicitas aut ignorantia in abusu sacramentorum excusationis loco sunt. 498
hæresis & superstitio dã-

natur & pœnæ traditur. 504
Sacra maleficiis tantùm miscentur ad amorem. 366
Sacramentalium abusus ad maleficia exercenda hæresim sapit. 326
S. Sacramenti abusus. 93
Sacramenta omnia Ecclesiæ violantur. 150
Sacrificia variarum gentiũ. 40. Lamiarum. 331
Sacrificium filij Deus præcepit Abrahæ. 40
Sal in epulis diabolicis desideratur. 338
Salitores quinam dicantur. 353
Salomon in dubio versatur. 261
Salutis hieroglyphica apud Ægyptios. 117
Samuelis anima in sinu Abrahæ 69. resurrectio eiusdem ibid. & an sit vera. 307. anima ab inferis suscitata. 309
Sanctorum aliqui ministerio Dæmonum vsi sunt. 121
Sathanæ promissio. 350
Sathanas Diabolus vnde dictus. 23
Saturnus octauo mense incumbit vegetationi infantis in vtero. 493. idem etiã primo mense. 492
Saul veneficam adiens morte damnatur. 164
Saxum in D. Dominicum a Dæmone proiectum. 159
Schedula sacerdotis cuiusdã alteri data vt in celebratione offerat Deo. 503
Schedulæ collo appensæ ad rescissionem morborum. 163
Scripturæ Dæmonum ad quid. 63
Secreta naturæ non ignorat, nec obliuiscitur Dæmon. 392. cordium perscrutans Sortilegus dicitur hæreticus. 498
Seleuci anchora. 131
Semen ex alio corpore assumunt Dæmones ad coitum 222
Serpens æneus sanat morsum serpẽtis venenati. 47
Signa in cœlo. 127
Signo crucis & nomine Iesu diabolica conuiuia euanescunt. 117. Dæmon fugatus. 118
Simon Magus. 304
Societas Dæmonum cum Lamis superstitiosa. 263. & amicitia initur inter hominem & Dæmonem. 857
Socijs criminis tanquam testibus criminosis non est credendum. 237
Sol sexto mense incumbit augmento infantis. 493
Solennitates initiatorij Sortilegij. 425
Solis eclipsis vniuersalis in plenilunio. 127

Somniorum interpretatio dormientibus frequens. 123
Sories quæsitæ à bonis & malis. 64
Sortis nomen quomodo sumatur. 347
Sortilegi sunt de expressa professione diabolica. 449. cui præstent obsequium. 259. hostes sunt humani generis. 345. amatoriis adhibent sacramenta. 367
Sortilegi qui propriè dicantur. 345. & cæteri eiusmodi sectæ reliquis sunt pauperiores. 361. quare in publica custodia detenti non vtantur arte sua. 443. incarcerati cur non possint euadere. 445
Sortilegia quæ non subsunt inquisitioni. 305
Sortilegia amatoria & venefica æquè puniuntur. 363 recondita. 382. in residuis hominum. ibid. per particulas cadauerum suspensorum, ibidem. professionis expressæ sapiunt hæresim manifestè. 449
Sortilegia cum mixturis reliquiarum sanctorum an sapiant hæresim. 455
Sortilegia venefica vt sint punienda in foro conscientiæ. 466
Sortilegia sanatiua prohibita. 468
Sortilegij pœna in foro conscientiæ. 462. contra laïcos. 463. doctor & discipulus eadem pœnas luent. 468.
Sortilegiis orationes mixtæ. 346. amatoriis quæ immisceantur. 363. tria concurrunt. 374. tacitis quæ instrumenta concurrant. 378. initiatorum solennitates. 425
Sortilegio amatorio extra corpus interueniunt ligaturæ. 378
Sortilegiorum species tres. 348. species subalternæ ad alias. 351. mixturæ. 369. species est Maleficium. 370. sacrificia quibus locis fiat. 377. pœna diuersa. 467.
Sortilegium quid sit. 280. & 345
Sortilegium, quod manifestam hæresim sapit, vt cognoscatur. 283. & quod non sapit. ibid. hæreticale quod. 284
Sortilegium ad episcopos & iudices Ecclesiasticos spectat. 286. variis modis perficitur à personis tacitæ professionis. 289. in corpore. ibidem. extra corpus ibidem. diuinatiuum quid sit. 348.
Sortilegium amatoriũ quid. 348. Veneficum & maleficum. 349. multis modis fit. 355. cum hostia consecrata an manifesta sit hæ-

resis. 450. vt puniatur. 464. vt reliqua damnatur. 465
Sortilegorum professio duplex. 347. interrogationes de præscientia futurorum. 377. fictitia pœnitentia. 444
Sortilegus dici potest sacrilegus. 501
Spectra quæ. 109. vnde dicantur arma metuere. 119. sub forma materteræ cuiusdam defunctæ. 157
Sperma non generatur in corporibus assumptis. 411
Spermatis ortus. ibidem.
Spes nulla de Deo à Dæmonibus inducta. 257
Spiritus nequitiæ licet vnius sint formæ non tamen habent æquam tentandi potestatem. 25. ætherei furiosos sollicitant. 27. euanescentes sulphureum relinquunt odorem. 85
Spiritus organicè non mouentur, ossibus & neruis carent. 86. tympanis sonant. 106. nihil seminis possunt emittere. 109. aquis prædominantes. 126
Spiritus cur loco non insint. 138. qui negarint. 253. omnes multæ sunt potentiæ. 415
Spirituum facultas & substantia nota gentium sacerdotibus. 1
Spirituum deluſio & astutia. 2. pessimi omnium muti, & difficilius pelluntur. 122. monita non spernenda. 124
Sterilitatis pocula tradens cui pœnæ subdatur. 489
Stoïcorum opinio de Dæmonibus. 3
Stratagemata Dæmonum in consideratione corporis humani. 26
Strepitus in aëre vnde fiant. 106
Striges vnde dictæ. 165. multis nominibus dictæ. 166. 167
Striges vbi & quando congregentur. 166. quid Diabolo promittant. ibid. lassæ & fatigatæ domum redeunt. 428. quomodo adeant conuenticula. 167. die Iouis conueniunt. 171
Striges deluduntur aliquando in somnis. 178. ex ratihabitione phantasticæ apparitionis apostatę & hæreticæ sunt. 181. perfidæ & infideles. 182. apostatæ & idololatriæ quomodo sint. ibid. & 185. hæreticæ. 183. & 185. quomodo verè sint apostatæ, idololatriæ & hæreticæ. 184. & apostatæ differunt. 435
Striges cognoscuntur ex confessione & depositione socia

ſocíarum. 185. manifeſtantur per coniecturas & præſumptiones. 187
Striges maleficiis deſtruunt terræ fructus. 190. profeſſæ quomodo ab Eccleſia expellendæ. 284
Striges effectualiter & localiter an deferantur. 284
nullo modo deferuntur in corpore. 407. deferuntur etiam in corpore multis rationibus. 409
Striges Nazanæ in Sabinenſi territorio. 424
Strigiatus pœna & cognitio. 172. Comenſis origo ab annis centum & quinquaginta. 173 ex familiaritate Dæmonis & effectis cognoſcitur. 191. ſigna manifeſtationis. 192
Strigimagarũ error de tranſmutatione in animalia. 232. proceſſus. 428. 429. 430. operatio impoſſibilis eſt in ſpiritu ſolo. 440
Strix Sabinenſis igni damnatur. 423
Succubor um cõgreſſus cum iuuenibus. 111. an coëant & quomodo. 221
Summum bonum in coïtu aliquis ponebat. 502
Superſtitionum ſpecies. 62. omnes à Dæmone. 65
Superſtitioſa quæ dicantur. 473. opera. 476
Syderum obſeruatio à Necromanticis quæſita. 75
Syndereſis quid ſit. 214

T.

TEmpla Dæmoni extructa. 48
Templum Salomonis vero Deo extructum. 48
Tenebræ Romanis ſuſpectæ. 31
Tentandi ratio quæ ſeruetur à Dæmone. 27
Tentatio diabolica. 380. eſt præcipua diaboli conditio. 453
Tentationum eodem genere non ſemper tentamur. 29
Tentationibus exercemur & non ſubmergimur ex diuina miſericordia. 34
Tentator Chriſti & primorum parentum è ſupremo ordine. 25
Teſtimonium ſocij criminis an ſit ſufficiens indicium ad torturam. 234. 241
Theologorum opinio de Dæmonibus. 3
Theophania. 66
Theſaurorum perquiſitio præſtigioſa. 361
Thuſcorum cultus qui. 58
Tituli Dæmonum. 29
Transcurſus Lamiarum. 200
Transformatio apud poëtas. 39. in aliam ſpeciem à ſolo Deo. 176. 179. 200
Tranſlatio corporum poſſi-

bilis est spiritibus bonis. 114
Transmigratio animarum & eius assertores. 96
Transmutatio Dæmonum. 142
Transmutationes quas narrant historici & poëtæ qualiter factæ intelligi debeant. 212. veræ fiunt per miracula. 214. in bruta à Dæmonibus factæ sunt illusoriæ & phantasticæ. 312
Transuectio Lamiarum improbatur rationibus. 405. realis probatur ratione. 408

V.

VArietas sensibiliũ transit in mundi intellectilis ornamentum. 9
Vaticinia Sybillarum &c. 145
Velocitas Dæmonum. 88
Venationum ligaturæ. 65
Veneficorum puluis malefícialis. 393
Veneficium multifariam fit. 316
Venena per puluercs & mixturas. 359. naturalia. 485. Sortileg. & Malefici. ibid.
Venena malefica tradens ad mortem pœna mortis tenetur. 486
Venena ministrantes morte sequente & medicorum industria quam pœnam incurrant. ibidem.
Veneni verbum medium est & promiscuum. 479. diuersa est ratio in iure. 485. sanatiui traditio morte secuta in qua sit pœna. 488
Venenorum tres sunt species. 480. æquiparatio sola est in compositione & traditione. 484
Venenum sanatiuum pœnæ immunitatem inducit. 489
Venus quarto mense incumbit vegetationi infantis in vtero. 493
Verba diuina ad fascinum & contra recitantur. 61. superstitionum vana sunt. 74
Verborum potentia maleíca. 371
Versi quidam in bruta animalia. 139
Vertumni varia transformatio. 21
Victoria nostra contra Dæmones vnde petenda. 25
Vir Sabinensis cum vxore ad congregationem Lamiarum transfertur. 337. & 410 crebro intergat de facto. ibidem.
Virgæ magicæ comperiendis thesauris. 150
Viri prudentes Deo curæ sunt. 87
Visiones Lamiarum. 340. in

corpore & in ſpiritu ſiunt. ibidem.
Vlyſſis ſociorum mutatio. 119
Vmbræ dicti Dæmones. 147
Vnctiones veneficæ dormientibus in thalamo maleficiandis illatæ. 373
Voce muliebri Dæmon in naui procelloſa ſibi periculi cauſam intulit. 112
Voces Dæmonum. 86. articulatæ. ibidem.
Voces humanæ ex arboribus auditæ. 52
Vomitus maleficiati. 371
Votum obedientiæ factum in manu Dæmonis. 330
Vrbium ſalutem ſibi Dæmones tribuerunt. 53
Vultu horridus Dæmon apparet.

Z.

ZOna victoriæ data à Dæmone. 146
Zoroaſter qui & Nembrothus primus inuentor Magiæ. 36. igne periit. 67

FINIS.

EX TYPOGRAPH

IOANNIS ROYAVL

ANNO DOMINI

1620.

